This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

## Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

## About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

DOMINUS ILLUMINATIO MEA

Taylor Institution.

137 g

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# MNEMOSYNE.

TIJDSCHRIFT

VOOR

CLASSIEKE LITTERATUUR,

ONDER REDACTIE VAN DR. E. J. KIEHL, DR.
E. MEHLER, DR. S. A. NABER.

DERDE DEEL.

1854.

LEYDEN,
E. J. BRILL.

1854.

Digitized by Google

~~110. g.~~ 3.
~~111. d.~~
~~197. c.~~

DOMI MINA
NUS TIO
ILLU MEA

Taylor Institution.

137 g

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# MNEMOSYNE.

TIJDSCHRIFT

VOOR

CLASSIEKE LITTERATUUR,

ONDER REDACTIE VAN DR. E. J. KIEHL, DR.
E. MEHLER, DR. S. A. NABER.

DERDE DEEL.

1854.

LEYDEN,
E. J. BRILL.
1854.

Digitized by Google

Digitized by Google

# INHOUD

VAN DEN

DERDEN JAARGANG.

## VERHANDELINGEN.

Quaestiones Lucianeae, scr. E. Mehler. . . . . . . . Bl. 1.
Aanteekeningen op de *Wespen* van Aristophanes, door Dr. H. G. Hamaker. . . . . . . . . . . . . . Bl. 24, 191, 241.
Davidis Ruhnkenii emendationes selectae. Excerpsit E. Mehler. Bl. 58.
Andocidis oratio de reditu. Scr. S. A. Naber. . . . . . » 66.
Variae Lectiones. Scr. C. G. Cobet. Continuantur e *Mnem.* II. 407. . . . . . . . . . . . . . Bl. 91, 129, 281, 385.
Een gewaand fragment van Trogus Pompeius, door W. N. du Rieu. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Bl. 177.
Aanteekeningen op Caesar, door Dr. D. Terpstra te *Gouda*. » 184.
Iamblichi *de Aeyyptiorum Mysteriis* collatio *Iacobsiana*. Scr. Doct. E. Mullach, *Berolini*. . . . . . . . . . . . » 207.
De Cyrilli, archiepiscopi *Alexandrini*, lexico inedito. Scr. E. Mehler. . . . . . . . . . . . . . . . Bl. 213, 353.
De vier Orphische vrienden van Pisistratus, door Dr. B. ten Brink. . . . . . . . . . . . . . . . . . Bl. 277.
Epigraphische Aanteekeningen. — I. De godin Vagdaver, door Dr. L. J. F. Janssen te *Leyden*. . . . . . . . . » 321.
Kritische Aanteekeningen, door Dr. N. J. B. Kappeyne van de Coppello. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . » 379.
Recensien van dissertaties. I. — A. H. G. P. van den Es, Annotationes ad Lycurgi Orationem in Leocratem, door S. A. Naber. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . » 409.
Proeve van herstel der verlorene boeken van Livius, door J. A. van der Chijs, Litt. Cand. te *Leyden*. . . . . . » 419.
De herziening van de Romeinsche kieswet, door E. J. Kiehl. » 429.
Herodotea. Scr. S. A. Naber. . . . . . . . . . . . » 478.

## LOSSE VERBETERINGEN.

Cicero, *Orationes*. . . . . . . . . . . . . . . . . Bl. 229.

Digitized by Google

# INHOUD.

## BLADVULLINGEN.

SCHNEIDEWIN over AESCHYLOS, door E. J. K. . . . . . . . Bl. 336.
Novus ARCHILOCHI versus. Scr. Doct. B. TEN BRINK. Addidit quaedam E. J. K. — De novo ARCHILOCHI versu additamentum. Scr. Doct. B. TEN BRINK. . . . . . . Bl. 226, 278.
ARISTOPH. *Ach.* 201 sq. Scr. Doct. J. M. VAN GENT. — *Vrede* 335 vlgg., door E. J. K. — *Schol.* op de *Wespen*, 1291, door E. M. — *Schol.* op den *Vrede*, 565, door E. M. — Lemmata scholiorum ARISTOPHANIS, restituit E. M. Bl. 234, 90, 57, 23, 64.
*Index Vocabulorum* op CAESAR, door E. J. K. . . . . . . Bl. 378.
EURIPIDES, *Iph. Taur.* 812, door Z. te L. . . . . . . . . » 62.
HIERONYMUS op het boek JOB, door Dr. B. TEN BRINK. . . » 227.
HOMER. *Od.* ι. 283 vlgg., ο. 434 vlgg., door Dr. J. M. VAN GENT. — *Schol.* op *Il.* Ε. 704, door S. A. N. Bl. 277, 335, 478.
Addendum ad Quaestiones Lucianeas. Scr. E. M. . . . Bl. 65.
LYS. *Agor.* 133 (XIII. 42). . . . . . . . . . . . . . . . » 336.
PLATO *Gorg.* p. 453 C, door Dr. D. J. VAN STEGEREN te *Arnhem.* » 492.
Allitteratie bij PLAUTUS, door S. A. N. . . . . . . . . » 384.
POLLUX I. 50. Scr. Doct. J. M. VAN GENT. . . . . . . . » 336.
MARIUS PLOTIUS SACERDOS. Scr. Doct. B. TEN BRINK. . . . » 333.
SUIDAS op Ἴβυκος, door Dr. B. TEN BRINK. . . . . . . . » 226.
THUCYDIDES IV. 120, door Dr. J. M. VAN GENT. . . . . . » 335.

## UITTREKSELS UIT TIJDSCHRIFTEN.

*The Athenaeum*, 1854, Jan., Febr.; March, April, May. Bl. 235, 349.
*Athenaeum Français*, 1854, Janv., Févr. . . . . . . . . Bl. 350.
GERSDORF'S *Repertorium*, 1854, 1—4; 6—11. . . . Bl. 237, 342.
*Gids*, 1854, Jan.—April; Mei—Julij. . . . . . . . » 237, 350.
*Göttingische Gelehrte Anzeigen*, 1854, 1—15; 15—68. . » 239, 337.
*Heidelberger Jahrbücher*; Jan.—Apr. . . . . . . . . . . Bl. 348.
*Miscellanea Philologa*, 1854. . . . . . . . . . . . . . . » 343.
*Westminster Review*, 1854, Jan., Apr. . . . . . . . . . » 346.
*Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft*, 1854, 1es u. 2es Heft. » 338.

Digitized by Google

# QUAESTIONES LUCIANEAE.

SCRIPSIT

E. MEHLER.

## I.

Laetus omnibus quicumque Luciani lectione delectamur eiusque verbis a librariorum temporisque iniuria vindicandis operam nostram qualemcumque navamus, nuperrime ex *Germania* allatus est nuntius, novam scriptoris in paucis elegantissimi facetissimique editionem, ab Immanuele Bekkero paratam, prelum fatigare atque propediem in publicam lucem iri emissum. Eum enim nos omnes Bekkerum novimus, qui non facile scriptori cuidam medicam manum adhibeat, quin multis nominibus inde ille emendatior saniorque evadat. Quamvis non eadem teneamur Bekkeri admiratione, qua qui nuper Aristonici περὶ σημείων Ἰλιάδος librum edidit, Ludovicus Friedlaender. Cui de Bekkeri laude vel tantillum detrahere idem videtur esse, atque omnino nihil intelligere vel malignum esse. At Friedlaenderum scio mox φωνῶν καὶ ἀπειροκαλιῶν meritas poenas esse daturum; ad cuius convicia non conviciis, sed argumentis, atque ab eo respondebitur, quem responsurum esse omnium minime, ut mihi quidem persuasissimum est, ille exspectat. Bekkerum vero pro meritis, ut fecimus, colere pergemus, ita tamen, ut neque eius auctoritati omnino cedendum, neque ab iis scriptoribus abstinendum esse putemus, quorum opera



Digitized by Google

ille aut recensuit aut fertur esse recensiturus. Nec tamen infitias ibo, nuntium illum de novo LUCIANI editore simulatque acceperim, statim mecum me constituisse, continuas in LUCIANI dialogos annotationes, quarum partem in hoc diario iam edidi, post acceptum demum BEKKERI librum persequi. Quod cur ita instituendum esse censeam, unumquemque facile arbitror esse perspecturum. Interea LUCIANUM ne unum quidem diem de manibus deposui, nec deponam; fructuum vero, quos ex opera in eius scriptis emendandis collocata perceperim, specimina publici iuris facere pergam.

LUCIANUM constat quum variae multiplicisque lectionis fuisse, tum veterum poetarum scriptorumque versibus et sententiis tamquam gemmis dialogos a se compositos ornasse et distinxisse. Id vero aut ita instituit, ut eorum integros versus, integra verba excitaret, quae plerumque nullo negotio ab unoquoque harum rerum peritiore agnoscuntur; aut particula tantum loci cuiusdam, qui animo obversabatur, proposita, uno haud raro vocabulo erudito lectori poetae verba in animum revocabat, aut rei a poetae mente prorsus alienae per iocum adaptata, aut leviter, sed ita mutata, ut loci lepos, ut ingeniosa poeticae orationis parodia *Graecam* aurem fugere non posset. Quo vero a temporibus, quibus patrios poetas memoriter tenebant *Graeci*, degimus remotiores, eo difficilius par est nos, ubicumque aut versuum fragmenta laudantur, aut scriptoris poetaeve singula vocabula tanguntur vel ingeniose mutantur, fontem, unde hauserit, agnoscere, atque locos a LUCIANO excitatos vel notatos ab ipsius verbis statim recte posse dignoscere et secernere. LUCIANI veteres editiones qui cum iis comparaverit, quae iam in omnium sunt manibus, quid praestiterint viri docti in indagandis versibus orationi Lucianeae intermistis, gratus agnoscet. At latent hodieque compluribus locis aut integri versus, (nolo illos locos, quibus versus imprudenti LUCIANO exciderunt; de quo genere copiose egit MARKLANDUS ad *Eurip. Suppl.* 911. Tamen lubet occasione ultro oblata aliquot exempla afferre rei, quae variis virorum doctorum erroribus et altercationibus ansam dedit. Apparent versus apud Luc. *D. D.* 4, 2: *ἀετὸς ἂν εἴην ἀντὶ θεοῦ γεγενημένος.* — *Catapl.* 24: Εἴ τις Κυνίσκου τουτουῒ κατηγορεῖ. — *Ver. Hist.* II. 5: Καθε]ωρῶμεν λιμένας (τε)

*πολλοὺς περὶ πᾶσαν ἀκλείστους*[1]. Qui universus *V. H.* locus poeticum colorem miramque similitudiem referens cum HANNONIS loco in *Periplo* (*Geogr. Min. ed.* HUDSON. I. p. 4.): *ἐφεωρῶμεν νυκτὸς πυρά τε πολλὰ καιόμενα καὶ φωνὴν αὐλῶν ἠκούομεν, κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων πάταγον καὶ κραυγὴν μυρίαν κτέ.*, accuratius inquirentem fortasse et docebit, quem scriptorem hoc loco LUCIANUS sit imitatus, et opitulabitur in difficili de *Peripli* illius primaria forma et fatis dirimenda quaestione. — *Lexiph.* 20 *πείσθητί μοι καὶ πῖθι καὶ ῥᾴων ἔσῃ.* — *Iup. Trag.* 32 *ἀγροικός εἰμι, τὴν σκάφην σκάφην λέγων*, etsi imprudentes editores versum non agnovisse, quam versum imprudenti LUCIANO hoc loco excidisse, probabilius est et additis verbis *ὡς ὁ κωμικὸς ἔφη* fit manifestum. Proverbium *ἔμμετρον* etiam gemino loco debuerant restituere, *Qu. Hist. s. conscr.* 41, praeeunte HERMANNO p. 248. — *Icarom.* 14. *Τί οὖν τοῦτ' ἔστιν; οὐ γὰρ οἶδ', ἔφην.* — *Bis Accus.* 1: *Ὀργῇ τε δεινὰ θιγγάνει τ' ἀηδέων*[2]) aut versuum fragmenta, maximam partem pessime habita, quum librarios in locis, quos non intelligebant, nihil non ausos esse consentaneum sit. Alibi LUCIANUM poetarum versus laudare aut tangere intellectum quidem est, sed gravia, quae eos locos premunt, vitia, corrigere editores neglexerunt. Quod omnium maxime tum licet mirari, quum poetarum a LUCIANO laudatorum editiones veram lectionem inspicientibus ultro potuissent offerre. Cuius editorum socordiae in aliis quoque scriptoribus exempla sat multa est invenire. In utroque genere, et in indagandis versibus prosae

---

1) Ita legendum esse pro *ἀκλίστους* *Mnem.* II. pag. 56 conatus sum demonstrare. Potueram fulcire sententiam meam in auxilium vocata COBETI praeclara emendatione in SCYLACIS *Periplo* (HUDSON. *Geogr. Min.* I. p. 22): *Πάρος λιμένας ἔχουσα δύο, ὧν τὸν ἕνα κάθιστον.* VOSSIUS *κάλλιστον.* COB. *κλειστόν* (*ΚΛΕ* pro *ΚΑΘ*). — Addam hoc loco pauculas quasdam in *Veris Historiis* correctiones, praetervisas mihi, quum annotationes in eum libellum componerem. I. 7. *Ἄφθονον δὲ ἦν τὸ ῥεῦμα καὶ πολὺ, ὥστε ἐνιαχοῦ καὶ ναυσίπορον εἶναι δύνασθαι.* Extremum vocabulum e textu quantocius est tollendum. — I. 22: *Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἐς τοὺς Ἕλληνας ἐκεῖθεν ἥκειν τῆς γαστροκνημίας τοὔνομα, ὅτι παρ' ἐκείνοις ἀντὶ γαστρὸς κυοφορεῖ.* Fortasse LUCIANUS scripserat: *ἐκείνοις κνήμη ἀντὶ γαστρός.* — I. 13: *Ἑνὸς γὰρ μηνὸς τοῦ παρ' αὐτοῖς Μινώου δὶς καρποφορεῖ.* Analogiae leges *Μινῴου* restitui iubent.

2) Sunt verba HIPPOCRATIS.



Digitized by Google

orationi insertis, et in indagatorum emendatione post Valckenaerium, Porsonum [3], Schaeferum, Hermannum [4] egregiam operam collocavit A. Nauck.

Missis vero illis, quos in aliis scriptoribus hic illic mihi videor odoratus esse versus vel correxisse, Luciani iam aliquot locos tractabo, quibus poetarum versus tangi aut praetervideruut editores, aut maculis, quibus inquinati erant, eos purgare supersederunt.

---

3) Versum Euripid. *Orest.* 14 verbi causa, apud Lucianum obvium, *Amor.* 53: *Καὶ*

*υ — τί τἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;*

quis crederet primum Porsonum agnovisse in aureis ad eam tragoediam annotationibus. At intactum reliquit lene vitium in Luciani verbis, quem scripsisse arbitror *καίτοι*. Eadem medicina permulti loci sanari possunt et apud Lucianum, et alibi. Apud Plutarchum v. c. *de Garrul.* 4. *pag.* 503. F., ubi alii *καὶ τί τὸ δεινόν*, alii *καίτοι τί τὸ δεινότατον* ediderunt, verum quasi in medio videtur esse positum, et Plutarchum scripsisse coniicio: *καίτοι τί τὸ δεινὸν, ᾠδὴ καὶ γέλως καὶ ὄρχησις;* In Lysiae oratione *contra Eratosthenem* 5. sequentis vocabuli syllaba prima particulae *καίτοι* alteram partem absorbillavit. Editur: *καὶ τοιαῦτα λέγοντες οὐ τοιαῦτα ποιεῖν ἐτόλμων.* Legatur *καίτοι ταῦτα λέγοντες κτέ.*

4) Nimia sedulitate pro versibus interdum constat divenditatum fuisse, quod fuit scriptoris cuiusdam gentium minorum vel scholiastae. Quam sit difficile, certum in ea re iudicium ferre, uno eoque celebri exemplo demonstrare conabor. Aristides II. 70 Pindarici dithyrambi fragmentum servavit: *καὶ ἑτέρωθι μεμνημένος περὶ αὐτῶν ἐν διθυράμβῳ τινί· σὲ δ' ἐγὼ παρ' ἀμίν, φησίν, αἰνέω μὲν, Γηρυόνη, τὸ δὲ μὴ Διῒ φίλον σιγῶμι πάμπαν. οὐ γὰρ εἰκὸς, φησίν, ἁρπαζομένων τῶν ὄντων καθῆσθαι παρ' ἑστίᾳ καὶ κακὸν εἶναι.* Boeckhius, a *σὲ δ' ἐγώ* usque ad *κακὸν εἶναι* omnia Pindarica esse confisus versibus, quae Aristides tradiderat, disponere erat conatus. Cui adversatus est G. Hermannus in dissertatione *de officio interpretis*, quae Lipsiae prodiit 1834, omnia inde ab *οὐ γὰρ εἰκός* ab Aristide profecta et a poesi prorsus esse aliena arbitratus. Suam sententiam contra defendit Boeckhius (*Jahrb. f. wissensch. Kritik.* 1835. I. pag. 88 *sqq.*), atque re vera falsus esse Hermannus et Pindarica illa omnia Aristides servasse videtur. Bergkium quidem et Schneidewinum, Pindari novissimos editores, hoc video iudicium tulisse, atque ex Aristidis verbis hosce versus Pindaricos panxisse (Bergk. *fragm.* 58 *ed. alter.*, Schneidew. p. 204.):

*Σὲ δ' ἐγὼ παρά μιν*
*αἰνέω μὲν, Γηρυόνα, τὸ δὲ μὴ Διὶ* (Schn. *Δί*)
*φίλτερον σιγῷμι πάμπαν· οὐ γὰρ ἐοικός*
*ἁρπαζομένων τῶν ἐόντων καθῆσθαι παρ' ἑστίᾳ*
*καὶ κακὸν ἔμμεναι.*

Digitized by Google

## 1.

### LUCIAN. *Tim.* 23.

*Ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἀθρόως εἰς ἐμὲ ἀπειρόκαλος καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος, ἔτι τὴν πέδην πεφρικὼς, καὶ εἰ παριὼν ἄλλως* (ita recte IACOBITZIUS in editione Teubneriana pro vulgato *ἄλλος*) *μαστίξειέ τις, ὄρθιον ἐφιστὰς τὸ οὖς καὶ τὸν μυλῶνα ὥσπερ τὸ Ἀνάκτορον προσκυνῶν οὐκέτι φορητός ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσι κτέ.*

Servum illum, subito divitem factum, si qui forte loris crepuerit, pristinae conditionis memorem arrectis auribus adstare dicit, *mutorum animalium instar*, ut cum SERVIO ad notissimum illum *Aeneidos* locum loquar, *quibus aures mobiles sunt.* Quod praecipue valet de equis, nec LUCIANUS, quum haec scriberet, non memor fuisse potuit nobilium SOPHOCLIS versuum, *Electrae* initio (v. 25 sqq.):

*ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς, κἂν ᾖ γέρων,*
*ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,*
*ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν, ὡσαύτως δὲ σύ*
*ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπει.*

Quos versus tangi quo fiat manifestius, apud LUCIANUM corrigendum est: *ὀρθὸν ἐφιστὰς τὸ οὖς.*

## 2.

### *Tim.* 48.

*Χαῖρε, ὦ δέσποτα, καὶ ὅπως τοὺς μιαροὺς τούτους κόλακας φυλάξῃ, τοὺς ἐπὶ τῆς τραπέζης μόνον, τὰ ἄλλα δὲ κοράκων οὐδὲν διαφέροντας.*

Operam perdiderunt editores in explicando loco, qui, ut vulgo legitur, explicari omnino nequit. Delectantur *Graeci* ista *κολάκων* cum *κόραξι* comparatione; quam eis, qui scriptoribus poetisque primariis legendis lectitandisque a pueris inde gnavam operam navaverint, par est adeo factam esse familiarem, ut vix opus sit coniicere, LUCIANO quum haec scriberet certum

Digitized by Google

quendam poetae locum in mentem venisse; quamvis vix a me possim impetrare, quin ei EUPOLIDIS locum ob animum esse obversatum censeam, quem alibi quoque servatum excitabo, sicuti exstat apud PLUTARCHUM *de Adul. et Am.* p. 54 B: *Παρασίτου γὰρ ὁ τοιοῦτος εἰκονισμός ἐστι*

*Τῶν περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλων,*

*ὥς Εὔπολίς φησιν.* EUPOLIDIS versum ubi cum loco Lucianeo contuleris, quomodo mutilae orationi mancaeque sententiae subveniendum sit, ultro apparet. Pellendos esse PHILIADES TIMONEM docet adulatores, *τοὺς ἐπὶ τραπέζης μόνον φίλους, τὰ ἄλλα δὲ κοράκων οὐδὲν διαφέροντας.* Iuvat versus apponere, PHOCYLIDI olim tributos, quibus idem pulcra et ornata oratione praecipitur, *Pseudophocyl.* v. 91 (BERGK):

*Μηδὲ τραπεζικόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους·*
*πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,*
*καιρὸν θωπεύοντες, ἐπὴν κορέσασθαι ἔχωσιν·*
*ἀχθόμενοι δ' ὀλίγοις καὶ πολλοῖς πάντες ἄπληστοι.*

3.

*Necyom.* 1.

MEN. *Ὦ χαῖρε μέλαθρον πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς,*
*ὡς ἀσμένως σέ γ' εἶδον ἐς φάος μολών.*

ΦΙΛ. *Οὐ Μένιππος οὗτός ἐστιν ὁ κύων; οὐ μὲν οὖν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω. Μένιππος ὅλος. Τί οὖν αὐτῷ βούλεται τὸ ἀλλόκοτον τοῦ σχήματος, πῖλος καὶ λύρα καὶ λεοντῆ; προσιτέον δὲ ὅμως αὐτῷ. Χαῖρε, ὦ Μένιππε· πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι; πολὺν γὰρ χρόνον οὐ πέφηνας* (*leg.* *πολὺς γὰρ χρόνος, ἀφ' οὗ πέφηνας*) *ἐν τῇ πόλει.*

Ita versus Euripideos (*Hercul. Fur.* 522. 523) in novissimis LUCIANI editionibus, Iacobitzianam dico et Dindorfianam, repraesentatos vel violatos potius invenies. Qui vulgatam, quae in EURIPIDE quoque apparet ibique ab ipso DINDORFIO erat edita, spreverunt, quoniam in codice X, Y aut Z stertentis monachi commentum Euripidea vocabula expulerat. Revocanda est REITZII LEHMANNIque lectio:

*ὡς ἀσμένως σ' ἐσεῖδον ἐς φάος μολών,*

Digitized by Google

De magnis variisque, quas particulae γέ cum aliis vocabulis vel litteris confusio dedit turbas, laterem lavaret qui post PORSONUM, BASTIUM, SCHAEFERUM copiose exponeret. Praestat opportunitatem non dimittere, si novis exemplis illius observationis veritatem possis insuper confirmare. Itaque dabo unum et alterum locum hoc nomine vitiosum. LUCIAN. *D. D.* I. 1: Πλὴν τοιοῦτό γε ἡ μῖξις αὐτῆς ἀπειλεῖ. Restituenda est vulgata ante IACOBITZIUM et DINDORFIUM lectio τοιοῦτό τι, auctore FRITZSCHIO in editione Dialogorum pag. 2. — *Catapl.* 19: ΧΑΡ. Νὴ Δί', ἤνπερ εἰδῇς κέλευσμά τι τῶν ναυτικῶν. ΚΥΝ. Οἶδα καὶ πολλά, ὦ Χάρων. Plura in his restant emendanda. Κέλευσμα vocabulum est κατ' ἐξοχήν maritimum. Cf. *V. H.* I. 40: ἄφνω βοή τε πολλὴ καὶ θόρυβος ἠκούετο καὶ ὥσπερ κελεύσματα καὶ εἰρεσίαι, et paulo infra, ubi de νησομαχίᾳ est sermo: κελευστὴς δ' ἐφειστήκει αὐτοῖς καὶ πρὸς τὴν εἰρεσίαν ὀξέως ἐκινοῦντο ὥσπερ τὰ μακρὰ τῶν πλοίων. Nolo plura exempla congerere, ne videar lexicographorum scrinia expilasse. Id volo, non opus est, si κέλευσμα nominatur, ναυτικόν vel τῶν ναυτικῶν addi. Quae verba a librario explicationis gratia censeas esse adiecta, aeque ac in iis, quae sequuntur, vocabulum οἶδα, otiose et ineleganter repetitum. Scripserat, arbitror, LUCIANUS: ΚΥΝ. Ἦ καὶ ὑποκελεῦσαι δεήσει; ΧΑΡ. Νὴ Δί', ἤνπερ εἰδῇς κέλευσμά τι. ΚΥΝ. Καὶ πολλά γε, ὦ Χάρων. — *Hermot.* 68: δεήσει τοίνυν σε, εἰ μέλλεις Στωϊκῶν τὸν ἄριστον εἴσεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ πάντας, ἀλλ' οὖν ἐπὶ πλείστους αὐτῶν ἐλθεῖν. E *Graecis* scriptoribus imprimis ISOCRATES hanc dicendi formulam exosculatur, ut εἰ καὶ μή in priore sententiae parte collocatum sequatur in posteriore ἀλλ' οὖν γε. Cf. ISOCR. *Paneg.* 171: εἰ δὲ καὶ προαπεῖπον, ἀλλ' οὖν τούς γε λόγους ὥσπερ χρησμοὺς εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον ἂν κατέλιπον. *Archid.* 62: ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτον μὲν Ἀθηναίους, εἰ καὶ μὴ πάντα μεθ' ἡμῶν εἰσίν, ἀλλ' οὖν ὑπέρ γε τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ὁτιοῦν ἂν ποιήσοντας (leg. ποιήσαντας). Secundum eandem normam in *Hermotimo* rescribas: ἀλλ' οὖν ἐπὶ τοὺς πλείστους γ' αὐτῶν ἐλθεῖν. Cui fulciendae emendationi egregie inservit alter *Hermotimi* locus, quo Isocratea hacce formula bis usus est LUCIANUS; quam semel intactam reliquere librarii, dum altera vice ab eorum iniuria est vindicanda atque in integrum restituenda. Ita enim *Her-*

Digitized by Google

*moi*. 82: Ὥστε δίκαιος ἂν εἴην, εἰ καὶ μὴ ὢν βελτίω ἀπέφηνα, μισθὸν παρ' ὑμῶν λαβεῖν, ἀλλ' οὖν ἐκείνων γε, ἃ μὴ δέδρακεν αἰδούμενος φιλοσοφίαν· ἐπεὶ καὶ αἱ τιτθαὶ τοιάδε λέγουσι περὶ τῶν παιδίων, ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς ἐς διδασκάλου· καὶ γὰρ ἂν μηδέπω μαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται, ἀλλ' οὖν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν ἐκεῖ (*leg.* οἴκοι) μένοντες. At scribendum ni fallor: φαῦλόν γ' οὐδὲν ποιήσουσιν. — Inter *Epigrammata* Lucianea unum recensetur, εἰς εὐτυχεῖς, (12. *Anth. Pal.* X. 35), saluberrimum haud dubie continens verissimumque praeceptum, sed levi id macula infectum:

Εὖ πράττων φίλος εἶ θνητοῖς, φίλος εἶ μακάρεσσι,
καί σευ ῥηϊδίως ἔκλυον εὐξαμένου·
ἢν πταίσῃς γ' οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος, ἀλλ' ἅμα πάντα
ἐχθρά, τύχης ῥιπαῖς συμμεταβαλλόμενα.

Clamat sententia: ἢν πταίσῃς δ', οὐδεὶς κτέ. — Lys. *c. Eratosth.* 27: ἔπειτα τῷ ἧττον εἰκὸς ἦν προσταχθῆναι ἢ ὅστις ἀντειπών γε ἐτύγχανεν καὶ γνώμην *** ἀποδεδειγμένος. Pro γε reponendum est τε. Quo loco lacunae signum appinxi, altum editorum est silentium. At deesse aliquid et requiri ad redintegrandam sententiam, nemini admonito dubium esse poterit. Fortasse supplendum est: γνώμην ἀνταποδεδειγμένος. Cf. Aristot. *Rhet.* II. 26: δῆλον γάρ, ὅτι λύει μέν, ἢ ὁ δείξας, ἢ ὁ ἔνστασιν ἐνεγκών· ἀνταποδεικνύουσι δὲ τὸ ἀντικείμενον· οἷον, εἰ ἔδειξεν ὅτι γέγονεν, οὗτος ὅτι οὐ γέγονεν· εἰ δὲ ὅτι οὐ γέγονεν, οὗτος ὅτι γέγονεν[5]. — Lys. *c. Agorat.* 27: ἀλλὰ μὲν δὴ οὐχ ὅμοιά γε σοὶ καὶ ἐκείνοις ὑπῆρχε· πρῶτον μέν γε Ἀθηναῖοι ἦσαν, ὥστε οὐκ ἐδεδίεσαν βασανισθῆναι. Scripserat Lysias: πρῶτον μὲν γὰρ κτέ. — Isocrat. *Phil.* 22: λυπήσας δ' οὖν μετρίως (ὡς ἐμαυτὸν ἔπειθον) τοὺς ἐπιπλῆξαί μοι τολμήσαντας, τελευτῶν ὑπεσχόμην μόνοις αὐτοῖς τὸν λόγον τῶν ἐν τῇ πόλει δείξειν. Inter ὡς et ἐμαυτόν opus esse videtur, ut γε inseratur, atque in fine sententiae iure postliminii vulgata lectio remigret sedemque suam recuperet, a Bekkero in variarum lectionum receptaculum immerito ablegata: μόνοις αὐτοῖς τῶν ἐν τῇ πόλει τὸν λόγον δείξειν. At dixeris haud quidem ineptum

5) Fieri potest, ut non syllaba sed vocabulum exciderit, et Lysias scripserit: γνώμην ἐναντίαν ἀποδεδειγμένος.

Digitized by Google

esse γε hoc loco insertum, nec tamen necessario requiri. Alterum tibi dabo locum, qui, nisi eandem adhibueris medicinam, omnino intelligi nequit. Est apud XENOPH. in *Oeconom.* I. 12: Τοῦτ' αὐτὸ φαίνεται ἡμῖν, ἀποδιδομένοις μὲν οἱ αὐλοὶ χρήματα, μὴ ἀποδιδομένοις δὲ ἀλλὰ κεκτημένοις οὔ, τοῖς μὴ ἐπισταμένοις αὐτοῖς χρῆσθαι. At tu fidenter mecum legas τοῖς γε μὴ ἐπισταμένοις. — Apud ISAEUM *de Menecl. Her.* 30 (pag. 23 BEKK.): καὶ ἡμεῖς, ἵνα δὴ πραγμάτων ἀπαλλαγῶμεν, ὥς τε δηώμεθα, οὕτως ἐπιτρέπομεν, laeti gratique editores recipere debuerant speciosam DOBRAEI emendationem, ὥς γε δὴ ᾠμεθα, perperam ab ipso inventore spretam. — SOPHOCL. *El.* 1367:

σφῷν δ' ἐννέπω γε τοῖν παρεστώτοιν, ὅτι,

ubi correxeris δ' ἐννέπω γώ, habebis locum et otiosa inutilique particula liberatum, et pronomine ornatum, in gravi paedagogi oratione perquam apto. — *Oed. Tyr.* 516 ipsa codicum auctoritas mutationi egregiam fert opem. Editur enim:

εἰ γὰρ ἐν ταῖς ξυμφοραῖς
ταῖς νῦν νομίζει πρός γ' ἐμοῦ πεπονθέναι.

Codex *Med.* πρός τ' ἐμοῦ, superscripto γ' a manu secunda. Legendum est, si quid video:

ταῖς νῦν νομίζει τι πρὸς ἐμοῦ πεπονθέναι[6].

*In* eiusdem poetae *Antigonae* v. 241 pulcro invento vitium, quo locus premebatur, sanavit felix ille ac prudens horum morborum medicus THEODORUS BERGKIUS, cuius emendatio iis nondum mihi videtur esse labefactata, quae contra eam disputavit SCHNEIDEWINUS in *Antigonae* editione, pag. 56. Ante BERGKIUM nemini suspicio erat oborta, in versu modo excitato:

εὖ γε στοχάζει κἀποφράγνυσαι κύκλῳ,
τὸ πρᾶγμα δηλοῖς δ' ὥς τι σημανῶν νέον,

SOPHOCLIS manum librariorum culpa factam esse evanidam. At BERGKIUS ex ARISTOTEL. *Rhet.* III. 14: πάντες γὰρ ἢ διαβάλλουσιν, ἢ φόβους ἀπολύονται ἐν τοῖς προοιμίοις,

Ἄναξ, ἐρῶ μὲν, οὐχ ὅπως σπουδῆς ὑπό —
Τί φροιμιάζῃ;

SOPHOCLI restituit, quod mihi quidem vulgatae lectioni longe videtur esse anteferendum:

---

6) Cf. S. A. NABER, *de fide Andocidis orationis de Mysteriis*, p. 69.

Digitized by Google

τί φροιμιάζει κἀποφράγνυσαι κύκλῳ; —
*Antig.* 1055 haecce altercantes CREON et TIRESIAS convicia effundunt:

ΚΡ. Τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.
ΤΕΙΡ. Τὸ δ' ἐκ τυράννων αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ.

Laevigabis scabram et hiulcam orationem, si alterum versuum hunc in modum refinxeris:

τὸ δέ γε τύραννον αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ[7].

Vociferantium alter ubi ad alterius convicia gravioribus vehementioribusque respondet, γε particula addi solet, vel ut cum PORSONO loquar ad EURIP. *Orest.* 1234, ubi persona secunda prioris sententiam auget aut corrigit, post δέ, modo interposito modo non interposito alio verbo, sequitur particula γε. Exempla idem sat multa eo loco affert, quibus accedat ARISTOPH. *Equit.* 1168:

ἐγὼ δὲ μυστίλας γε μεμυστιλημένας

pro vulgato:

ἐγὼ δὲ μυστίλας μεμυστιλημένας.

Quam correctionem veram esse vel eiusdem usus in vicinia conspicua exempla, vv. 1171, 1178, 1190, abunde comprobant. — Omnino vitiosum, quin immo ridiculum est γέ in versu EURIP. *Helen.* 136:

φασὶν, βρόχῳ γ' ἅψασαν εὐγενῆ δέρην.

Quare vide an EURIPIDES scripserit:

φασὶν, βρόχῳ νάψασαν εὐγενῆ δέρην.

Agmen claudat EURIPIDIS locus in *Rheso*, v. 623, egregie si quid video ab uno ex amicis meis sanatus, atque in suavissimis istis disputationibus, quibus COBETO duce acriter olim et iucunde de locis philologicis διαλέγεσθαι consueramus, ad disceptationem propositus. Dicit illo loco ODYSSEUS:

Διόμηδες, ἢ σὺ κτεῖνε Θρῄκιον λεών,
ἢ 'μοὶ πάρες γε, σοὶ δὲ χρὴ πώλων μέλειν.

At ille EURIPIDI restituit:

ἢ 'μοὶ πάρασχε, σοὶ δὲ χρὴ πώλων μέλειν.

---

7) Monet me unus ex amicis, occupatam esse hanc correctionem. Nec tamen, hoc ut ita sit, eam delere fas esse iudicavi, quum cum ea, quae sequitur, in ARISTOPHANE emendatione arcte cohaereat.

Digitized by Google

Iam vero, ut telam haud imprudenter, spero, retextam tandem aliquando pertexam, et ad LUCIANI *Necyomantiam* post longam per varios scriptores peregrinationem redeam, posteriore versuum EURIPIDIS ex ipso EURIPIDE apud LUCIANUM correcto, consimili opera e priore apud EURIPIDEM e LUCIANO levis macula videtur posse abstergi. Exstat in aliquot LUCIANI codicibus *χαῖρε μέλαθρον*, omisso, quod ab initio in plerisque additum est, *ὦ*. Unde EURIPIDEM nata mihi est suspicio scripsisse, quod versum multo reddit elegantiorem:

*χαῖρ' ὦ μέλαθρον πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς.*

4.

*Zeux.* 2.

*Ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος ᾤμην, ὁπότε ἀναπηδῶντες ἐπαινοῖεν, τάχα μέν τι καὶ αὐτὸ τοῦτο προσάγεσθαι αὐτούς· ἀληθὲς γὰρ εἶναι τὸ τοῦ Ὁμήρου, καὶ τὴν νέαν ᾠδὴν κεχαρισμένην ὑπάρχειν τοῖς ἀκούουσιν.*

Quicumque haec legit, vel Homerici versus, si fieri posset, haud memor, iure suo dubitare posset, an non vocabulum *καί* hoc loco prorsus sit inutile; haud eleganter usurpatum esse, nemo negabit. Simulatque vero poetae verborum meminerit, quomodo mancae orationi possit subveniri, dubius esse nullus poterit. Alludit nimirum LUCIANUS ad *Odyss.* *α.* 351 sqq.:

*τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι*
*ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται,*

atque LUCIANUM arbitror non aliter scribere potuisse, atque: *ἀληθὲς γὰρ εἶναι τὸ τοῦ Ὁμήρου, ἀεὶ τὴν νέαν ᾠδὴν κεχαρισμένην ὑπάρχειν τοῖς ἀκούουσιν.* Innumeris paene locis, quibus sub ΚΑΙ, ΔΕΙ, aliis, vocabulum ΑΕΙ latet, vel quibus alio modo est obscuratum corruptumve, tres addam, etiam alio nomine dignos mihi visos, in quos animum viri docti attendant. Ac si cui videar a proposito nimium deflectere, is paulisper iudicium penes se retineat, atque per devia et excursiones munitam me videbit in viam esse rediturum. EUSEBII apud STOB. *Floril.* p. 20. 29 (*Tit.* I. 85) haec est sententia, quam cum IACOBSIO, *Lectt. Stob.* p. 23, egregiam, sed in fine

insigniter depravatam dicere non dubito: *ἄπαυστον καὶ ἀκόρεστον ἐπιθυμίην χρημάτων μὲν μήκοτε ἔχοίην, μούνων δὲ τῶν ὠφελεόντων τὴν ψυχὴν μαθημάτων ἐθέλοιμι ἃ δεῖ ἔσεσθαι.* SCHOWIUS coniecerat *ἄλις ἔσεσθαι*, cui merito repudiato IACOBSIUS substituit *ἀεὶ ἐφίεσθαι*; neque huic subcribere dubitarem, nisi ipse mihi viderer melius quid excogitasse. EUSEBIUM enim dedisse arbitror: *ἀδεὴς ἀεὶ ἔσεσθαι.* Vocabulum *ἀδεής* ea, quam volo, significatione, scilicet *haud egens, haud expers*, a scriptoribus, qualis fuit EUSEBIUS, non est alienum. Exempla STEPHANI *Thesaurus* indicabit. — Apud eundem STOBAEUM (*Append. Flor. ed.* GAISF. Tom. IV. p. 44) SOCRATIS dicterium traditur hisce verbis: *Σωκράτης πρός τινα πάντα εἰδέναι φάσκοντα καὶ πολυμάθειαν ὑπισχνούμενον, ἐτύγχανε δὲ εἰς Ἀκαδημίαν* (leg. *Ἀκαδήμειαν*) *συγκατιὼν αὐτῷ, ἐπιστὰς χωρίῳ πεφυτευμένῳ, ἤρετο αὐτὸν .... εἶτα, ἔφη, σὺ ἐν τῇ σεαυτοῦ ψυχῇ οὐδὲ μικρὸν τόπον παραλιπὼν, ἀλλὰ ἀεὶ ἄλλοις μαθήματα σωρεύων, οἴει τινα καρπὸν ἐξ αὐτῶν δρέψασθαι*; Olim scriptum fuisse suspicor *ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις μαθήματα σωρεύων.* In fine sententiae pro *δρέψασθαι* necessario requiritur *δρέψεσθαι*[8]. Tertius iam in censum veniat PHOTII locus in *Lexico*, pag. 591. 4 (PORS.): *Τὶς ἐν Κύδωνος: ἐπὶ τῶν φιλοφρόνως δεχομένων τοὺς ξένους· ἀπὸ Κύδωνος Κορινθίου φιλοφρόνως διατεθέντος.* PHOTII glossarii ea pars quae est ab *Λε* usque ad *Επ* si aetatem tulisset, haud mirarer, si in priore libri parte *κατὰ στοιχεῖον* genuinum proverbium haberemus servatum et integrum, quod hic ab initio mutilum proponitur[9]. In proverbium abierat Cydonis hospitalitas, non quod *τὶς ἦν ἐν Κύδωνος* — hoc enim vel

---

[8]) Scriptis haec iam erant mandata, quum alteram STOBAEI Gaisfordiani editionem mihi liceret inspicere. Vidi in GAISFORDI annotatione (Tom. II. pag. 788), HALMIUM coniecisse *ἄλλα ἀεὶ ἄλλοις σωρεύων.* Nec tamen meam opinionem desero, quum et verbum *σωρεύειν* utramque constructionem admittat, et mea correctio totius sententiae structuram videatur reddere expeditiorem et elegantiorem.

[9]) Id compluries factum est apud PHOTIUM. Unum adducam exemplum. Legimus pag. 213. 23: *Λελάφασιν· οἷον πεπώκασιν.* Idem pag. 214. 13: *Λέμφας: πέπωκας.* Scriptum erat, nisi fallor, in libro, quo fonte usus est, *λέλαφας*, sed litterarum ductu simili deceptus est doctus scilicet grammaticus (*ΛΕΜΦΑΣ — ΛΕΛΑΦΑΣ*).

Digitized by Google

*ἀξένοις* interdum accidit —, sed quoniam erat, opinor, *ἀεί τις ἐν Κύδωνος*, quoniam CYDONIS domus hospitum numquam erat vacua. Atque hoc, crede mihi, circumferebatur proverbium, quod, quum *ἐμμέτρως* solerent *παροιμιάζεσθαι*, ita fortasse audiebat:

*Ἀεί τις ἐν Κύδωνός (ἐστιν?) οἰκίᾳ*[10].

HOMERI verbis, *Graecae* sapientiae et humanitatis communis inexhaustique fontis, LUCIANUS innumeris paene locis hortulos suos irrigavit, quorum duos addam ei, quem e *Zeuxide* produxi, leviter et ipsos, ut mihi quidem videtur, corruptos[11]. In *Alex.* 41 haec leguntur: *Προλέγων δὲ πᾶσιν ἀπέχεσθαι παιδίου συνουσίας, ὡς ἀσεβὲς ὄν, αὐτὸς τοιόνδε τι ὁ γεννάδας ἐτεχνάσατο.* Exulet forma a *τεχνάζω* derivata, cuius verbi medium usus est perquam rari, atque sedem suam recuperet Homerica forma *ἐτεχνήσατο*, quam LUCIANUM arbitror ab HOMERO esse mutuatum, *Od. ε.* 529:

*τόφρα δὲ φάρε' ἔνεικε Καλυψὼ δῖα θεάων*
*ἱστία ποιήσασθαι· ὁ δ' εὖ τεχνήσατο καὶ τά.*

*Iup. Trag.* 37 in LUCIANUM nondum est receptum, quod in editionibus HOMERI omnibus correctum est quodque iam omnes ut verum sunt amplexi. Accusat DAMON deos hisce: *Ἀλλὰ δῆλοί εἰσιν ἀποδημοῦντες ὑπὲρ τὸν Ὠκεανὸν ἴσως μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας· ἔθος γοῦν αὐτοῖς συνεχῶς ἰέναι παρ' αὐτοὺς μετὰ δαῖτα, καὶ αὐτεπαγγέλτοις ἐνίοτε.* Scribendum est *κατὰ δαῖτα*, ut

---

10) Exstat proverbiorum metricorum magna copia; in aliis, quae pedestri oratione circumferuntur, metrum est restituendum. Exstat v. c. MACARII glossa, quam legi apud WALZIUM ad ARSENIUM, pag. 145. Quae ita fere videtur esse disponenda: *Δεινὰ τὰ δεινά. ἐπὶ τῶν σφόδρα χαλεπῶν· τὸ δὲ τέλειον· Τὰ δεινὰ δεινά, δεινότερα δὲ Δεινίου*, vel, quod KIEHLIO haec legenti visum est:

*Τὰ δεινὰ δεινά, δεινότερος δὲ Δεινίας.*

Eodem modo versum demonstravi in iis, quae proverbii modo afferuntur apud HERACLITUM, *Alleg. Hom.* p. 11:

*ἥλιος Ἀπόλλων, ὁ δέ γ' Ἀπόλλων ἥλιος.*

11) Qui in LUCIANI libello *De Saltut.* 85 excitatur versus Homericus: *ὥστε οὐδὲν δεήσομαι τὸ τῆς Κίρκης ἐκεῖνο πρὸς σὲ εἰπεῖν τό·*

*Θαῦμά μ' ἔχει, ὡς οὔτι πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης,*

is et hic et apud HOMERUM, *Od. κ.* 326, levi mutatione ita videtur esse constituendus:

*Θαῦμά μ' ἔχει πῶς οὔτι πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης·*

est in loco Homerico, quem LUCIANUS tetigit, *Il.* A. 424. Quamvis haud ita confidenter dixerim, a librariis nec ab ipso LUCIANO vitium fuisse commissum. Quam negligenter enim *οἱ ἐπίγονοι* in poetarum verbis excitandis fuerint versati, quam foeda aequalium, a prisca Graecitate mirum quantum abhorrentia vitia veterum vatum fragmentis adsperserint, nemo melius docebit PLUTARCHO, qui notissimum oraculum de sorte CROESI, quod est apud HERODOT. I. 47:

*Οἶδα δ' ἐγὼ ψαμμοῦ τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης*[12],
*Καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω,*

hunc in modum, sui temporis Graeculorum illato soloecismo, nobis corrupit, *De Garrul.* 20, p. 512 E: *Ὁ γὰρ θεός, ᾧ λατρεύει,*

*καὶ κωφοῦ ξυνίησι καὶ οὐ λαλέοντος*[13] *ἀκούει.*

## 5.

Cuius modo mentionem feci LUCIANI eiusque aequalium *συγκρητισμοῦ*, quo et veterum fragmentis serioris aetatis vitia inferunt, et vocabulis poeticis et obsoletis ipsorum orationem farciunt, is optime iis locis deprehenditur, quibus invitis Musis ipsi versus pangere sunt conati. Vocabula Homerica, Tragica, *Attica τῇ κοινῇ* adsuuntur, neque vitiorum metricorum et prosodiacorum expertes sunt versus Lucianei. Nec tamen arbitror,

---

12) Transpositis vocabulis claudicanti versui poterit subveniri. Legatur:

*Οἶδα δ' ἀριθμὸν ἐγὼ ψαμμοῦ καὶ μέτρα θαλάσσης.*

De ipso oraculo non sine fructu poterit conferri BOECKHII *Corpus Inscriptionum* N° 1724.

13) Ipse LUCIANUS in eodem verbo *λαλεῖν*, quod veteribus idem fere erat, atque *φλυαρεῖν* (cf. instar omnium EUPOLIDIS versus: *Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν*) identidem est lapsus. In *Vit. Auct.* 3, ut uno exemplo defungar, imprudenti excidit: *τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίῃ μακρῇ καὶ ἀφωνίῃ καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδέν.* Voluit *διαλέγεσθαι.* Plura exempla IACOBITZII index ostendet. At SOPHOCLES immerito eiusdem facinoris est accusatus. Qui putabatur cecinisse, quae exstant in *fragm.* 667 (DIND.):

*αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ.*
*ἡ γὰρ σιωπὴ τῷ λαλοῦντι σύμμαχος.*

Nihil certius esse potest, quam ipsam SOPHOCLIS manum nuper revocasse COBETUM emendando:

*ἡ γὰρ σιωπὴ τἀγκαλοῦντι σύμμαχος.*

Digitized by Google

a LUCIANO posse profectum esse epigramma, quod in Lucianeis recensetur, 18 (*Anth. Pal.* XI. 274):

Εἰπέ μοι εἰρομένῳ, Κυλλήνιε, πῶς κατέδυνε
Λολλιανοῦ ψυχὴ δῶμα τὸ Φερσεφόνης;

LUCIANUM enim proprium nomen haud dubie docuerat, in vocabulis, qualia sunt Μαρκιανὸς, Ἀδριανὸς, Καλπουρνιανός similibus penultimam esse longam, ideoque nondum me poenitet, in *Ver. Hist.* II. 28 pro Λουκιανός reposuisse:

Λυκῖνος τάδε πάντα φίλος μακάρεσσι θεοῖσιν
εἶδέ τε καὶ πάλιν ἦλθεν ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.

LOLLIĀNOS et LUCIĀNOS illis malim relinquere poetarum filiis, qui huiusce generis penthemimeres dactylicas cecinerunt, quales ex *Anthologia* animi causa aliquot expiscatus in Adversaria mea retuli, κοίτας ἀνεξόμεθα vel τὴν θεὸν ἐκδέδυκας vel ἔχθραν ἐπεσπασάμην, vel qui omnium est speciosissimus, ἔχων θρίδακας. At pulcrum versuum Lucianeorum specimen habes in *Alex.* 50, in quo nescio quid magis mireris, eclecticismum, quo sua singulis poetis vocabula surripiuntur, an audaciam, qua πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ leges spernuntur, quas consuetudo sanctas nec temere spernendas tulerat. Non mihi parco, quin totum carmen transcribam:

δίζεαι ὅστις σὴν ἄλοχον μάλα πάγχυ λεληθώς
καλλιγένειαν ὑπὲρ λεχέων σαλαγεῖ κατὰ δῶμα;
δοῦλος Πρωτογένης, τῷ δὴ σύ γε πάντα πέποιθας.
ὤπυιες γὰρ ἐκεῖνον, ὁ δ' αὖθις σὴν παράκοιτιν,
ἀντίδοσιν ταύτην ὕβρεως ἰδίας ἀποτίνων.
ἀλλ' ἐπὶ σοὶ δὴ φάρμακ' ἀπ' αὐτῶν λυγρὰ τέτυκται,
ὡς μήτ' εἰσαΐοις μήτ' εἰσοράοις ἃ ποιοῦσιν.
Εὑρήσεις δὲ κάτω ὑπο σῷ λέχει ἀγχόθι τοίχου
πρὸς κεφαλῆς· καὶ σὴ θεράπαινα σύνοιδε Καλυψώ.

Dixeris se ipsum subsannantem rosisse LUCIANUM, quum in *Lexiphane* 20 scriberet: καὶ ἡμᾶς τοὺς προσομιλοῦντας καταλιπὼν πρὸ χιλίων (leg. ὡς πρὸ χιλίων) ἐτῶν ἡμῖν διαλέγεται διαστρέφων τὴν γλῶτταν καὶ ταυτὶ τὰ ἀλλόκοτα συντιθεὶς καὶ σπουδὴν ποιούμενος ἐπ' αὐτοῖς, ὡς δή τι μέγα ὄν, εἰ ξενίζοι καὶ τὸ καθεστηκὸς νόμισμα τῆς φωνῆς παρακόπτοι. Sed turpius idem peccavit in altero *Alexandri* loco, ἔμμετρα φθεγγόμενος, τὰ μέλλοντα προθεσπίζων, ut est in *Philopseude.* Ex oraculis, quae

Digitized by Google

plebeculam decepturus panxit ALEXANDER, unum (*Alex.* 24) ita sonat:

*Τιέμεναι κέλομαι τὸν ἐμὸν θεράποντ' ὑποφήτην·*
*οὐ γάρ μοι κτεάνων μέλεται ἄγαν, ἀλλ' ὑποφήτου.*

At producitur, o bone, vocabuli *ἄγαν* syllaba extrema, nisi qui ex *Anthologiae* poetis excusationem vitii metrici velit petere. Fieri potest, ut librarii impegerint, sed vix credo. Ipsum LUCIANUM credo esse culpandum, qui facile vitare potuerat soloecismum scribendo:

*οὐ γάρ μοι κτεάνων μέλεται τόσον, ἀλλ' ὑποφήτου.*

Neque dialectologiae, ut hoc vocabulo utar, peritiorem fuisse coniicias LUCIANUM, quam rei metricae et prosodicae, siquidem ab eo commissa sunt vitia, quae sat multa conspicua sunt in dialogis aut omnino aut aliquam partem *Ionica* dialecto conscriptis. Quam rem postea accuratius tractaturus, iam in aliquot e *Vitarum Auctione* petitis exemplis observationis veritatem ostendam. *Vit. Auct.* 3: Ἐν *Αἰγύπτῳ παρὰ τοῖς ἐκεῖ σοφοῖσι. Leg. τοῖσι.* — *Ibid.* 4: Εἶτ' *ἐπὶ τουτέοισιν ἀριθμέειν. Leg. τουτοῖσι.* — *Ibid.* 6: Τὰ *δ' ἀμφὶ δίαιταν ὁποῖος* (*leg.* *ποῖος*) *εἶ*; ΠΥΘ: Ψ*υχήϊον* (*leg.* *ψυχηρόν*) *μὲν οὐδὲ ἓν σιτέομαι, τὰ δ' ἄλλα πλὴν κυάμων.* ΑΓΟ: Τ*ίνος εἵνεκα* (*leg.* *ἕνεκα*); *ἢ μυσάττῃ τοὺς κυάμους*; ΠΓΘ: Οὐ*κ, ἀλλὰ ἱροί εἰσι καὶ θωυμαστὴ αὐτέων* (*leg.* *αὐτῶν*) *ἡ φύσις κτέ.* — *Ibid.* 14: *καὶ οὐδὲν αὐτῶν ὅτι μὴ ἐπικήριον.* Est vox nihili *ἐπικήριον* pro *ἐπίκηρον.* Haec vero horumque similia utrum ab ipso LUCIANO an a librariis sint profecta, haud facile certo quis diiudicabit[14]; itaque antiquissimum erit, indicare vitia nec tamen in ipso textu corrigere. Sed redeo ad LUCIANUM poetam, versus tractaturus emendaturusque, quibus in *Iove Tragoedo*, quem dialogum pulcherrimis salsissimisque annumero, HERMES deos ad concilium convocat (*Iup. Trag.* 6):

*μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς . . . μήτε τις ἄρσην*
*μηδ' αὐτῶν ποταμῶν μενέτω νόσφ' Ὠκεανοῖο*

---

[14]) Tetigit rem, nec tamen omnino absolvit GUILIELMUS DINDORFIUS in *Commentatione de dialecto* HERODOTI, qua suam HERODOTI editionem (DIDOT) ornavit, pag. XLIV sqq. Cui pro certo videtur stare, quaecumque contra dialectorum normam sunt peccata, librariis neque ipsi LUCIANO esse imputanda.

Digitized by Google

*μηδέ τε νυμφάων, ἀλλ' ἐς Διὸς ἔλθετε πάντες*
*εἰς ἀγορὴν, ὅσσοι τε κλυτὰς δαίνυσθ' ἑκατόμβας,*
*ὅσσοι τ' αὖ μέσατοι ἢ ὕστατοι ἢ μάλα πάγχυ*
*νώνυμνοι βωμοῖσι παρὰ κνίσηεσι κάθησθε.*

Parodia, ut recte monuit SOLANUS, ex variis HOMERI locis est concinnata; quos singulos proponam, quo melius iudicare liceat de arte, qua MERCURII *κήρυγμα* LUCIANUS composuerit. Cf. *Il.* Θ. 7:

*μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς τόγε μήτε τις ἄρσην.*
*πειράτω διακέρσαι ἐμὸν ἔπος.*

*Il.* Υ. 7:

*οὔτε τις οὖν ποταμῶν ἀπέην νόσφ' Ὠκεανοῖο*
*οὔτ' ἄρα νυμφάων.*

*Il.* Υ. 10:

*ἐλθόντες δ' ἐς δῶμα Διὸς νεφεληγερέταο.*

Posset, quem operae non poeniteret, singulis fere, quibus usus est vocabulis, auctorem HOMERUM excitare. Sed nil opus est. Claudicare primum versuum Lucianeorum nemo non vidit. Lacunae explendae quae facta sunt pericula, sat fuere infelicia. Scripserunt, HOMERUM secuti: *μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς τόγε κτέ*, aut *θεὸς καὶ μήτε*, alterum altero ineptius. Nemo profecto tam plumbeum LUCIANUM fuisse serio contendet, qui *τόγε*, apud HOMERUM aptissimum, suis ineptissime intulerit. De *καὶ μήτε* praestat tacere. Duae locum expediendi statui possunt rationes; aut, quod visum est LEHMANNO, mancum ipse LUCIANUS et claudicantem versum dare voluit, ut verum esset, quod de se HERMES erat professus: *ἐγὼ δὲ ἥκιστα ποιητικός εἰμι, ὥστε διαφθερῶ τὸ κήρυγμα, ὑπέρμετρα καὶ ἐνδεᾶ ξυνείρων*[15], aut periit vocabulum, in Homerici *τόγε* locum a LUCIANO suffectum, nec ita facile poterit restitui. Multo facilius alteri versuum poterit subveniri, *αὐτῶν* in duas partes dirimendo, atque *αὖ τῶν* scribendo. Omnium vero gravissimus morbus extremum ver-

---

15) Idem queritur ac de se fatetur APOLLO, *Iup. trag.* 30, his verbis: *ὅμως δὲ καὶ οὕτω γυμνὸς ἐκείνων καὶ ἄσκευος πειράσομαι προειπεῖν, ὁπότερον* (*leg.* *ὁποτέρων*) *τὸ κράτος ἔσται· ἀνέξεσθε δὲ, εἰ μὴ ἔκμετρα λέγοιμι.* Ratio editores videtur fugisse, quum pro vulgato *ἔμμετρα* e codice *Gorlicensi* *ἔκμετρα* reciperent. Aut retinenda est vulgata lectio, aut deleto *μή* scribendum *ἔκμετρα*.



Digitized by Google

sum invasit. Quid enim, quaeso, est *βωμοῖσι κάθησθε*, quomodo quis potest *βωμοῖσι καθῆσθαι?* Senserat vitium F. GUYETUS, atque coniecerat: *ἐν βωμοῖς παρὰ κνίσσαις*. Quem, ut erat vir sagacissimus, non ut metro, quod REITZIO visum est, sed ut sententiae laboranti opem ferret, ita statuisse arbitror. Sed quum *νωνύμοις*, quod olim legebatur, iam recte formae *νωνύμνοις* locum cesserit, de recipienda GUYETI coniectura non amplius sermo esse potest. Emendatum locum praebebit collata IOVIS querimonia, quam de hominum impietate rerumque divinarum socordia hisce verbis decantat in *Bis Accus.* 2: *Ἢν γάρ τι καὶ μικρὸν ἐπινυστάξωμεν, ἀληθὴς εὐθὺς ὁ Ἐπίκουρος, ἀπρονοήτους ὑμᾶς ἀποφαίνων τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ ὁ κίνδυνος οὐκ εὐκαταφρόνητος, εἰ ταῦτα οἱ ἄνθρωποι πιστεύσουσιν αὐτῷ, ἀλλ' ἀστεφάνωτοι μὲν ἡμῖν οἱ ναοὶ ἔσονται, ἀκνισωτοὶ*[16] *δὲ αἱ ἀγυιαὶ, ἄσπονδοι δὲ οἱ κρατῆρες, ψυχροὶ δὲ οἱ βωμοὶ καὶ ὅλως ἄθυτα καὶ ἀκαλλιέρητα καὶ ὁ λιμὸς πολύς.* Videsne iam in illis versibus:

*ὅσσοι τ' αὖ μέσατοι ἢ ὕστατοι ἢ μάλα πάγχυ*
*νώνυμνοι βωμοῖσι παρὰ κνίσῃσι* (*Cod.* O apud LEHMANNUM *κνίσσοισι*) *κάθησθε*

pellucentem veram lectionem? Aut nihil satis certum est et exploratum, aut scripsit LUCIANUS:

*νώνυμνοι βωμοῖσι παρ' ἀκνίσοισι κάθησθε*[17].

---

16) De forma *ἀκνισωτός*, quam tuetur AESCHYLOque vindicat Grammaticus apud BEKKERUM, *Anecd.* I. p. 368, subdubito an sit germana et Graeca.

17) Permultis locis notum est vitia inde fuisse orta, ut aut vocabula male sint dirempta, aut plura vocabula in unum coaluerint, vel unum in plura sit dissectum. Paucula quaedam huius morbi dabo eademque sanabo exempla: LUCIAN. *Hermotim.* 74: *καὶ τίς ἔτι ἂν ἀπιστήσειε ταῦτα λέγοντι αὐτῷ; ἀκόλουθα γὰρ τῇ ἀρχῇ, περὶ ἧς ἐχρῆν εὐθὺς σκοπεῖν, εἴπερ δεκτέα, καὶ εἰ συγχωρητέα οὕτως ἔχειν.* Legatur *εἰ παραδεκτέα*. — *Alex.* 6: *Πελλαία δὲ ἦν ἐκείνη, πάλαι μὲν εὐδαίμονος χωρίου κατὰ τοὺς τῶν Μακεδόνων βασιλέας, νῦν δὲ ταπεινοὺς καὶ ὀλιγίστους οἰκήτορας ἔχοντος.* Scripserat LUCIANUS: *ὀλίγους τούς*. — *Iup. trag.* 34 *Ἀλλ' ὅπερ ἡμῖν δυνατώτατον, εὐχώμεθα ὑπὲρ αὐτοῦ.* — Quid vocabuli *δυνατώτατον*? Mecum revoca *δύνατον μόνον*. GALL. 24: *Παράδοξα γὰρ καὶ οὐ πάντη πιστὰ φής.* Restituendus est elegans Atticismus: *πάνυ τι πιστά*. Cf. annotat. ad *Tim.* 2. — Annectam unum PHOTII locum in *Lexico*, ridiculum in modum corruptum, pag. 408. 24 (*Pors.*): *Πέμπται πέντε καὶ Αἰολεῖς καὶ Ἴωνες καὶ Ἀττικοί.* Voluit, opinor, *Πέμπε, τὰ πέντε κτέ.*

Digitized by Google

'Ακνίσους βωμοὺς serioribus temporibus *Graecis* haud raros fuisse nec inauditos, probabit Archiae epigramma (*Anth. Pal.* X, 7), quod, quum illustrando Luciani loco egregie possit inservire, totum describam:

Τοῦδέ με κυματοπλῆγος ἐπὶ σκοπέλοιο Πρίηπον
 ναῦται Θρηΐκίου θέντο πόρου φύλακα.
πολλάκις οἷς ἤϊξα ταχὺς καλέουσιν ἀρωγός,
 ξεῖνε, κατὰ πρύμνης ἡδὺν ἄγων Ζέφυρον. –
τοὔνεκεν οὔτ' ἄκνισσον (leg. ἄκνισον), ὅπερ θέμις, οὐδ' ἐπιδευῆ
 εἴαρος ἀθρήσεις βωμὸν ἐμὸν στεφάνων.
ἀλλ' αἰεὶ θυόεντα καὶ ἔμπυρον· οὐδ' ἑκατόμβη
 τόσσον, ὅσον τιμὴ δαίμοσιν ἁνδάνεται.

Alter *Anthologiae* poëta, Automedon (*Anth. Pal.* XI. 324), Apollinem introduxit, Arrium ἀκνίσου βωμοῦ νεώκορον appellantem.

## 6.

Quae in proverbium apud nostrates abiit de ovo Columbi narratio, ea, quum *Graecos* scriptores versarem, identidem ob animum est obversata cogitanti, quam multa Columbi illo artificio neque difficiliora neque hercle obscuriora viros doctos fefellerint, donec ab uno reliquis feliciore commonefacti veritatem ipsa simplicitate fulgentem et conspicuam agnoverint, quam multa haud dubie nos quoque ludificentur, quae simul atque erunt illustrata et demonstrata pudebit ipsos non olim invenisse. E Stobaei *Floril. Append.* (II. p. 718 *ed. alter.*) irrepserat *Graecus* poëta Sophilus; qui in oblivionem, a qua librariorum benignitate erat vindicatus, iussus est remigrare, ex quo Meinekius indicavit, versus eo loco excitatos Sophoclis esse in *Oed. Col.* 806, 807, atque Sophilum poëtam merum esse scribarum figmentum. Merito omnes plaudent. Iidem e Sophoclis fragmentis expellant, quod apud Dindorfium (*Poët. Scen.* fr. 917) e *Grammatico Coisliniano pag.* 237 est receptum: Ὄγμος: ἡ κατὰ στίχον ἔφοδος τῶν θεριστῶν καὶ ὄγμοι σταχύων: καὶ Σοφοκλῆς ὀστιβογμεύς φησι καὶ ἐπόγμιος Δημήτηρ, ἔφορος τοῦ θέρους. Monstrum illud vocabuli in duas partes dissecent στίβον ὀγμεύει legendo, et persuasum sibi habeant (cf.



Digitized by Google

I. C. VAN DER WULP, *Observatt. Crit.* p. 49), SOPHOCLIS locum respici in *Philoctete* 163:

στίβον ὀγμεύει τόνδε πέλας που.

Iidem mecum vitia aliquot tollant e LUCIANO, inde, si quid video, orta, quod locorum, quos imitatus erat scriptor vel laudavit, non recte meminerunt editores. Quae correxisse vix maiori videtur esse posse laudi, ac si qui in, rem amissam, multis quaerentibus, forte fortuna incidit. In LUCIANI *Gallo* 4: τὸ ἴσον ἠσεβηκέναι κυάμους φαγόντα ὡς ἂν εἰ τὴν κεφαλὴν τοῦ πατρὸς βεβρώκεις, viderunt editores ad versum alludi in *Pythagoraeico* quodam carmine obvium, atque servatum a CLEMENTE ALEXANDRINO, *Strom.* l. III. pag. 187. 14 SYLB.:

Ἶσόν τοι κυάμους τρώγειν κεφαλάς τε τοκήων.

Dixeris, qui CLEMENTE ALEXANDRINO tam feliciter utuntur ad LUCIANUM illustrandum, eosdem EURIPIDEM haud dubie memoriter tenere Erras toto coelo. Si enim vidissent, in *Epist. Saturn.* 35: Καὶ εἴ σοι ταῦτα καταψεύδεσθαι αὐτῶν δοκοῦμεν, τὸν ὑμέτερον παράσιτον ἀναμνήσθητι, τὸν Ἰξίονα, ὃς ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, ἀξίωμα ἴσον ἔχων ὑμῖν τῇ Ἥρᾳ μεθυσθεὶς ἐπεχείρει ὁ γενναῖος, LUCIANUM alludere ad EURIPIDIS *Orest.* v. 9, quin integrum versum excitare:

κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ᾽ ἔχων ἴσον,

non potuissent non intelligere, ἀξιωθεὶς illud, quod vocabulorum constructionem impedit et pessumdat, a stupido librario adiectum, atque e textu esse pellendum [18]. Alterum exemplum

---

18) Recte a nonnullis LUCIANI editoribus *Imag.* 12: Οὐκοῦν, ὦ Πολύστρατε, μῦθον ἀντὶ μύθου ἄμειψαι αὐτῷ τῷ μέτρῳ, φασίν, ἢ καὶ λῷον revocatum est λώϊον, quum scriptor HESIODI auctoritate sit usus, *Opp.* 350:

εὖ δ᾽ ἀποδοῦναι
αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, αἴ κε δύνηαι.

At debuerant iidem *Pro Imag.* 19: Ἀλλὰ πῶς ἐπῄνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν Γλαῦκον, οὐδὲ Πολυδεύκεος βίαν φήσας ἀνατείνασθαι ἂν αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας οὐδὲ σιδάρεον Ἀλκμήνας τέκος poëtae ἀντείνασθαι restituere, quem SIMONIDEM *Ceum* fuisse sagaciter vidit MEINEKIUS. Turpius est, quod apud PLUTARCHUM, *d. aud. poët.* pag. 21. A commiserunt editores in fragmento PINDARI, quod pertinaciter edere pergunt hunc in modum depravatum:

Τῷ πὰρ δίκαν
γλυκεῖ πικροτάτα μένει τελευτά.

Digitized by Google

De tweede helft van *vs.* 416 wordt ten onregte aan het koor toegeschreven. Zij is van Bdelycleon, welke met die woorden te kennen geeft, dat hun geraas geen indruk op hem maakt en hij daarom Philocleon niet los zal laten. Men vindt dezelfde constructie in de *Acharners* vs. 335: *ὡς ἀποκτενῶ κέκραχθ'· ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀκούσομαι.* *Vers* 417 is weder van het koor en doelt op de woorden van Bdelycleon. Men schrijve dus:

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

*ὦγαθοὶ, τὸ πρᾶγμ' ἀκούσατ', ἀλλὰ μὴ κεκράγετε.*

ΧΟΡΟΣ.

*νὴ Δί', ἐς τὸν οὐρανόν γ'.*

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

*ὡς τοῦδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι.*

ΧΟΡΟΣ.

*ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ καὶ τυραννίς ἐστιν ἐμφανής;*

*vs.* 443 *vlgg.* *οὐδὲν τῶν πάλαι μεμνημένοι*
*διφθερῶν κἀξωμίδων, ἃς οὗτος αὐτοῖς ἠμπόλα*
*καὶ κ υ ν ᾶ ς κ α ὶ τοὺς πόδας χειμῶνος ὄντος ὠφέλει,*
*ὥστε μὴ ῥιγῶν ἑκάστοτ'·*

De *coniunctie καὶ* zonder meer stelt geen verband daar tusschen de woorden *τοὺς πόδας χειμῶνος ὄντος ὠφέλει* en het *participium μεμνημένοι*, waarbij zij behooren. De dichter had tot dat einde of *ὡς* moeten gebruiken of een *relativum*, waardoor het

Digitized by Google

middel werd aangewezen. Het laatste komt mij waarschijnlijker voor. Misschien had Aristophanes geschreven: *καὶ κυνῶν χαῖς* (d. i. *καὶ τῶν ἐμβάδων, αἷς*) *τοὺς πόδας χειμῶνος ὄντος ὠφέλει κτέ.* Men vergelijke *vs.* 447. Buitendien heb ik *κυνᾶς* veranderd in *κυνῶν*, omdat van meerdere slaven gesproken wordt en de andere *nomina* mede *pluralia* zijn.

*vs.* 480. *οὐδὲ μέν γ' οὐδ' ἐν σελίνῳ σοὐστὶν οὐδ' ἐν πηγάνῳ.* De partikel *μέν* moet hier plaats maken voor *μήν*, zoo als reeds door Dr. Hirschig in zijne uitgave der *Wespen* is voorgesteld. Dit is echter niet alles. De *paraphrasis* van den *scholiast*, *οὔπω σοι οὐδὲ ἀρχὴ γέγονε τῶν παρ' ἡμῶν ἐσομένων*, gevoegd bij de lezing van *cod. R.* *πούστίν* in plaats van *σοὐστίν*, en bij de omstandigheid, dat de tweede ontkenning overtollig is, terwijl het *pronomen* niet gemist kan worden, maakt het in mijn oog waarschijnlijk, dat Aristophanes geschreven had:

*οὐδὲ μήν σοί γ' ἐν σελίνῳ πώστὶν οὐδ' ἐν πηγάνῳ.*

*vs.* 532 *vlgg.* *ὁρᾷς γὰρ ὡς*
*σοὶ μέγας ἐστὶν ἀγὼν*
*καὶ περὶ τῶν ἁπάντων.*

Het koor beschouwt den strijd van Philocleon met Bdelycleon niet als eene zaak, die alleen Philocleon aangaat, maar als beslissend ook voor zich en het geheele *γυμνάσιον* der wespen. Zie vs. 539 en 546. Men leze dus:

*ὁρᾷς γὰρ ὥς*
*μοι μέγας ἐστὶν ἀγών, κτέ.*

*vs.* 564 *vlg.* *οἱ μέν γ' ἀποκλάονται πενίαν αὑτῶν καὶ προστιθέασιν*
*κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ἕως ἀνιῶν ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν.*

De overgang van den *pluralis* tot den *singularis* zoowel hier als in *vs.* 568 heeft sommige geleerden gehinderd en beide plaatsen voor bedorven doen houden; ik geloof, ten onregte. Wanneer men van eene zaak spreekt in het algemeen, maakt het dikwijls geen onderscheid of men den *singularis* of den *pluralis* gebruikt. Zoo beteekent b. v. *ὁ ἀεὶ βασιλεύων* hetzelfde als *οἱ ἀεὶ βασιλεύοντες* en zou hier, wat den zin betreft,

Digitized by Google

even goed kunnen staan ὁ μὲν ἀποκλάεται — ὁ δὲ λέγει — ὁ δὲ σκώπτει, als de *pluralis*, dien men er nu leest. Dit is oorzaak, dat de dichter zich niet aan eenen *pluralis* gebonden acht, die alleen in den vorm, maar niet in den zin van den *singularis* verschilt, en wanneer het *metrum* dit vordert, niet aarzelt dezen te gebruiken. *Vs.* 565 is dus, naar mijn oordeel, in dit opzigt vrij van corruptie, doch heeft op eene andere wijze geleden. Ik bedoel het *participium* ἀνιῶν, dat voor geene uitlegging vatbaar is. De beteekenis van ἀνιῶ is bekend: *kwellen, lastig vallen, hinderen*, enz. Bij gevolg is de zin van ἕως ἀνιῶν κτέ. » tot dat hij zijne ellende *door mij te kwellen* even groot gemaakt heeft, als de mijne." Niemand zal, denk ik, beweren dat dit hem voldoet en toch weet ik niet, hoe men ἀνιῶν anders zou kunnen verklaren. Het woord is bedorven; Aristophanes had waarschijnlijk geschreven:

ἕως λήγων ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν.

d. is: » tot dat hij *ten laatste* zijne ellende even groot gemaakt heeft als de mijne. De verandering van λήγων in ἀνιῶν is bij de bekende verwisseling van Λ met Α en Η met Ν zeer ligt te begrijpen.

*vs.* 575. ἆρ' οὐ μεγάλη τοῦτ' ἔστ' ἀρχὴ καὶ τοῦ πλούτου καταχήνη;
Dit vers zou hier beter gemist worden. Niet Philocleon, maar Bdelycleon, die de hoofdpunten der rede telkens opteekent, behoort den inhoud van dit tweede stuk in de woorden τοῦ πλούτου καταχήνη zamen te vatten. Hij handelt met het eerste stuk evenzoo, wanneer hij zegt vs. 559:

τουτὶ περὶ τῶν ἀντιβολούντων ἔστω τὸ μνημόσυνόν μοι,

want Philocleon had niet gezegd, dat dit gedeelte de smeekelingen betrof en zelfs het werkwoord ἀντιβολεῖν niet gebruikt, maar enkel beschreven, wat bij den aanvang van het proces plagt te geschieden. Daarenboven is de herhaling van τοῦ πλούτου καταχήνη in twee op elkander volgende verzen voor het oor niet aangenaam en past de vraag ἆρ' οὐ μεγάλη τοῦτ' ἔστ' ἀρχή; beter aan het einde der rede, waar men haar bijna met dezelfde woorden terugvindt (*vs.* 619), dan hier waar Philocleon nog niet zoo zeker van zijne zaak is.

Digitized by Google

vs. 576 *vlg.*

*δεύτερον αὖ σου τουτὶ γράφομαι, τὴν τοῦ πλούτου καταχήνην.*
*καὶ τἀγαθά μοι μέμνησ' ἄχεις φάσκων τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν.*

Het tweede vers is niet van Aristophanes. Het komt op zich zelf reeds met de rol van Bdelycleon weinig overeen, dat hij zijnen vader voorzegt, welk gedeelte van zijn onderwerp hij behandelen moet. Maar toch behoorde deze, nu zijn zoon hem uitdrukkelijk uitgenoodigd heeft, om over dat punt te spreken, niet te zwijgen, maar de voordeelen op te sommen, die aan de heerschappij van *Athene* over *Hellas* voor den regterstand verbonden zijn. Doch het schijnt wel, dat de oude heer het verzoek niet gehoord heeft; want dit onderwerp wordt niet alleen niet hier, in het antwoord, maar ook verder in de rede nergens door hem aangeroerd. Daarenboven komt *μέμνημαι*, voor zoo ver ik mij herinner, met deze beteekenis in den *imperativus* niet voor, en is de manier, waarop het vers naast het vorige geplaatst is, zonder verband of overgang, Aristophanes onwaardig.

vs. 578 *vlgg.*

*παίδων τοίνυν δοκιμαζομένων τἀδοῖα πάρεστι θεᾶσθαι,*
*κἂν Οἴαγρος εἰσέλθῃ φεύγων, οὐκ ἀποφεύγει πρὶν ἂν ἡμῖν*
*ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ ῥῆσιν τὴν καλλίστην ἀπολέξας,*
*κἂν αὐλητής γε δίκην νικᾷ, ταύτης ἡμῖν ἐπίχειρα*
*ἐν φορβειᾷ τοῖσι δικασταῖς ἔξοδον ηὔλησ' ἀπιοῦσιν.*

De vijf hier door mij aangevoerde verzen zijn om verschillende redenen op deze plaats ongepast en aanstootelijk. Vooreerst wegens de stelling, die zij in Philocleons rede innemen. De onderdeelen der bewijsvoering zijn in die rede niet zonder orde verspreid, naarmate zij den spreker vroeger of later voor den geest komen, maar volgen integendeel geleidelijk en natuurlijk op elkander. Eerst spreekt hij van de tooneelen, die bij de regtsgedingen plaats hebben, waarin de staat betrokken is (552—574); dan van de regtsgedingen, die zaken van bijzondere personen betreffen (583—587); vervolgens behandelt hij de taak der regters in buitengewone staatsprocessen en den eerbied, dien de volksmenners nooit verzuimen jegens hen te betoonen (590—600); eindelijk hoort men tot besluit, welk eene goede ontvangst het salaris hem te huis bij vrouw en kinderen



Digitized by Google

verzekert. Zoo is de rede verdeeld, of liever, zoo zou zij verdeeld zijn, indien de volgorde niet op ééne plaats schromelijk gestoord werd. Na het eerste gedeelte, dat over de staatsprocessen loopt (*vs.* 574), tusschen dat stuk en het onderdeel over de regtsgedingen van bijzondere personen, leest men thans de vijf bedoelde verzen, in welke Philocleon een' zijsprong maakt van het onderwerp, en de zaak van een' kant beschouwt, die bij het oogpunt, dat hij zich overigens in dit gedeelte zijner rede gekozen heeft, wonderlijk afsteekt. Terwijl het hem in de stukken, die voorafgaan, zoowel als in die, welke volgen, alleen te doen is om de eer, de magt en de grootheid van den stand, waartoe hij behoort, spreekt hij in deze verzen van het zingenot, dat er soms meê gepaard kan gaan, het streelen van oogen en ooren door het gezigt van naakte schoonheid, declamatie en muzijk. Deze zoo verschillende beschouwing wordt door niets voorbereid of ingeleid, maar komt even onverwacht voor den dag, als wij een weinig verder (*vs.* 583) weder plotseling van dit onderwerp op de regtsgedingen worden teruggebragt. In één woord het is een brokstuk, dat hoewel het tot de bewijsvoering van Philocleon behoort, zeker oorspronkelijk niet op deze plaats gelezen werd. Het begin van het eerste vers kan mede tot bewijs hiervan strekken:

*παίδων τοίνυν δοκιμαζομένων τᾀδοῖα πάρεστι θεᾶσθαι.*

De partikel *τοίνυν* moet dienen, om deze woorden of bij wijze van antwoord met het tweede vers van Bdelycleon (577) te verbinden, of om ze als vervolg aan de laatst voorgaande woorden van den spreker zelven te hechten; het laatste is te ongerijmd, om in aanmerking te kunnen komen (zie *vs.* 574 *vlg.*); maar ook het eerste verdient naauwelijks eene wederlegging. Immers, zoo *vs.* 577 echt is, herinnert Bdelycleon daar zijnen vader aan de voorregten, die hij door zijne heerschappij over *Hellas* geniet. Dat nu de *dokimasie* der jongelingen met die heerschappij niets gemeen heeft, en het vers dus niet als antwoord aangemerkt kan worden, begrijpt een ieder zonder verder betoog. De partikel *τοίνυν* heeft derhalve hier geenen zin, en bewijst duidelijk, dat *vs.* 578, met de volgenden, ergens anders te huis behoort.

Evenwel moeten die verzen, gelijk ik zoo even zeide en hun

Digitized by Google

inhoud waarborgt, mede behooren tot de rede van PHILOCLEON, en derhalve, zoo zij hier niet op hunne plaats staan, ergens in de nabijheid weggevallen zijn en eene leemte veroorzaakt hebben. Men zal dus de beste kans hebben, om hunne plaats terug te vinden, wanneer men vooreerst opmerkzaam toeziet, of zich in de rede eenig bewijs eener *lacune* voordoet, en mogt dit blijken, onderzoekt, of zij geschikt zijn, om die aan te vullen. Ik heb het stuk tot dat einde doorgeloopen, en in het laatste gedeelte eene plaats gevonden, waar men inderdaad het gemis van eenige verzen gevoelt. Ik bedoel vóór *vs.* 605, na de woorden, waarmede BDELYCLEON zijnen vader in de rede valt. PHILOCLEON geeft ons daar de bewijzen niet, die wij met regt van hem mogten verwachten. Wij zullen, opdat dit duidelijker uitkome, de zaak een weinig hooger ophalen. PHILOCLEON had over de kruipende laagheid van de volksmenners tegenover den regterstand gesproken, en dit onderwerp met *vs.* 600 ten einde gebragt; hiermede is echter zijne taak niet afgeloopen; in het volgende vers (601) noodigt hij zijne tegenpartij weder tot eene waardering van de genoegens, welke deze hem tegelijk met het ambt van regter ontneemt. De woorden, welke hij bij die gelegenheid gebruikt, zijn niet geheel zuiver tot ons gekomen; zij luiden thans:

σκέψαι δ' ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν οἵων ἀποκλείεις καὶ κατερύκεις,
ἣν δουλείαν οὖσαν ἔφασκες χὐπηρεσίαν ἀποδείξειν.

Op het tweede vers is niets aan te merken, maar in het eerste ontbreekt het *pronomen*, gelijk Dr. HIRSCHIG te regt beweert, die daarom leest μ'ἀποκλείεις, en is daarenboven het lidwoord τῶν onmogelijk te verdedigen; want ἀγαθῶν behoort bij οἵων. Gelukkig wordt de zin hierdoor slechts weinig minder duidelijk; de woorden ἀπὸ τῶν kunnen wij voor het oogenblik met stilzwijgen voorbij gaan; het overige beteekent: »*ga eens na, hoe groot de genoegens zijn, die gij mij ontneemt, waarvan gij bewijzen zoudt, dat zij afhankelijkheid en dienstbaarheid medebrengen.*" In die woorden ligt geene zwarigheid; maar hoe wil PHILOCLEON, dat zijn zoon de zaak na zal gaan? Wat moet hij daarbij tot leiddraad nemen? Enkele geleerden zijn van meening, dat de oude regter hem op het voorgaande wijst en verlangt, dat hij daaruit zijn besluit zal opmaken.



Digitized by Google

Ten onregte: want σκέψαι δέ wordt nooit in dien zin gevonden, maar alleen gebruikt, wanneer men iemand op een nieuw onderwerp of een nieuw bewijs opmerkzaam maken wil. Ook toont het antwoord van Bdelycleon:

ἐμπλήσο λέγων · πάντως γάρ τοι παύσει ποτὲ κἀναφανήσει
πρωκτὸς λουτροῦ περιγιγνόμενος τῆς ἀρχῆς τῆς περισέμνου,

dat hij in de woorden zijns vaders het begin eener nieuwe redenering ziet, en zijn ongeduld daarover niet ontveinzen kan. Men moet het er dus voor houden, dat Philocleon van plan is, om in de volgende verzen zijnen zoon aangaande de zaak voor te lichten en verwacht natuurlijk, dat hij daarmede een begin zal maken na de twee verzen van Bdelycleon; maar men leest daar niets van dien aard. Het verhaal, waarmede Philocleon op die plaats zijne rede besluit, over de ontvangst, die hem te huis wacht, staat met *vs.* 601 *vlg.* in geen verband hoegenaamd, maar wordt ons voorgesteld, als iets dat hem bijna ontschoten was (οὔ 'γὼ 'πιλελήσμην), en nu vóór het einde nog moet worden behandeld. Hier bestaat dus eene leemte, en wij zullen aanstonds zien, dat de boven misplaatste verzen bij uitnemendheid geschikt zijn, om haar te vullen; doch vooraf willen wij nog een paar woorden zeggen over *vs.* 601, en wel over de woorden ἀπὸ τῶν. Het ligt in den aard der zaak, dat Philocleon, om te bewijzen, ἀγαθῶν οἵων μ' ἀποκλείεις καὶ κατερύκεις, eenige voorbeelden dier ἀγαθά moet geven. Dit maakt het waarschijnlijk, dat Aristophanes, met het oog op de voorbeelden, die volgen moesten, geschreven had: σκέψαι δ' ἀπὸ τῶνδ', ἀγαθῶν οἵων κτέ. De constructie van σκέψασθαι met ἀπό, in dien zin, is bekend, en door Aristophanes gebruikt in den *Plutus*, *vs.* 576 σκέψασθαι δ' ἔστι μάλιστα ἀπὸ τῶν παίδων. Thans kunnen wij overgaan tot eene proef met de verplaatsing. Dat de vijf bedoelde verzen boven niet gemist zullen worden, weten wij; echter moet de tekst daar, zoo zij wegvallen, eene kleine verandering ondergaan. Philocleon begint in dat geval met *vs.* 583 eene nieuwe afdeeling zijner rede; καί is dus niet meer op zijne plaats en moet vervangen worden door δέ — ἦν δ' ἀποθνήσκων ὁ πατήρ τῳ δῷ κτέ. De plaats, waarheen de verzen overgebragt worden, blijft onveranderd; *vs.* 605 sluit zich zeer goed aan het vijfde vers (582) aan;

Digitized by Google

want het is natuurlijk, dat het vertrek der regters, waarvan Philocleon daar spreekt, hem aan de tehuiskomst herinneren moet. De partikel τοίνυν (παίδων τοίνυν δοκιμαζομένων), die, waar men het vers thans leest, doelloos is en niets beteekent, wijst op *vs.* 601 *vlg.*, en vooral op de woorden σκέψαι δ' ἀπὸ τῶνδ'. Dat de voorbeelden goed gekozen zijn, behoeft geen bewijs. De geheele plaats zal nu, naar mijne gedachten, aldus geschreven moeten worden:

*σκέψαι δ' ἀπὸ τῶνδ', ἀγαθῶν οἵων μ' ἀποκλείεις καὶ κατερύκεις,*
*ἣν δουλείαν οὖσαν ἔφασκες χὐπηρεσίαν ἀποδείξειν.*

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

*ἔμπλησο λέγων· πάντως γάρ τοι παύσει ποτὲ κἀναφανήσει*
*πρωκτὸς λουτροῦ περιγιγνόμενος τῆς ἀρχῆς τῆς περισέμνου.*

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

*παίδων τοίνυν δοκιμαζομένων τᾀδοῖα πάρεστι θεᾶσθαι·*
*κἂν Οἴαγρος εἰσέλθῃ φεύγων, οὐκ ἀποφεύγει πρὶν ἂν ἡμῖν*
*ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ ῥῆσιν τὴν καλλίστην ἀπολέξας·*
*κἂν αὐλητής γε δίκην νικᾷ, ταύτης ἡμῖν ἐπίχειρα*
*ἐν φορβειᾷ τοῖσι δικασταῖς ἔξοδον ηὔλησ' ἀπιοῦσιν.*
*ὃ δέ γ' ἥδιστον τούτων ἐστὶν πάντων, οὗ 'γὼ 'πιλελήσμην,*
*ὅταν οἴκαδ' ἴω τὸν μισθὸν ἔχων, κτέ.*

*vs.* 589. *τῆς δ' ἐπικλήρου τὴν διαθήκην ἀδικεῖς ἀνακογχυλιάζων.*

De echtheid van dit vers is mij om meer dan ééne reden verdacht. In de eerste plaats moet ons het gebruik van ἀνακογχυλιάζειν bevreemden. Dit *verbum* wordt, zoo men deze plaats alleen uitzondert, nergens in eene andere beteekenis gevonden, als die van ἀναγαργαρίσαι, *gorgelen, de keel met water spoelen.* De maker van dit vers heeft echter het woord in eenen anderen zin gebruikt, en ten naaste bij gelijk gesteld met ἀκυρῶσαι, *voor niet geldig verklaren.* Philocleon had zich namelijk beroemd, dat de regtbank geene waarde hecht aan het testament en het zegel van eenen erflater, maar de erfdochter, zonder daar acht op te slaan, naar believen wegschenkt; dit heet nu hier ἀνακογχυλιάζειν τὴν διαθήκην: de schrijver moet dus ἀνακογχυλιάζειν genomen hebben voor *ter zijde leggen, niet in aanmerking nemen* of *nietig verklaren.* Maar hoe komt het woord aan deze of eene dergelijke betee-

Digitized by Google

kenis? Wij kunnen, geloof ik, de onbekwaamheid van den *interpolator* niet beter in het licht stellen, dan door aan te wijzen, wat hem tot dit gebruik verleid heeft. Men vindt de aanleiding in *vs.* 585 *vlg.* PHILOCLEON drukt aldaar de minachting der *Attische* regters voor een behoorlijk verzegeld testament met deze woorden uit:

κλάειν ἡμεῖς μακρὰ τὴν κεφαλὴν εἰπόντες τῇ διαθήκῃ
καὶ τῇ κόγχῃ τῇ πάνυ σεμνῶς τοῖς σημείοισιν ἐπούσῃ κτἑ.

ARISTOPHANES wil daar alleen mede zeggen, dat zij voor zulk een testament even weinig eerbied hebben, als een heer voor den slaaf of bediende, dien hij met een pak slagen wegzendt; doch onze schrijver heeft er meer achter gezocht. Hij heeft begrepen, dat men daaronder niet alleen het gering tellen van het testament, maar ook het schenden en breken van het zegel verstaan moest, en daar het deksel van het zegel hier κόγχη genoemd wordt, heeft hij gemeend, dat ἀνακογχυλιάζειν met διαθήκη als *obiect* zeer goed dienen kon, om het opligten der κόγχη en voorts het geweldadig openbreken van het testament uit te drukken. Hij heeft daarbij echter de volgende vrij belangrijke omstandigheden voorbij gezien. Vooreerst was het testament hoogst waarschijnlijk een open stuk, waaraan men het zegel alleen bevestigd had, om de echtheid te waarborgen; en behoefde men dus aan het openbreken daarvan niet te denken: maar al was dit anders en al had de erflater het stuk gesloten op de wijze van een' brief, zoodat men het zegel moest breken, om den inhoud te kunnen lezén (THUCYD. I. 132), kon die daad toch nooit aan de regtbank als onregtvaardig verweten worden (ἀδικεῖς ἀνακογχυλιάζων). Zij was immers verpligt, om van het testament kennis te nemen, en moest dus wel daartoe overgaan. De schrijver begaat dus een' groven misslag, wanneer hij den regters zulks ten kwade duidt; maar dit is niet alles; de woorden, die hij gebruikt, drukken niet eens uit, wat hij heeft willen zeggen. Ik voor mij geloof niet dat ἀνακογχυλιάσαι ooit iets anders beteekend heeft als ἀναγαργαρίσαι: doch wij willen hierop niet te zeer aandringen en liever stellen, dat hij het regt had om den zin naar de *etymologie* te wijzigen. Het woord is dan zamengesteld uit ἀνά en κογχύλιον en kan, zoo men aannemen wil, dat κογχύλιον zoo wel als κόγχη

Digitized by Google

van het deksel eens zegels gebruikt werd, des noods beteekenen, dit deksel opligten en het zegel ontblooten. Doch hieruit volgt geenszins, dat men het ook van het schenden of breken van een zegel zou kunnen bezigen. Integendeel, niets belette, dat men de *κόγχη*, na die opgeligt te hebben, om het zegel aan de omstanders te toonen, weder even als voor dien tijd daarboven plaatste. Daarenboven bedekte de *κόγχη* wel het zegel (*καὶ τῇ κόγχῃ τῇ πάνυ σεμνῶς τοῖς σημείοισιν ἐπούσῃ*), maar niet het testament, en had de schrijver, indien hij *ἀνακογχυλιάζειν* zoo gebruiken wilde, niet *τὴν διαθήκην* maar *τὰ σημεῖα* als *obiect* daarbij moeten voegen.

Ik geloof niet, dat het noodig is, meer te zeggen, om aan te toonen, dat *vs.* 589 onmogelijk van Aristophanes wezen kan. Nog ééne laatste opmerking wil ik echter niet terug houden. Zoo in den zin en de taal overigens geen bezwaar gelegen was, zou het ons toch moeten verwonderen, dat Bdelycleon hier aan zijnen vader de onregtvaardigheid van zijn gedrag verwijt. Het is Bdelycleon daarom niet te doen: de handelwijze van zijnen vader is hem eene dwaasheid, die hij afkeurt, omdat deze veel gemakkelijker en eenvoudiger middelen om gelukkig te leven voorbij ziet en zich door de volksmenners om den tuin laat leiden; maar om regt of onregt bekreunt hij zich overigens weinig.

*vs.* 615 *vlgg.*

*τάδε κέκτημαι πρόβλημα κακῶν, σκευὴν βελέων ἀλεωρήν·*
*κᾶν οἶνόν μοι μὴ 'γχῇς σὺ πιεῖν, τὸν ὄνον τόνδ' ἐσκεκόμισμαι*
*οἴνου μεστὸν κᾆτ' ἐγχέομαι κλίνας· οὗτος δὲ κεχηνὼς*
*βρωμησάμενος τοῦ σοῦ δίνου μέγα καὶ στράτιον κατέπαρδεν.*

Er bestaat niet het allerminste verband tusschen deze vier verzen en de bewijsvoering van Philocleon, die voorafgaat. Indien men zich van de waarheid hiervan overtuigen wil, behoeft men slechts eene naauwkeurige uitlegging van den tekst te beproeven. De moeijelijkheden openbaren zich aanstonds in het eerste vers. Het *pronomen τάδε* (*τάδε κέκτημαι κτέ.*), dat men daar leest, kan op meer dan ééne wijze begrepen worden; de *scholiast* gelooft, dat het op den *triobolus* doelt, doch dit is ongerijmd. Ik neem voor het oogenblik aan, dat Philo-

Digitized by Google

cleon daarmede de redenen op het oog heeft, die hij boven had ontwikkeld, waarom de regterstand hoogst gelukkig en verkieslijk is; namelijk den invloed, dien hij in den staat uitoefent, de vleijerijen der aanzienlijken, het zingenot, enz. In deze voorregten ziet de spreker dus de wapenrusting, die hem tegen gevaren beschutten moet. Maar welke zijn die gevaren? Het voorbeeld, dat hij zelf aanvoert, *κἂν οἶνόν μοι μὴ 'γχῇς σὺ πιεῖν κτἑ.* in verband met *vs.* 612 *vlgg.*, veroorlooft ons niet aan iets anders te denken, als de zuinigheid en den onwil, waarmede zijn zoon, zoo hij eenmaal in diens magt overgeleverd mogt worden, in zijne behoeften voorzien zal. Doch wat kunnen de voordeelen aan het ambt van regter verbonden hem daartegen baten? Wij weten immers, dat Philocleon dan niet langer *Heliast* zou zijn, en noch in den *triobolus* noch in de genoemde heerlijkheden eenigen steun tegen zulk eene behandeling zou kunnen vinden. Het blijkt dus, dat *τάδε* niet zoo kan worden uitgelegd, als wij thans getracht hebben het te doen. Er is nog eene derde opvatting mogelijk, die evenwel de zaak weinig verbetert; wij komen daar dadelijk op terug.

De drie volgende verzen zijn hier evenmin op hunne plaats als het eerste. Ik zie geen kans, om ze door de gezochtste verklaring met den toestand in oveenstemming te brengen. Men oordeele zelf. Philocleon heeft een zwaard in de hand, wáármede hij zich van het leven berooven wil, indien zijn zoon overwinnaar blijft. Zie *vs.* 522 *vlg.* en *vs.* 714. Deze spreker daarentegen houdt eene wijnflesch in de hand, van de soort, die *ὄνος* genoemd werd. Zie *vs.* 616 *vlg.* Het gesprek tusschen Philocleon en Bdelycleon wordt gevoerd op straat, voor de huisdeur; maar de persoon, uit wiens mond deze vier verzen komen, bevindt zich in huis; hij is, naar het schijnt, eerst korteling binnen getreden en heeft de flesch medegebragt; wat anders beteekent *ἐσκεκόμισμαι?* Eindelijk loopt de twist tusschen vader en zoon over het aanzien van den regterstand, terwijl deze spreker alleenlijk bekommerd schijnt over het niet zeer gul onthaal, dat hem wacht. Immers, het is om zich daartegen te vrijwaren, dat hij als voorzorg den *ὄνος* heeft medegenomen. Deze opmerking geeft ons den sleutel tot het regt verstand van *vs.* 615 (*τάδε κέκτημαι κτἑ.*). Want de omstan-

Digitized by Google

digheid, dat de spreker den *ὄνος* mede begrijpt onder de zaken, waarin hij een *πρόβλημα κακῶν* ziet, bewijst duidelijk, dat *τάδε* niet op het voorgaande doelt, maar juist van dien *ὄνος*, en misschien van nog eenige andere provisien, welke de spreker bij zich kan hebben, verstaan moet worden. Men zal, denk ik, toestemmen, dat deze verklaring van *τάδε*, die mij de eenige ware schijnt te zijn, niet strekt om *vs.* 615 op den toestand van PHILOCLEON toepasselijk te maken. Dit herinnert mij nog eene laatste bedenking. Het ligt niet in den aard van den ouden regter, om op een goed glas wijn gesteld te zijn; althans niet in dit gedeelte der comedie. Later, nadat hij zich onder de voogdij van zijnen zoon gesteld heeft, leert deze hem daar meer smaak in vinden; maar tot nog toe eet hij liefst brei met zijne vrouw en dochter, *vs.* 606 *vlgg.*

De redenen, die ik getracht heb hier te ontwikkelen, hebben mij overtuigd, dat ARISTOPHANES deze vier verzen nooit heeft kunnen bestemmen voor de plaats, waar wij ze lezen. Hoe zij hier komen of wat aanleiding tot de *interpolatie* gegeven mag hebben, weet ik niet en dat zal wel een geheim blijven. Dat zij van ARISTOPHANES, of ten minste van eenen ouden *comicus* zijn, lijdt geen twijfel.

*Hilversum*, *Oct.* 1853. H. G. HAMAKER.

---

## BLADVULLING.

*Schol.* ARISTOPH. *Pac.* 565.

In vocabulis: *Πανδαισίαν δὲ τὴν ποικίλην καὶ ἐκ διαφόρων ὄψων εὐωχίαν, ὅταν ἕκαστος τὰ ἑαυτοῦ ὄψα ἀνενέγκῃ καὶ καθῆται εἰς τὸ κοινὸν, ἢ ὅταν πολλῶν προκειμένων ἐδεσμάτων λάβῃ τις ὃ θέλει*, ridiculum vitium nullo negotio tolli potest. Legatur scilicet: *καταθῆται.*

E. M.

# DAVIDIS RUHNKENII

## EMENDATIONES SELECTAE.

---

E SCHEDIS IN BIBLIOTHECA LUGDUNO-BATAVA ASSERVATIS EDIDIT

E. MEHLER.

---

## 1.

### *Emendationes in* Livium.

Liv. I. 55: Inter principia condendi huius operis movisse *numen* ad indicandam tanti imperii molem traditur Deos: nam quum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere. — L. *omen*.

VI. 16: Saginare plebem populares *suos*, ut iugulentur. — L. populares *velut sues*.

VII. 17: Et tunc quidem velut lymphati et attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt; deinde ubi consul legatique ac tribuni puerorum ritu vana *miracula* paventes irridebant increpabantque, vertit animos repente pudor; et in ipsa quae fugerant, veluti caeci ruebant. — L. *terricula*. Cf. Liv. XXII. 17 et Drakenb. *ad* XXXIV. 11; Min. Fel. 37.

VIII. 24: Contrahensque suos ex fuga palatos, pervenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem vis aquae abstulerat, *indicantem iter*. — L. *iter incidentem*.

XXIV. 5: Index unum ex coniuratis Theodotum, a quo ipse *appellatus* erat, nominare potuit. — L. *adscitus*.

XXXVIII. 50: Dicebantur enim [*ab*] eodem animo ingenio-

Digitized by Google

que, [a] quo gesta erant, et aurium fastidium aberat, quia pro periculo, non in gloriam, referebantur. — Praepositio utroque loco est delenda.

XL. 5: Simul, ut Demetrius in dies suspectior esset, ex composito sermones ad *spretionem* Romanorum trahebant. — L. *despectionem*.

## 2.

### *Emendationes in Anthologiam Latinam.*

Usus sum editione Petri Burmanni. Emendationes Ruhnkenianas cum textu, qualem Meyerus exhibet, conferre non licuit.

I. 25 (*pag.* 13 Burm.):

Non tibi vina placent, o insanabilis hostis,
nec mens est Thebana tibi, licet aggere celso
Dircaeae rupis dicas fluxisse parentes
vertice de Nisae, per rura et nostra Lyaeus
transiit, inplevitque vias nigrantibus uvis.

*Vertice de Nisae*, sic ex Aen. VI. 806. — Interpungendum est post *parentes*.

I. 99 (*pag.* 80):

Telephus, excellens Alcidis pignus et Augae,
*externae* sortis *bella* inopina *tulit.*

L. *Alternae* sortis *tela* — *subit.* Cf. Aen. XI. 426.

II. 85 (*pag.* 231):

Victa prius nullo, iamiam spectata triumpho,
inlibata tuos gens *iacet* in titulos.

L. *cadit.*

II. 119. *vers.* 21. (*pag.* 257):

Quod discinctus eras, *animo* quoque, carpitur unum.
diluitur nimia simplicitate tua.

L. Quod discinctus eras *nimium* cet.

II. 119. *vers.* 80 (*pag.* 269):

Clava torosa tibi pariter cum pelle iacebat,
quam pede *suspenso* percutiebat Amor.

L. *suspensam*. V. Bion. *Eid.* I. 82.

Digitized by Google

II. 167 (*pag*. 347):

Doctrinae antistes, *rerum* mirabilis auctor
Tullius, existens nobilis ex humili.

L. *veri*. V. *Not. ad Anthol.* I, *pag*. 681.

III. 3 (*pag*. 457):

*Cesserunt* arces, cecidere palatia divûm,
iam servit populus, degeneravit eques.

L. *sederunt*. V. BROUCKH. *ad* PROPERT. III. 7. 37; ARNTZ. *ad* PLIN. *Paneg*. 16; LIV. XXX. 38; CURT. VI. 6; MARKLAND. *ad* STAT. p. 310; *ad* SIL. VI. 647. ERNEST. *ad* TACIT. *Ann.* II. 47 cet.

III. 29. 7: (*pag*. 477):

Statuamque amici floribus, violis, rosis
folioque multo, atque unguento *marcido*
onerate amantes.

L. *nardino*. V. SENEC. *Herc. Oet.* 476; HEINS. *ad* CLAUD. *pag*. 279; BROUCKH. *ad* TIBULL. *pag*. 349; HEINS. *ad* OVID. *Ep*. XV. 76.

III. 37. 11 (*pag*. 483):

Hic aestus levis est, hic nullum frigora *terrent*,
hic geminata dies per candida marmora fulget.

L. *torrent*.

III. 41. 14 (*pag*. 486):

Discurrunt Nymphae, piscinas flumina complent,
vitrea crispatur labris refluentibus *umbra*.

L. *unda*.

III. 70. 7. (*pag*. 511):

Aedibus in *totis* gemmae licet omnia claudant,
turpe est, nil domino turpius esse suo.

L. *tantis*.

III. 167. 7 (*pag*. 611):

Sed quis te docilem iudicet artium,
quas natura dedit cordis * *auctior*.

L. cordis *acutior*.

III. 190. 2:

Moribus et vultu mulier quaeratur habenda.
horrida nam facies *multo* celatur ab auro.

L. *nullo*.

III. 275. 19:

Contegis *occulta* candentes veste papillas,

Digitized by Google

candida cum nolit veste papilla tegi.

L. *obducta.*

Addo hisce in *Anthologia Latina* speciosis emendationibus unam in VALERIO FLACCO, cuius versum, VII. 483, a BURMANNO in annotationibus ad *Anth.* I. 178 *vers.* 193 excitatum, eodem loco correxit RUHNKENIUS, quo suas in ipsam *Anthologiam* observationes criticas collegerat. Qui versus ita sonat:

Hei mihi, cur *nullos stringunt* tua lumina *fletus?*
an ne mox merito morituram patris ab ira
dissimulas?

Quem ille ita emendatum proposuit:

Hei mihi, cur *nullo tinguntur* lumina *fletu?*

laudatis *Anthol. pag.* 701; OVID. *Met.* II. 621; STAT. *Theb.* VI. 386; BOETH. *libr.* II. *Carm.* 6; HEYN. *ad* VIRG. T. II. *p.* 580.

3.

## *Emendationes in* PLUTARCHUM.

*De Educ. Puer.* (*Pag.* 8. B.): Τὸν γὰρ αὐτὸν τρόπον ὄργανον τῆς παιδείας ἡ χρῆσις τῶν βιβλίων ἐστὶ, καὶ ἀπὸ πηγῆς τὴν ἐπιστήμην τηρεῖν συμβέβηκεν. — L. ἀρύτειν.

*Apophthegm. Lacon.* (*pag.* 211. D): Τῷ δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλεῖ τὸ αὐτὸ ἐρώτημα προσέπεμψε· Φήσαντος δ' ἐκείνου βουλεύεσθαι, Βουλευέσθω τοίνυν, εἶπεν, ἡμεῖς δὲ πορευσόμεθα. Θαυμάσας οὖν τὴν τόλμαν καὶ δείσας, ἐκέλευσεν ὡς φίλον προαίρειν. — L. προάγειν.

*De Cupid. Divit.* (*pag.* 525. D): σὺ δὲ τοσαῦτα πράγματα συνέχεις, καὶ ταράττεις, καὶ στροβεῖς σεαυτὸν κοχλίου βίον ζῶν διὰ τὴν μικρολογίαν, καὶ τὰ δυσχερῆ πάντα ὑπομένεις, οὐδὲν εὖ πάσχων. — L. συγχεῖς.

*Quaest. Conviv.* IV. 5 (*pag.* 670. F.): ὅ τε γὰρ ὀφθαλμὸς ἄτρυτός ἐστιν αὐτῶν, ὥστε καὶ καθεύδειν ἀναπεπταμένοις τοῖς ὄμμασιν. — L. ἄγρυπνος. Cf. SUID. *v.* ἄτρυτος et STEPHANUS *in Thes. v.* ἄτρυτος.

*De Herodoti Malign.* 43 (*pag.* 874. B): Τί δῆτα; γραφικὸς ὁ ἀνὴρ, καὶ ἡδὺς ὁ λόγος καὶ χάρις ἔπεστι καὶ δεινότης καὶ ὥρα τοῖς διηγήμασιν.

L. λειότης.

Digitized by Google

*De latenter vivendo* 7 (*pag.* 1130 C.): Καίτοι τῆς γε δόξης καὶ τοῦ εἶναι Φύσιν εὐσεβῶν χῶρον,

Τοῖσι λάμπει μένος ἀελίου τὰν ἐνθάδε νύκτα κάτω
Φοινικορόδοις ἐν λειμώνεσσι,
καὶ τοῖσιν ἀκάρπων μὲν ἀνθηρῶν
καὶ σκυθίων δένδρων ἄνθεσι τεθηλὸς,
ἀναπέπταται πεδίον,

καὶ ποταμοί τινες ἄκλυστοι, καὶ λεῖοι διαρρέουσι, καὶ διατριβὰς ἔχουσιν ἐν μνήμαις καὶ λόγοις τῶν γεγονότων καὶ ὄντων παραπέμποντες αὐτοὺς καὶ συνόντες.

Versum tertium quartumque sic iubet redintegrari:

καὶ τοῖσιν εὐκάρπων μὲν ἀνθηρῶν
καὶ συσκίων δένδρων ἄνθεσι τεθηλός.

Praeterea comparat cum hocce PLUTARCHI locum THEMISTII p. 280 D.

*Lugd. Bat.* mense *Novembri* MDCCCLIII.

---

EURIPIDES *Iphig. Taur.* 812.

ΟΡ. Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν;
ΙΦ. ἤκουσα χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ' ἦν πέρι.

Versus alter editoribus merito moram iniecit. Non enim hoc IPHIGENIAM rogat ORESTES, *quando* rixa ista exstiterit, sed an omnino rixam ortam fuisse sciat, οἶσθα γενομένην ἔριν h. e. ὅτι ἔρις ἐγένετο. Illa vero respondendo debet affirmare, se hoc inaudivisse; addit insuper, ne causam quidem, quae rixae ansam dederit, sibi esse incognitam. Itaque id poëtae erat significandum, quod simplicissimo modo ita sonat: ἤκουσα, ὅτι ἦν περὶ ἀρνός.

Tragicis autem poëtis in talibus non minus οὕνεκα, quam ὅτι in usu fuisse, ut compertum habemus, ita hisce exemplis insuper confirmatur:

Digitized by Google

EURIP. *Orest.* 1350:

ὡς εἰδῇ τόδε
Μενέλαος, οὕνεκ' ἄνδρας, οὐ Φρύγας κακούς,
εὑρὼν ἔπραξεν, οἷα χρὴ πράσσειν κακούς.

EURIP. *Iphig. Taur.* 956:

ἤλγουν δὲ σιγῇ κἀδόκουν οὐκ εἰδέναι,
μέγα στενάζων, οὕνεκ' ἦν[1] μητρὸς φονεύς.

EURIP. *Iphig. Aul.* 102:

ξυμπλεῖν τ' Ἀχαιοῖς οὕνεκ' οὐ θέλοι[2] λέγων.

SOPH. *Oed. Tyr.* 708:

καὶ μάθ' οὕνεκ' ἐστί σοι
βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης.

SOPH. *Oed. Col.* 1393:

κἀξάγγελλ' ἰὼν
καὶ πᾶσι Καδμείοισι τοῖς σαυτοῦ θ' ἅμα
πιστοῖσι συμμάχοισιν, οὕνεκ' Οἰδίπους
τοιαῦτ' ἔνειμε παισὶ τοῖς αὑτοῦ γέρα.

SOPH. *Philoct.* 232:

ἀλλ' ὦ ξέν' ἴσθι τοῦτο πρῶτον οὕνεκα
Ἕλληνές ἐσμεν.

Quid mihi velim iam apparet. EURIPIDIS versum simplicissima eademque certissima medicina sanandum esse poëtamque dedisse contendo:

ἤκουσα χρυσῆς ἀρνὸς οὕνεκ' ἦν πέρι.

Itaque irriti fuerunt MARKLANDUS et PORSONUS, quorum hic ἥτις ἦν, ille ἦ' νεῖκουν, vel, quod magis placebat, ἣν εἶχον, in corrupti vocabuli locum substituendo sibi visi sunt versui EURIPIDIS posse mederi.

*L.* Z.

1) Restituenda est EURIPIDI h. l. forma ἦ. E. M.
2) Pro θέλοι legatur θέλει. E. M.

Digitized by Google

## LEMMATA QUAEDAM IN SCHOLIIS IN ARISTOPHANEM OBLITTERATA RESTITUUNTUR.

---

*Lemmata* in *Scholiastarum Grammaticorumque* explicationibus aut omissa, aut corrupta, aut perperam cum iis, quae antecedunt vel sequuntur, coniuncta variis constat erroribus ansam dedisse. Utar plagulae, quae mihi conceditur, spatio, quo huius generis vitia aliquot indicem et corrigam, in *Scholiis ad* ARISTOPHANEM obvia.

*Schol.* ARIST. *Equit.* 665: *οἱ πρυτάνεις: Οἱ προεστῶτες τῆς σιτήσεως καὶ τοῦ δήμου ἄρχοντες ὑπηρέται.* Excidit lemma ante vocabulum extremum. Interpungendum post *ἄρχοντες* et supplendum ex ARISTOPHANE: *τοξόται: ὑπηρέται.*

*Schol.* ARIST. *Ran.* 1: *τῶν εἰωθότων: Ἀντὶ τῶν ἐθίμων, ἡ μετοχὴ ἀντὶ τοῦ ὀνόματος· καὶ Ὅμηρος*

*τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος*

*ἀντὶ τοῦ πινυτός.* Claudicat comparatio, nisi ante *ἡ μετοχή* inserueris vocabulum *θεώμενοι* e versu *Ranarum*, qui sequitur.

*Schol.* ARIST. *Ran.* 374: *Ἐγκρούων: Βαίνων εὐρύθμως, ἢ ἀντὶ τοῦ ἐκβάλλων.* Sed *ἐκβάλλων* vocabuli *ἐγκρούων* explicatio esse nequit. Videtur scholiasta alteram lectionem nosse et interpretatus esse. Scribendum meo iudicio: *ἐγκρούων: βαίνων εὐρύθμως, ἐκκρούων ἀντὶ τοῦ ἐκβάλλων.*

*Schol.* ARIST. *Ran.* 838: *ἀπύλωτον στόμα: Φρύνιχος, ἀθύρωτον. οἱ δὲ γράφουσιν ἀπύλωτον ἀντὶ τοῦ ἀνεῳγμένον καὶ πύλην μὴ ἔχον, μὴ χαλιναγωγούμενον, μηδὲ κρατούμενον.* Excidit, ut in primo, quod proposui, exemplo, lemma in medio scholio. Ex ARISTOPHANE refingendum: *καὶ πύλην μὴ ἔχον. ἀχάλινον: μὴ χαλιναγωγούμενον, μηδὲ κρατούμενον.*

*Schol.* ARISTOPH. *Equit.* 42: *δύσκολον γερόντιον: Δυστράπελον, πρεσβύτερον.* Hoc loco non lemma, sed poetae vocabulorum paraphasis labem contraxit. Emendandum est: *δυστράπελον πρεσβύτιον.*

Corrigam eadem opera unum et alterum consimilis generis vitium in eodem libro, e quo superiora ducta sunt exempla:

Digitized by Google

*Schol.* ARISTOPH. *Acharn.* 22. ἐπεὶ ὀκνηρῶς εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς συνόδους, εἰώθασιν ὑπηρέται δύο μεμιλτωμένον (τουτέστιν μίλτῳ ἤτοι βάμματι κοκκίνῳ) σχοινίον ἐκτείνοντες διὰ τῆς ἀγορᾶς διώκειν κτέ. Deest participium, a quo dativi μίλτῳ et βάμματι pendeant. Supplendum est βεβαμμένον post κοκκίνῳ.

*Schol.* ARISTOPH. *Av.* 1: πεποίηται δὲ τὰ ὀνόματα τῶν πρεσβυτέρων, τῷ μὲν παρὰ τὸ πείθεσθαι, τῷ δὲ παρὰ τὸ εὖ ἔχειν τῶν ἐλπίδων. Turbatum scholium ita est redintegrandum: τὸ μὲν παρὰ τὸ πείθεσθαι τῷ ἑταίρῳ, τὸ δὲ κτέ.

*Schol.* ARISTOPH. *Av.* 42: τόνδε τὸν βάδον: εἴρηται μὲν ὁ βάδος· ὅμως γε μὴν οἱ κωμικοὶ παίζειν εἰώθασι τὰ τοιαῦτα, ὡς Εὔπολις Χρυσῷ γένει »τισοφῶν ὦ ῥαψῳδέ." Ita omnino scholiasta, quisquis fuit, scribere non potuit. Ad sanandam sententiam post lemma inserendum est οὐκ. Hoc enim vult, βάδον vocabulum non fuisse in usu, sed a poëta εἰς γέλωτα fuisse fictum.

*Lugd. Bat.* m. Nov. MDCCCLIII. E. M.

## ADDENDUM AD QUAESTIONES LUCIANEAS.

Quaestionum Lucianearum caput primum, quod huic *Mnemosynae* fasciculo inserendum curavi, vix typographorum officinam reliquerat, quum BEKKERI LUCIANUS, cui cum desiderio praestolari nos significaveram, e Germania ad nostrates est advectus. BEKKERI libro quid lucrata sit crisis Lucianea, mox accuratius exponere licebit. Eorum, quae disputavi l. l., nil mihi ab eo praereptum esse vidi praeter emendationem in loco *Lexiphanis* 14, ubi pro ἐνοινοφλύειν restitutum est ἐν οἴνῳ φλύειν. In loco *Iov. Trag.* 6, quem tractavi, in primo versuum ab Herme recitatorum LEHMANNI sententiam est amplexus, in sexto emendatiorem sibi visus est textum proponere κνίσῃσι in κνισῇσι mutato.

E. M.



Digitized by Google

# ANDOCIDIS ORATIO

## DE

# REDITU.

Nondum poenitet sententiae, quam in studiorum specimine pronunciavi. Andocidis Orationem de Mysteriis spuriam esse. Multa tamen huic libello insunt, quae nunc uberius et pressius disputarem, tum quia sero animadverti me non satis curasse ut pure et perspicue loquerer, tum quia dies nonnulla docuit quae inter scribendum nesciebam. Cepi igitur consilium haec omnia postea retractare, quod quominus nunc faciam prohibet, quod non ignoro quam lubricae et ancipites quaestiones sint, quae versantur in distinguendis suppositiciis a genuinis. Cum enim in ceteris scribendi generibus arduum hoc est, tum in orationibus maximas habet cautiones. Nam ut ingens sit poetam aut scriptorem rerum gestarum imitando exprimere, sic hoc videtur in eo genere adeo leve et usu tritum, ut nullum fere noverim antiquum oratorem, quin servilem quendam imitatorem nactus sit. Nec mirum. Etenim in rhetorum scholis auditores exercendi causa declamationes conscribebant, magistri ipsi praeibant et interdum ingenii foetus publice recitabant. Hae declamationes primum in fictis causis plerumque versabantur, mox res his cancellis non potuit contineri et rhetorum natio placere sibi coepit in veris causis ornandis. Istiusmodi opuscula, quorum falsam imaginem unusquisque intelligit quantum distare debuerit a vera vita, sive casu sive de industria nonnumquam servata sunt. Aemulantibus Ptolemaeo et Attalo, uter bibliothecam pluribus illustrium virorum scriptis ditaret, pervenerunt in stupendos istos libro-

Digitized by Google

rum acervos; nec praefecti fraudem suspicati esse videntur, antequam moles digeri coepit. Habebat sane illud negotium, quod acueret et aleret ingenium grammaticorum; qui quam religiose et severe hanc provinciam administrarint, ad hunc usque diem cognovimus ex exemplo Dionysii Halicarnassei. Sed pluribus haec persequi nihil opus est, quia iam apparet id, quod in praesentem causam sufficit, non temere quaeri num forte Oratio quae creditur dicta esse coram populo in foro, ex umbra scholae in lucem et auctoritatem provolaverit.

Haec si in universum non improbabuntur, nec puto infringi posse, age videamus de altera Andocidis Oratione, quae inscribitur de Reditu. In qua quaestione tractanda molestum est, quod fere nihil de Andocide exploratum est et constat. Omissis enim scriptoribus, qui obiter tantum et aliud agentes eius mentionem fecerunt, primarius fons, a quo omnes certa notitia petenda foret, esset Thucydides, nisi is in narratione de Hermocopidis, quorum flagitium cum omnibus de Andocide quaestionibus coniunctum est, totam rem brevius quam caetera solet transegisset. Quocirca magnopere dolendum est, quod periit Cratippi liber, in quo cum alia memoriae prodita erant, quae Thucydides, sive imprudens sive certa de causa omiserat, tum de hoc crimine fusius actum fuisse videtur. De fide eorum, quae Plutarchus in Alcibiadis vita de Andocide tradidit, quid dicam nescio, sed nemo non intelligit nec dissensum eius efficere posse ut Orationes Andocidi abiudicemus, nec consensum facere ut germanae videantur. Quae in vitis X Oratorum narrantur, ea quoque sublestae fidei sunt, quia, etiamsi Plutarchus ipse hanc farraginem collegerit, quod secus videtur, tamen obscura et impedita illa narratio iisdem dubiis premitur, quibus ipsae Orationes, a quibus auctor pleraque mutuatus est. Lysiae Oratio contra Andocidem et ab antiquis et a recentioribus plerisque spuria habetur. E quattuor Andocidis Orationibus, duae postremae itidem vulgo huic abiudicantur; de prima ipse dubito num germana sit; est igitur difficillimum iudicare de secunda, quia vix quidquam restat, quod stabile sit. Accedit quod non sufficit probare Andocidem vera et falsa ubique permiscere, et parum eleganter et diserte dicere; nam hoc unusquisque ultro videbit, qui Andocidem

attinget et omnes viderunt. Quae cum ita sint, argumenta fere desunt, quibus fraus demonstretur.

Haec omnia ut melius intelligantur, operae pretium me facturum existimo, si paucis enarravero Andocidis vitam, qualis ab aliis ex quinque Orationibus, quas dixi, concinnata est. Qua in re valde mirum est viros doctos, cum in universum Andocidi fere omnem fidem denegarent, tamen de singulis satis fuisse securos.

Meierus igitur probavit Andocidem natum esse anno ante Christum natum 442 et ipse alia ratione idem ostendere conatus sum. Ad praeturam quod attinet, quam gessisse dicitur in bello Corcyraeo, primus Taylorus antiquitatis testimonium sprevit et contendit avum Oratoris a Thucydide significari. Et sane in aprico est Andocidem ipsum intelligi non posse, quippe tunc vix decem annos natum. Sed inscriptio quaedam, quam mihi indicavit Bakius v. cl., me docuit hanc praeturam commenticiam esse. Missa autem quarta Oratione, quae est contra Alcibiadem, de qua infra pauca notabo, primam eius mentionem reperio anno 415, cum viginti septem annos natus implicitus est crimini Hermocopidarum. Sacrilegis indicatis, cum contemni se videret, mox in alias regiones profectus est et cum alios principes sibi conciliavit, tum Citii regem. Cui quum odiosus factus esset, de quibus iris est quaedam ridicula recentiorum narratio, postquam per tres fere annos peregrinatus esset, Athenas rediit, quae tunc Quadringentorum imperio regebantur, quibus quin acceptus foret non dubitabat, cum semper optimatibus favisset. Forte fortuna autem hos quoque inimicos invenit et iterum Athenis pulsus Cyprum rediit, sed non ad Citii regem, quem timebat, sed ad Evagoram. Quum tamen hunc nescio quo modo a se abalienasset, in vincula coniectus est, e quibus postquam effugit, peregre rediit, eversa Quadringentorum dominatione. Neque tamen populo quam optimatibus acceptior fuit, nam accusatus ab inimicis frustra dixit Orationem, quae inscribitur de Reditu. Tertium exsul, bonis publicatis, in Elidem se contulit sed mox Cyprum profectus est, ibique cum alterutro rege fortasse in gratiam rediit, si quidem postea agros in ea insula habuit; non ante Athenas rediit, quam, pulsis trigintaviris,

Digitized by Google

lata est lex quae dicitur oblivionis. Bis iam accusatus ea actione, quam Athenienses *ἔνδειξιν* dicebant, triennio post de omni vita ante acta interrogatus dixit Orationem de Mysteriis et absolutus est. Tandem anno 393 legatus est de pace ad Lacedaemonios; Athenas redux habuit Orationem, quae inscribitur de Pace, sed male gestae legationis, *παραπρέσβειαν* vocant, accusatus condemnatus est et exsul diem obiit.

Haec omnia, etsi unum quodque per se nihil habeat quod incredibile sit, tamen adeo absona sunt et absurda, ut nesciam quid dicam de viris doctis, qui talia concoxerunt. Mihi quidem persuasum est rhetores, qui istas declamationes invita Minerva consarcinarunt, de Andocide nihil aliud compertum habuisse praeterquam quod indicarat Hermocopidas, aliquando frustra in patriam redire conatus erat, et offenderat nescio quem Cypri tyrannum, quem amicum habuerat. Haec ornarunt ita ut qui quattuor Orationes componere velit, ingeniosus sibi videatur, si statuat Andocidem quater actum fuisse in exsilium et ter Athenas rediisse, eum aliquoties de eadem re in tribunali interrogatum esse, eum ter fuisse in insula Cypro et Cypri regem bis amicum habuisse et totidem hunc mutasse animum. Sed improbando nihil agimus; requiruntur argumenta.

Itaque qui quaestiones de Andocide absolvere velit, quod quidem a praesenti proposito alienum est, is primum pedetentim progredi debet, nam disputationis initio nihil habebit, cui firmiter possit insistere. Quapropter auctor ei sum, ut primo loco probare instituat Orationem contra Alcibiadem spuriam esse. Et de hac quidem omnia paucis possunt transigi post curas Meieri, cuius commentationes non ad manus esse doleo. Addam quod nescio an ab aliis animadversum sit. In Scholiis ad *Arist. Vesp.* 1001 illud reperio Andocidis fragmentum: *περὶ Ὑπερβόλου λέγειν αἰσχύνομαι· οὗ ὁ μὲν πατὴρ ἐστιγμένος ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ δουλεύει τῷ δημοσίῳ, ὡς δὲ ξένος ὢν καὶ βάρβαρος λυχνοποιεῖ.* Locus videtur desumtus ex Oratione quae habita est aut habita esse fingitur, quum Alcibiade, Nicia, Phaeace decertantibus quis tesserarum iudicio patria pelleretur pulsus est Hyperbolus. Andocides, quo tempore isti viri de ostracismo certabant, vigesimum septimum annum age-

Digitized by Google

bat, nec credibile est eum huic causae implicitum fuisse, sicuti flagitat Oratio quae eius nomine circumfertur. Itaque suspicor, nam quis talia affirmet, locum istum petitum esse ex alia declamatione de eadem re, quam forte condiscipulus eius qui conscripsit alteram Orationem magistro auctore confecerat. Utraque superstite, fraus manifesta foret. Simile quiddam locum habet in Lysia, cuius nomine aliquot Orationes contra Andocidem circumferebantur, Harpocratione auctore. Nec diversum est quod usu venit in prima Andocidis Oratione; nam quam Harpocration laudat et Pseudo-Plutarchus legit Orationem περὶ ἐνδείξεως, ea sine dubio fuit Declamatic argumento non multum diverso ab Oratione de Mysteriis.

Neque difficilior erit opera in Lysiae Oratione contra Andocidem. Plerique viri docti, qui de Andocide egerunt, viderunt eam spuriam esse, nec puto inventa esse, quibus eorum dubia tollantur.

Aliquanto intricatior est quaestio de Oratione de Pace. Tum antiqui Grammatici, tum e recentioribus plerique Orationem obelo notarunt. Sed nuper Krugerus et e nostratibus Oordtius in docto libro de Rebus Graecorum eam Andocidi vindicare susceperunt. Nihil quidem hoc facit ad quaestionem, ad quam propero, sed nihilo minus concedendum est, Krugerum hoc obtinuisse, Orationem ab Aeschine sine fraudis suspicione lectam esse. Sed parum huic rei tribuo, nam notum est quam turpiter ille historiam ignoraverit, ita ut nihil mirandum sit eum ineptum locum ex initio Orationis transtulisse in finem Orationis de Falsa Legatione. Praeterea observandum est rhetorem, qui auditoribus hoc argumentum dedit elaborandum, probabiles fortasse scholas habuisse de eloquentia, sed eundem historiam prorsus neglexisse. Addam exemplum erroris, quem Andocides historiae quamvis imperitus tamen committere non potuit, neque de industria commisisse credi potest, quia vix quidquam facit ad causam quam orat. Orator igitur § 30 de Syracusanis haec habet: Συρακόσιοι δ' ὅτε ἦλθον ἡμῶν δεόμενοι, Φιλότητα μὲν ἀντὶ διαφορᾶς ἐθέλοντες εἰρήνην δ' ἀντὶ πολέμου ποιεῖσθαι, τήν τε συμμαχίαν ἀποδεικνύντες ὅσῳ κρείττων ἡ σφετέρα εἴη τῶν Ἐγεσαίων καὶ τῶν Καταναίων, εἰ βουλοίμεθα πρὸς αὐτοὺς ποιεῖσθαι, ἡμεῖς τοίνυν εἱλόμεθα καὶ τότε πόλεμον μὲν

Digitized by Google

ἀντ' εἰρήνης, Ἐγεσταίους δὲ ἀντὶ Συρακοσίων. In ceteris erroribus excusatio colorem habet et speciem; non enim Orator ipse interfuerat; sed hoc quidem falsum esse ignorasse nequit. Nihil addo nunc de scribendi genere in his Orationibus, quod mihi saltem uti et aliis scholam redolere videtur. Conferat mihi quis verbi causa ineptum exordium Orationis contra Alcibiadem aut stupidam interpretationem discriminis inter εἰρήνην et σπονδάς in Oratione de Pace.

Sed quia hoc tantum probare institui, spuriam esse Orationem de Reditu, has tres Orationes, de quibus amplius pronunciari debet, missas facio. Quod quominus faciam, nihil impedit; nam si spuriae sunt, nullius sunt momenti ad demonstrandum duas reliquas esse genuinas, et si genuinae sunt, dubitari nequit quin hae sint spuriae. Satis difficilis est igitur quaestio de prioribus duabus, nempe illis de Mysteriis et de Reditu, de quibus hoc optimum factu videtur, primum demonstrare alterutram esse spuriam.

Satis mirum est utramque Orationem etsi stilo non diverso concinnatam tamen toto coelo differre. Oratio enim de Mysteriis de omni vita ante acta Andocidis accurate exponit; in Oratione de Reditu nihil invenitur praeter quosdam flosculos orationis, qui licet in schola impense probati fuerint, tamen verae causae haud nimis accommodati sunt. Sed ultro fateor omne illud fallax esse et incertum, cum videam vel Valckenaerium deprehendisse quidem in his Orationibus nonnulla, quae sunt Sophistis quam foro digniora, sed tamen in universum probasse scriptoris elegantiam et dicendi peritiam. Verum gravius est in utraque Oratione diversa tradi. Sunt quaedam quae inde explicari possunt, quod Oratio de Mysteriis dicta est undecim annis post illam de Reditu, sed nequaquam omnia hac excusatione continentur. Quod verbi causa in Oratione de Reditu dicitur de Menippi psephismate nescio cuius, quo immunitas, Graeci dicunt ἄδειαν, data fuerat Andocidi, non intelligo quomodo Orator hoc praeterire potuerit in Oratione de Mysteriis; fuisset hoc sane ei actioni accommodatissimum; nam quod de tota causa, quam undecim annis ante oraverat, altum est in posteriore Oratione silentium, id minus miror. Contra mihi inexplicabile est, quomodo in Oratione de Reditu

Digitized by Google

nihil reperiatur de Isotimidis psephismate, de quo multus est Orator in Oratione de Mysteriis. Diversum quoque scriptorem prodere videntur, quae de maioribus tradit. Non utor illo argumento, in neutra Oratione memorari legationem avi Oratoris, si quidem Oratio de Pace, e qua hanc novimus, spuria est; sed iustam suspicionem movet Oratorem, cum de maioribus omnia studiose conquirit, omittere dicere de praetura avi cognominis in bello Samio, de qua dubitare non sinit Androtionis apud Aristidem auctoritas. Contra cum utraque Oratio procul dubio antiqua sit, consentaneum est nihil legi de eius praetura in bello Corcyraeo, quam debemus, uti dixi, corrupto Thucydidis loco. Verum gravius est quod legitur de Leogora, Oratoris avo. Exscribam utrumque locum etsi paullo longiorem. In Oratione de Mysteriis sic legimus § 106: *Οἱ πατέρες οἱ ὑμέτεροι γενομένων τῇ πόλει κακῶν μεγάλων, ὅτε οἱ τύραννοι μὲν εἶχον τὴν πόλιν, ὁ δὲ δῆμος ἔφυγε* (leg. *ἔφευγε*), *νικήσαντες μαχόμενοι τοὺς τυράννους ἐπὶ Παλληνίῳ, ϛρατηγοῦντος Λεωγόρου τοῦ προπάππου τοῦ ἐμοῦ καὶ Χαρίου, οὗ ἐκεῖνος τὴν θυγατέρα εἶχεν, ἐξ ἧς ὁ ἡμέτερος ἦν πάππος, κατελθόντες εἰς τὴν πατρίδα τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τῶν δὲ φυγὴν κατέγνωσαν, τοὺς δὲ μένειν ἐν τῇ πόλει ἐάσαντες ἠτίμωσαν.* Cum his conferenda est Oratio de Reditu §. 26: *Τάδε γὰρ οὐ ψευσαμένῳ μοι λαθεῖν οἷόν τ' ἐϛὶ τούς γε πρεσβυτέρους ὑμῶν, ὅτι ὁ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς πρόπαππος Λεωγόρας ϛασιάσας πρὸς τοὺς τυράννους ὑπὲρ τοῦ δήμου, ἐξὸν αὐτῷ διαλλαχθέντι τῆς ἔχθρας καὶ γενομένῳ κηδεϛῇ ἄρξαι μετ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τῆς πόλεως, εἵλετο μᾶλλον ἐκπεσεῖν μετὰ τοῦ δήμου καὶ φεύγων κακοπαθεῖν μᾶλλον ἢ προδότης αὐτῶν καταϛῆναι.* Concedendum est de his probabiliter disputasse Vaterum, Meieri doctum auditorem, quem magnopere doleo nondum persecutum esse ea, quae inchoavit. Mihi saltem praeter primam opusculi partem nihil innotuit. Sed, etsi non intercedo quominus probabiliter disputasse videatur, tamen mihi non persuadebit. Etenim laudatis verbis tria insunt, quae non concoquo; largior enim Andocidem in altera Oratione tantummodo dicere potuisse de calamitatibus, quas perpessus est Leogoras, in altera de praetura et de victoria ad Pallenium. Verum primum miror, in Oratione de Reditu Leogoram Oratoris *abavum* vocari, *proavum* autem in Oratione de Mysteriis, licet hoc sane falsae le-

Digitized by Google

ctioni possit tribui. Deinde absurdum est anno a. Chr. n. 410 nam Oratio ante hoc tempus non potest habita esse, fingere sibi auditores, quorum qui quidem aetate provectiores essent recordarentur Pisistratidarum tyrannidem. Tertium denique, quod gravissimum est, nescio quomodo annotare supersedi in specimine meo. Nempe ad Pallenium non victi fuere Pisistratidae, sed vicit Pisistratus, si quidem maior est Herodoti quam Andocidis auctoritas. Vatero quidem videtur nihil facilius explicari posse: Alcmaeonidas enim a Pisistrato ad Pallenium fuisse victos, sed aliquot annis post eosdem ad eundem locum de Pisistrati filiis reportasse victoriam. Talia autem si probabuntur, actum erit de omni sana interpretatione.

Tandem quaedam dicenda sunt de iis, quae narrantur de patre Leogora. In Oratione de Reditu videmus Oratorem immane quoddam flagitium commisisse. Patet hoc cum ex universo totius Orationis habitu, tum ex locis quibusdam, qui sunt de vita ante acta, quorum exscribam eos qui maxime faciunt ad meum propositum. Legimus § 5: *πάντες ἄνθρωποι γίγνονται ἐπὶ τῷ εὖ καὶ κακῶς πράττειν, μεγάλη δὲ δήπου καὶ τὸ* ΕΞΑΜΑΡΤΕΙΝ *δυσπραξία ἐστί.* Qui reus Orationis introitu tali excusatione utitur, se peccasse quidem sed neminem peccandi expertem esse, nae ille non vulgari aut levi crimine tenetur. Pariter § 10: *Καίτοι ἐγὼ τότ' αὐτὸς γνοὺς τὰς ἐμαυτοῦ συμφορὰς, ᾧ τινὶ κακῶν τε καί* ΑΙΣΧΡΩΝ *οὐκ οἶδ' εἴ τι ἀπεγένετο, τὰ μὲν παρανοίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ, τὰ δ' ἀνάγκῃ τῶν παρόντων πραγμάτων, ἔγνων ἥδιστον εἶναι πράττειν τε τοιαῦτα καὶ διαιτᾶσθαι ἐκεῖ, ὅπου ἥκιστα μέλλοιμι ὀφθήσεσθαι ὑφ' ὑμῶν.* Nequam sit oportet qui ultro fateatur se ab omnibus bonis contemni. Luculentius etiam est quod legitur § 25: *ὥσπερ δὲ τῆς τότε ἁμαρτίας τὰ ἀπὸ τῶν ἔργων σημεῖα ἔφατε χρῆναι πιστότατα ποιούμενοι* ΚΑΚΟΝ *με ἄνδρα ἡγεῖσθαι, οὕτω καὶ ἐπὶ τῇ νῦν εὐνοίᾳ μὴ ζητεῖτε ἑτέραν βάσανον ἢ τὰ ἀπὸ τῶν νυνὶ ἔργων σημεῖα ὑμῖν γινόμενα.* Quod nefandum quale fuerit cognosci potest e § 7: *ὃς εἰς τοσοῦτον ἦλθον τῆς ἐμαυτοῦ δυσδαιμονίας, εἴτε χρὴ εἰπεῖν νεότητί τε καὶ ἀνοίᾳ, εἴτε καὶ δυνάμει τῶν πεισάντων με ἐλθεῖν εἰς τοιαύτην συμφορὰν τῶν φρενῶν, ὥστ' ἀνάγκην μοι γενέσθαι δυοῖν κακοῖν τοῖν μεγίστοιν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ μὴ βουληθέντι κατειπεῖν τοὺς ταῦτα ποιήσαντας οὐ περὶ ἐμοῦ μόνου*

Digitized by Google

ὀῤῥωδεῖν, εἴ τι ἔδει παθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα οὐδὲν ἀδικοῦντα σὺν ἐμαυτῷ ἀποκτεῖναι (ὅπερ ἀνάγκη παθεῖν ἦν αὐτῷ, εἰ ἐγὼ μὴ ἐβουλόμην ταῦτα ποιῆσαι), ἢ κατειπόντι τὰ γεγενημένα αὐτὸν μὲν ἀφεθέντα μὴ τεθνάναι, τοῦ δ' ἐμαυτοῦ πατρὸς μὴ φονέα γενέσθαι. Sed non intelligo cur hoc tam miserum Andocidi visum sit. Novit Hermocopidarum nomina, novit et alios per calumniam a Dioclide indicatos esse et Leogoram; itaque denunciat reos et servat tum patrem tum ceteros cognatos. Quomodo hoc cuiquam dedecori potest esse? Non multum proficimus, si credamus praecipuam ignominiam in eo fuisse sitam, quod immanis sacrilegii particeps coniuratorum proditione debitam poenam callide effugisset; nam tum mirum est eum non uti simili excusatione, qua tota Oratio de Mysteriis nititur, nempe de Euphileto et de osse confracto; tum explicari nequit quidni Orator omnem culpam a se avertat probando, se prodidisse quidem coniuratos sed servasse patrem. Et omnino miror Oratorem non saepius eo redire. Sed neque per se laudatus locus sibi constat. Quae est enim ista oppositio? Eo redactus fui ut aut mihi ipsi simul cum patre pereundum esset, aut me ipsum servarem et patrem ex ignominiosa morte eriperem. In tali discrimine optio non adeo difficilis est, opinor. Hae difficultates superari non possunt nisi, μὴ eiecto, legamus, τοῦ δ' ἐμαυτοῦ πατρὸς φονέα γενέσθαι. Tum demum intelligitur, cur Andocides in defensione adeo haesitaverit et tergiversatus sit. Quamquam autem haec emendatio facit ut Oratio de Reditu recte procedat, tamen nunc patet, quod initio dixi, alterutram Orationem esse spuriam. Videmus in utraque Andocidem accusatum fuisse, quod patrem indicavisset, sed ita se ab hoc crimine in posteriore defensione purgat, ut aut in illa aut in hac impudentissime mentitus sit. Ut autem concedendum sit, multa Oratori Attico augere licuisse aut minuere prouti causa postularet, tamen nunquam inducar ut credam Andocidem de parricidio tantum sibi sumere potuisse. Itaque si parricida fuit, iudices prorsus ludibrio habuit in Oratione de Mysteriis; si non fuit, Oratio de Reditu non potest esse genuina. Mihi vero, dicam enim quod est verisimile, Andocidis patrem perdidisse non videtur; non eo tendunt quae narrant Thucydides et Plutarchus; quod autem maioris momenti est, hoc vix in-

Digitized by Google

cognitum potuit esse rhetori, qui composuit Orationem contra Andocidem, qui tamen de parricidio prorsus tacet. Ceterum perquam memorabile est A. G. Beckerum, qui Andocidem Germanice vertit, in interpretatione haud scio an imprudentem eandem coniecturam secutum esse, quam proposui.

Obtinui ni fallor, aut Orationem de Mysteriis aut illam de Reditu spuriam esse. Iam demonstrandum est utramque Andocidis nomen ementiri. Et de priore quidem hoc olim evincere conatus sum. Nolo nunc retractare quae tunc rectene an secus disputavi, sed ut omnia melius intelligantur, ex iis quae de hoc argumento congessi, delibabo duas vel tres suspiciones de gravioribus. Primum Orator de crimine Hermocopidarum sic dicit, ut neque narratio per se possit intelligi, neque conveniat cum iis, quae aliunde constant; tum exponit de infamia iure Attico, quod etsi condiscipulis in Schola perutile fortasse fuerit, tamen ineptum est coram iudicibus, qui rem quotidiano usu multo melius noverant quam Orator ipse, qui in hac potissimum parte mirifice nugatur; tandem Orator adeo caret notitia antiquiorum temporem, ut vel utrumque bellum Persicum confundat.

Iam postquam Andocidearum Orationum tres spurias esse agnovimus, cum Orator, in quarta, quae sola restat, historiam et antiquitatem vix attingit, fraus constare non poterit nisi instituta accurata disquitione de sermone ipso. Quae res etsi mihi semper lubrica et difficilis visa est, tamen non reperio quomodo sine λιποταξίου crimine certamen detractem. Priusquam autem venio ad istam disputationis partem, imperatorum exemplo, qui ignavam et inbellem turbam in medio agmine collocant, hoc loco interponam nonnulla, quae, etsi verisimilia videantur, nequaquam certa sunt.

Nempe iam mihi satis constat, singulas Orationes adeo sibi repugnare, ut, qui unam Andocidi vindicare velit, necessario ceteras omnes spurias habere debeat. De Orationibus de Mysteriis et de Reditu hoc in superioribus data opera probare institui, de ceteris idem facilius etiam apparebit unicuique, qui accurate omnia componet et conferet. Quodsi verbi causa, nam attingam rerum capita, Oratio contra Alcibiadem genuina est, ceterae sunt spuriae, nam legationes, quas in fine illius

Digitized by Google

Orationis Andocides se obiisse gloriatur, nullo modo memorari non potuerunt in tribus Orationibus posterioribus. Si autem Oratio de Pace genuina est, spuriae sunt Orationes de Mysteriis et de Reditu, nam aegre tacuisset Orator de avi legatione, si eam cognovisset. Sunt quoque de hoc argumento alia, sed haec nunc sufficiunt. Verum permirum est easdem Orationes adeo inter se convenire, ut eundem auctorem subinde prodere videantur. Freti nescio qua dicendi similitudine et Valckenaerius et alii Orationem contra Alcibiadem germanam iudicarunt; et concedi potest in omnibus deprehendi eundem scribendi colorem. Hoc explicari vix potest, nisi credimus eas conscriptas esse a duobus pluribusve discipulis *eiusdem* rhetoris, nam quin uni eidemque eas assignem, certa me causa prohibet. Verum illud ipsum, quod eas in permultis convenire dixi, etsi ita comparatum sit ut sentiri et attenta lectione intelligi possit, sed exemplis demonstrari nequeat, tamen operae pretium est aliquos locos indicare, qui mirifice conspirant. Exscribam § 129 Orationis de Mysteriis, ubi de Calliae filio Protarcho sic dicit: *τριῶν γὰρ οὐσῶν γυναικῶν, αἷς συνῳκηκὼς ἐστι ὁ πατὴρ αὐτοῦ, τῆς μὲν υἱός ἐστιν, ὥς φησι, τῆς δὲ ἀδελφός, τῆς δὲ θεῖος. τίς ἂν εἴη οὗτος; Οἰδίπους ἢ Αἴγισθος; ἢ τί χρὴ αὐτὸν ὀνομάσαι;* Confer nunc cum his § 22 Orationis contra Alcibiadem, ubi legitur: *πριάμενος (Ἀλκιβιάδης) γυναῖκα τῶν αἰχμαλώτων (Μηλίων) υἱὸν ἐξ αὐτῆς πεποίηται, ὃς τοσούτῳ παρανομωτέρως Αἰγίσθου γέγονεν, ὥστ' ἐκ τῶν ἐχθίστων ἀλλήλοις πέφυκε.* Agnoscis manum eandem nempe eius, qui quo pauciora de mythologia cognita habet, eo cupidius effundit. Non dissimilis ratio in locutione *δυοῖν θάτερον ἑλέσθαι.* In Oratione de Mysteriis § 57 legitur: *εἰ μὲν γὰρ ἦν δυοῖν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ καλῶς ἀπολέσθαι ἢ αἰσχρῶς σωθῆναι, ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν κακίαν εἶναι τὰ λεγόμενα.* Orat. de Red. § 7: *ὥστ' ἀνάγκην μοι γενέσθαι δυοῖν τοῖν μεγίστοιν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ μὴ βουληθέντι* cet., nam locus iam supra laudatus est. Orat. de Pac. 28: *Τοιούτων δ' ἐλπίδων μετασχόντας ἡμᾶς δεῖ δυοῖν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ πολεμεῖν μετ' Ἀργείων Λακεδαιμονίοις, ἢ μετὰ Βοιωτῶν κοινῇ τὴν εἰρήνην ποιεῖσθαι.* Nulla particula frequentius legitur quam *δήπου.* Orat. c. Alcib. § 36: *καίτοι οὐ δήπου ὦ Ἀθηναῖοι ὀστρακισθῆναι μὲν ἐπιτήδειός εἰμι, τεθνάναι δ' οὐκ ἄξιος.* Orat. de Myst. § 59: *οὔτε δήπου οἱ τεθνεῶτες δι'*

Digitized by Google

ἐμὲ μᾶλλον ἐτέθνασαν. Orat. de Red. § 1: εἴπερ γὰρ ἡ πόλις ἁπάντων τῶν πολιτευομένων κοινή ἐςι, καὶ τὰ γινόμενα δήπου ἀγαθὰ τῇ πόλει κοινά ἐςι. Ibid. § 5: καὶ ταῦτ' ἐν εἰδόσι δήπου κάλλιον ὑμῖν et mox: μεγάλη δὲ δήπου καὶ τὸ ἐξαμαρτεῖν δυσπραξία ἐςί. Ibid. § 19: (οἱ πεντακόσιοι) οὓς πολλῷ δήπου εἰκὸς ἧττον ἄν τι ἐξαμαρτεῖν κτἑ, Orat. de Pac. § 12: τοσοῦτον οὖν ἔγωγε ὦ Ἀθηναῖοι διορίζομαι περὶ τούτων, τὴν μὲν εἰρήνην σωτηρίαν εἶναι τῷ δήμῳ καὶ δύναμιν, τὸν δὲ πόλεμον δήπου κατάλυσιν γίγνεσθαι, nisi quis ultimo loco δήμου legere malit. Possem multis aliis exemplis allatis longam disputationem facere etiam longiorem, sed haec sufficiunt. Malo hac occasione indicare, quis iste Rhetor verosimiliter fuerit, in cuius schola eae declamationes habitae sint. Nempe is fuit Isocrates. Scio quidem hanc qualemcunque coniecturam a multis leni risu acceptum iri sed afferri possunt, quibus nisi vera videatur tamen probabilis fiat. Nam ut taceam de universo dicendi genere quod ab Isocrateo sic differt ut conamina eorum, qui non multum profecerunt, a perfecto exemplo distare solent, laudabo § 23 Orat. c. Alcibiadem: ἀλλ' ὑμεῖς ἐν μὲν ταῖς τραγῳδίαις τοιαῦτα θεωροῦντες δεινὰ νομίζετε, γιγνόμενα δ' ἐν τῇ πόλει ὁρῶντες οὐδὲν φροντίζετε. Καίτοι ἐκεῖνα μὲν οὐκ ἐπίςασθε πότερον οὕτω γεγένηται ἢ πέπλαςαι ὑπὸ τῶν ποιητῶν· ταῦτα δὲ σαφῶς εἰδότες οὕτω πεπραγμένα παρανόμως ῥᾳθύμως φέρετε. Haec verba nescio quid Isocrateum spirant et vero etiam sententia ipsa apud eundem est obvia, Evag. § 6: νῦν δὲ τίς οὐκ ἂν ἀθυμήσειεν, ὅταν ὁρᾷ τοὺς μὲν περὶ τὰ Τρωϊκὰ καὶ τοὺς ἐπέκεινα γενομένους ὑμνουμένους καὶ τραγῳδουμένους, αὑτὸν δε προειδῇ, μηδ' ἂν ὑπερβάλλῃ τὰς ἐκείνων ἀρετὰς μηδέποτε τοιούτων ἐπαίνων ἀξιωθησόμενον; τούτων δ' αἴτιος ὁ φθόνος, ᾧ τοῦτο μόνον ἀγαθὸν πρόσεςιν, ὅτι μέγιςον κακὸν τοῖς ἔχουσίν ἐςιν. οὕτω γάρ τινες δυσκόλως πεφύκασιν, ὥσθ' ἥδιον ἂν εὐλογουμένων ἀκούοιεν οὓς οὐκ ἴσασιν εἰ γεγόνασιν, ἢ τούτους ὑφ' ὧν εὖ πεπονθότες αὐτοὶ τυγχάνουσιν. Sed accedunt alia. Novimus quam frequenter in Scholis contra Alcibiadem declamitatum sit, et credibile est iisdem temporibus etiam Andocidem aptum praebuisse argumentum hominibus studiosis quidem sed paulo loquacioribus. Nempe declamationes plerumque versabantur in coniecturali genere et eo argumentum erat accep-

Digitized by Google

tius, quo maior erat causae obscuritas et opportunitas locorum communium. Verisimile est igitur Hermocopidarum flagitium in scholis saepius tractatum fuisse, cum Thucydides ipse se indagare potuisse neget, num isti iurene caesi fuerint nec ne; nec praeteriri potuit is ipse, qui maxime hoc facinore inclaruerat. Cuiusmodi autem illae declamationes fuerint, compluribus exemplis notum est et neminem, qui Antiphontis tetralogias legerit oblitum esse opinor taedii quod devoravit. Sed ab hoc ieiuno et tenui dicendi genere Andocides longe remotus est. Paucae orationes rerum varietate aeque commendabiles sunt atque Oratio de Mysteriis. Neminem autem novi rhetorem, quem verisimilius est auditores ad tale declamationum genus excitasse, quam Isocratem, cuius auditorum sat multi se ad historiam scribendam contulerunt. Suspicor igitur eam ipsam rerum ubertatem effecisse, ut fraus tam diu latuerit, cum viri docti deprehenderent quidem in Andocide errores graves et mediocrem dicendi peritiam, multa adeo, quae non nisi scholae convenirent, sed tamen in universum probarent copiam et ornatum a declamationibus alienum. Sed praeter locum, quem ex Evagora laudavi, sunt nonnulla alia, quae haud inutiliter addi possunt. Non multum tribuo loco, quem Clemens Alexandrinus ex Isocrate desumtum esse autumat; nempe in Orat. de Pac. 2 legitur: *Χρὴ γὰρ ὦ Ἀθηναῖοι τεκμηρίοις χρῆσθαι τοῖς πρότερον γενομένοις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι*; contra apud Isocr. Paneg. 141 sic: *δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι.* Sed hoc fortasse casu convenit. Aliquanto maior est suspicio in tribus locis Orationis de Bigis. Haec causa dicitur ab Alcibiadis filio, qui narrat § 6 quae sequuntur: *εἰσήγγελλον εἰς τὴν βουλήν, λέγοντες ὡς ὁ πατὴρ μὲν συνάγοι τὴν ἑταιρείαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν, οὗτοι δ' ἐν τῇ Πουλυτίωνος οἰκίᾳ συνδειπνοῦντες τὰ μυστήρια ποιήσειαν.* Vix potest dubitari Isocratem errare, nam verba ipsa accusationis servata sunt apud Plutarchum in vita Alcibiadis, capite 22: *Θεσσαλὸς Κίμωνος Λακιάδης Ἀλκιβιάδην Κλεινίου Σκαμβωνίδην εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὼ θεώ, ἀπομιμούμενον τὰ μυστήρια καὶ δεικνύντα τοῖς αὑτοῦ ἑταίροις ἐν τῇ ἑαυτοῦ κτέ.* Igitur Alcibiades non celebravit mysteria apud Polytionem sed in domo sua. Errorem autem quem in Isocrate minime miror nihil mali

Digitized by Google

suspicatus discipulus in Orationem de Mysteriis transtulit § 12. Isocrates paulo post sic pergit: ὥςε παρὰ τῶν κατηγόρων ἡδέως ἂν ὁ δῆμος δίκην ἔλαβε, οὕτω σαφῶς ἀπέδειξεν αὐτοὺς ψευδομένους. Olim demonstravi exordium Orationis de Mysteriis descriptum esse ex Oratione Lysiae de Bonis Aristophanis; leguntur ibidem Lysiacis verbis nonnulla interposita, quae apud eum non reperiuntur. Horum fontem nunc indicare facile est; illa enim sunt verba quae volo: ὥσθ' ὑμᾶς πολὺ ἂν ἥδιον δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν κατηγόρων ἢ παρὰ τῶν κατηγορουμένων. Ultimus locus est is in Oratione de Reditu de Oratoris abavo, quem supra exscripsi. Hunc confer iam cum illis quae tradit Alcibiadis filius in dicta Oratione § 25 de Alcmaeonidis: τὴν δ' εὔνοιαν ἣν εἶχον εἰς τὸ πλῆθος ἐν τοῖς τυραννικοῖς ἐπεδείξαντο· συγγενεῖς γὰρ ὄντες Πεισιςράτου, καὶ πρὶν εἰς τὴν ἀρχὴν καταςῆναι μάλις' αὐτῷ χρώμενοι τῶν πολιτῶν, οὐκ ἠξίωσαν μετασχεῖν τῆς ἐκείνου τυραννίδος, ἀλλ' εἵλοντο φυγεῖν μᾶλλον ἢ τοὺς πολίτας ἰδεῖν δουλεύοντας. Satin perspicuum est unc locum ante oculos habuisse scriptorem alterius Orationis?

Verum missis his, quae in transcursu et obiter disputavi, videamus accuratius de Oratione de Reditu. Exscribam primam paragraphum: Εἰ μὲν, ὦ ἄνδρες, ἐν ἑτέρῳ τῳ πράγματι οἱ παριόντες μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντες πάντες ἐφαίνοντο, οὐδὲν ἂν θαυμαςὸν ἐνόμιζον· ὅπου μέντοι δεῖ τὴν πόλιν ἐμέ τι ποιῆσαι ἀγαθόν, εἴ τις ἑτέρως βούλοιτο ἐμοῦ κακίων, δεινότατον ἁπάντων χρημάτων ἡγοῦμαι, εἰ τῷ μὲν δοκεῖ ταῦτα, τῷ δὲ μή, ἀλλὰ μὴ πᾶσιν ὁμοίως. Animadvertendum est Andocidem nusquam auditores compellare solito oratorum more, quibus non ὦ ἄνδρες in usu est, sed ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι sive ὦ ἄνδρες δικαςαί. Nolo premere sententiam ipsam putidam esse et ridiculam, nam quidni Andocides malus fuerit Orator? Sed non negligendum est δεῖ τὴν πόλιν ἐμέ τι ποιῆσαι ἀγαθόν ambigue dictum esse; tum aliquanto melius fuisset κακίων ὤν; deinde improbandus est optativus βούλοιτο, qui dubitantis est, sed Orator liquido scit se tales inimicos habere; neque probo locutionem ἑτέρως βούλεσθαι. Arripuit illam ex Homerico versu: νῦν δ' ἑτέρως ἐβόλοντο θεοὶ κακὰ μητιόωντες, nam nihil impedit quominus corrupto Homeri exemplari usus esse credatur (apud Homerum enim probo eos qui ἑτέρωσ' ἔβαλλοντο restitue-

Digitized by Google

runt). Apparent in sequentibus quoque exempla locutionum, quas Orator ab Homero mutuatus est. Quod verbi causa § 2 dicit τουτὶ τὸ μέγα καὶ δεινόν, id repetitum est ex Homerico σάκος μέγα τε δεινόν τε. Quod statim sequitur: εἴ τι ὑμᾶς χρὴ ἀγαθὸν ἐμοῦ ἐπαυρέσθαι: ἐπαυρέσθαι minime frequens est apud Atticos; effictum est ad imaginem Odysseae versus: μή πού τι κακὸν καὶ μεῖζον ἐπαύρῃ. Alia quoque ex Homero desumta videntur, sed haec sunt fere incertiora. Sed, ut redeam ad primam paragraphum, in illis ὅπου μέντοι δεῖ τὴν πόλιν κτἑ., neque ὅπου probo pro ἐπεί, neque assequor quid δεῖ sibi velit, non magis quam χρή in eo loco, quem modo ex proxime sequentibus laudavi. Denique in δεινότατον ἁπάντων χρημάτων, ultimum vocabulum omitti solet.

Paucis interpositis de Orator sic pergit: τουτὶ τοίνυν τὸ μέγα καὶ δεινὸν πάρεστιν ὑμῖν ὁρᾶν τοὺς μὲν ἤδη πράττοντας, τοὺς δὲ τάχα μέλλοντας· καί μοι μέγιστον θαῦμα παρέστηκε, τί ποτε οὗτοι οἱ ἄνδρες δεινῶς οὕτω περικαίονται, εἴ τι ὑμᾶς χρὴ ἀγαθὸν ἐμοῦ ἐπαυρέσθαι. δεῖ γὰρ αὐτοὺς ἤτοι ἀμαθεστάτους εἶναι πάντων ἀνθρώπων, ἢ τῇ πόλει ταύτῃ δυσμενεστάτους. εἰ μέν γε νομίζουσι τῆς πόλεως εὖ πραττούσης καὶ τὰ ἴδια σφῶν αὐτῶν ἄμεινον ἂν φέρεσθαι, ἀμαθέστατοί εἰσι τὰ ἐναντία νῦν τῇ ἑαυτῶν ὠφελείᾳ σπεύδοντες· εἰ δὲ μὴ ταὐτὰ ἡγοῦνται σφίσι τ' αὐτοῖς συμφέρειν καὶ τῷ ὑμετέρῳ κοινῷ, δυσμενεῖς ἂν τῇ πόλει εἶεν. Pro παρέστηκε, quod Bekkerus ex optimo Codice Crippsiano invexit, antea legebatur περιέστηκε. De ἐπαυρέσθαι iam dixi: περικαίεσθαι hac significatione vix Graecum est; pro ἀμαθέστατος Oratores dicunt εὐηθέστατος. Iam alii viderunt pro εἰ μέν γε νομίζουσι legendum esse εἰ μὲν γὰρ ν. Formula τὰ ἴδια ἄμεινον φέρεται mihi quidem inaudita est: Attici dicunt τὰ ἴδια ἄμεινον ἔχει. Σπεύδειν non improbaverim, sed multo usitatius est σπουδάζειν vel σπουδὴν ποιεῖσθαι. Tandem sententia postulat pro δυσμενεῖς ἂν εἶεν, δυσμενεῖς εἰσίν. Similem abusum optativi iam supra notavimus. Eiusdem generis est § 6: εἰ ἀνθρωπίνως περὶ ἐμοῦ γιγνώσκοιτε, εἴητε ἂν ἄνδρες εὐγνωμονέστεροι. Hoc vero est de salute sua desperantis. Non magis optativum probare possum § 19: Ἐμοὶ τοίνυν τὰ μὲν ἤδη εἰς ὑμᾶς πεπραγμένα σχεδόν τι ἅπαντες ἂν εἰδείητε. Melius est quod legitur init. Orat. de Myst. σχεδόν τι πάντες ἐπίστασθε.

Digitized by Google

Orator pergit § 3: *Οἵτινες εἰσαγγείλαντός μου ἀπόρρητα εἰς τὴν βουλὴν περὶ τῶν πραγμάτων, ὧν ἀποτελεσθέντων οὐκ εἰσὶ τῇ πόλει ταύτῃ μείζονες ὠφέλειαι, καὶ τούτων ἀποδεικνύντος μου τοῖς βουλευταῖς σαφεῖς τε καὶ βεβαίους τὰς ἀποδείξεις, ἐκεῖ μὲν οὔτε τούτων τῶν ἀνδρῶν οἱ παραγενόμενοι ἐλέγξαντες οἷοί τ' ἦσαν ἀποδεῖξαι εἴ τι μὴ ὀρθῶς ἐλέγετο, οὔτ' ἄλλος οὐδείς, ἐνθάδε δὲ νῦν πειρῶνται διαβάλλειν.* De isto *ἀπορρήτῳ* neque novi qui data opera egit et res satis plana est et facilis; sed mirari subit nondum observatum esse huc referri debere, quod Lysias c. And. § 29 calumniose narrat de prytanibus subornatis. Abundant hoc loco vocabula *περὶ τῶν πραγμάτων*; tum pro *ἀποτελεῖν*, quod § 22 de eadem re iterum usurpatur, crebrius legitur *ἐπιτελεῖν*; pro *ἐλέγξαντες* Atticis magis in usu erat *ἐξελέγξαντες*, quod legitur Orat. de Myst. § 7 eo loco quem e Lysia desumtum esse dixi. Porro animadverti potest incuria oratoris, qui iungit *ἀποδεικνύντος*, *ἀποδείξεις* et *ἀποδεῖξαι*.

Statim sequuntur haec: *σημεῖον οὖν τοῦθ' ὅτι οὗτοι οὐκ ἀφ' αὑτῶν ταῦτα πράττουσιν (εὐθὺς γὰρ ἂν τότε ἠναντιοῦντο) ἀλλ' ἀπ' ἀνδρῶν ἑτέρων, οἷοί εἰσιν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, οὐδενὸς ἂν χρήματος δεξάμενοι ὑμᾶς τι ἀγαθὸν ἐξ ἐμοῦ πρᾶξαι· καὶ αὐτοὶ μὲν οὗτοι οἱ ἄνδρες οὐ τολμῶσι σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὸ μέσον καταϛήσαντες διισχυρίζεσθαι περὶ τούτων, φοβούμενοι ἔλεγχον διδόναι εἴ τι εἰς ὑμᾶς τυγχάνουσι μὴ εὖ φρονοῦντες· ἑτέρους δ' εἰσπέμπουσι, τοιούτους ἀνθρώπους οἷς εἰθισμένοις ἤδη ἀναισχυντεῖν οὐδὲν διαφέρει εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι τὰ μέγιϛα τῶν κακῶν.* Locutio *οὐδενὸς χρήματος δέχεσθαι* iterum occurrit § 21; in his et similibus penuria formularum loquendi prodit tironem dicendo nondum assuefactum. Eadem ratio est inutilis additamenti *ἐν τῇ πόλει ταύτῃ*, quod ad taedium usque recurrit, v. c. praeter hunc nostrum locum, § 2: *τῇ πόλει ταύτῃ δυσμενεϛάτους*; § 3: *οὐκ εἰσὶ τῇ πόλει ταύτῃ μείζονες ὠφέλειαι*; § 10: *τὴν πόλιν ταύτην ἀγαθόν τι ἐργάσασθαι*; § 12: *τὴν πόλιν ταύτην ἔσωσαν* et alibi. Idem obtinet in *ἐνθάδε*, § 11: *τῶν τετρακοσίων ἤδη τὰ πράγματα ἐνθάδε κατειληφότων*; § 13: *παρὰ γνώμην εὑρέθη τὰ ἐνταῦθα πράγματα*; § 20: *ἠγγέλθη ὅτι οὐ μέλλει σῖτος ἥξειν ἐνταῦθα*, cet. Nota praeterea abusum coniunctionis *εἰ*, quem aliis quoque locis deprehendi. Versus finem huius paragraphi *ἀνθρώπους* eiiciendum est. Nihil dico



Digitized by Google

nunc de imperito et ineleganti orationis compositione, nam quem hoc fugiet?

Excipiunt haec verba: *τὸ δ' ἰσχυρὸν τοῦτο μόνον εὕροι τις ἂν αὐτῶν ἐν τοῖς λόγοις, τὰς ἐμὰς συμφορὰς ἐπὶ παντὶ ὀνειδίζειν, καὶ ταῦτ' ἐν εἰδόσι δήπου κάλλιον ὑμῖν, ὥστε μηδὲν ἂν τούτων δικαίως τιμὴν αὐτοῖς τινὰ φέρειν.* Non dicitur Graece *αὐτῶν ἐν τοῖς λόγοις* pro *ἐν τοῖς λόγοις αὐτῶν*, sed hoc librariis quam oratori imputare malo; tum *κάλλιον εἰδέναι* Atticis vix in usu fuit, pro *ἄμεινον εἰδέναι*, si quidem *εὖ οἶδα* vulgo dicebant non *καλῶς οἶδα*. Sed nihil novi quod magis scholam redoleat quam: *καὶ τῷ πρώτῳ τοῦτο εἰπόντι ὀρθῶς δοκεῖ εἰρῆσθαι, ὅτι πάντες ἄνθρωποι γίνονται ἐπὶ τῷ εὖ καὶ κακῶς πράττειν, μεγάλη δὲ δήπου καὶ τὸ ἐξαμαρτεῖν δυσπραξία ἐστί, καὶ εἰσὶν εὐτυχέστατοι μὲν οἱ ἐλάχιστα ἐξαμαρτάνοντες, σωφρονέστατοι δ' οἳ ἂν τάχιστα μεταγιγνώσκωσι. καὶ ταῦτα οὐ διακέκριται τοῖς μὲν γίνεσθαι, τοῖς δὲ μή, ἀλλ' ἔστιν ἐν τῷ κοινῷ πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ ἐξαμαρτεῖν τι καὶ κακῶς πρᾶξαι. ὧν ἕνεκα, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ ἀνθρωπίνως περὶ ἐμοῦ γινώσκοιτε, εἴητε ἂν ἄνδρες εὐγνωμονέστεροι.* Hoc vero eleganter dictum est et ingeniose excogitatum! De ultimis verbis iam dixi supra me improbare optativum *γινώσκοιτε*; addo nunc me neque capere comparativum *εὐγνωμονέστεροι*, quem non magis defendi posse existimo, quam quod dicit § 26: *ὧν καὶ ἕνεκα εἰκὸς ὑμᾶς, ἐὰν χρηστὸς ὢν ἀνὴρ εἰς ὑμᾶς φαίνωμαι, προθυμότερόν μου ἀποδέχεσθαι τὰ πραττόμενα.* Ceterum multum vereor ne Athenienses aegre laturi fuissent illud *εἴητε ἂν ἄνδρες εὐγνωμονέστεροι*; certe Demosthenes ea, quae reprehensionem quandam continent, semper prima persona enunciat.

Plura notari possunt § 7: *οὐ γὰρ φθόνου μᾶλλον ἢ οἴκτου ἄξιά μοι ἐστι τα γεγενημένα· ὃς εἰς τοσοῦτον ἦλθον τῆς ἐμαυτοῦ δυσδαιμονίας, εἴτε χρὴ εἰπεῖν νεότητί τε καὶ ἀνοίᾳ, εἴτε καὶ δυνάμει τῶν πεισάντων με ἐλθεῖν εἰς τοιαύτην συμφορὰν τῶν φρενῶν, ὥστ' ἀνάγκην μοι γενέσθαι δυοῖν κακοῖν τοῖν μεγίστοιν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ μὴ βουληθέντι κατειπεῖν τοὺς ταῦτα ποιήσαντας οὐ περὶ ἐμοῦ μόνου ὀρρωδεῖν, εἴ τι ἔδει παθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα οὐδὲν ἀδικοῦντα σὺν ἐμαυτῷ ἀποκτεῖναι (ὅπερ ἀνάγκη παθεῖν ἦν αὐτῷ, εἰ ἐγὼ μὴ ἐβουλόμην ταῦτα ποιῆσαι), ἢ κατειπόντι τὰ γεγενημένα αὐτὸν μὲν ἀφεθέντα μὴ τεθνάναι, τοῦ δ' ἐμαυτοῦ πατρὸς μὴ φονέα γενέσθαι.* Iam supra ostendi, ne-

Digitized by Google

gatione deleta, legendum esse τοῦ δ' ἐμαυτοῦ πατρὸς Φονέα γενέσθαι et notavi abusum locutionis δυοῖν κακοῖν θάτερον ἑλέσθαι. Sed praeterea observandum est Athenienses constanter dixisse ἦλθον εἰς τοσοῦτο δυσδαιμονίας, non εἰς τοσοῦτο τῆς ἐμαυτοῦ δυσδαιμονίας; tum δυσδαίμων et δυσδαιμονία, quae in hac oratione saepe leguntur, omnino raro inveniuntur pro κακοδαίμων et κακοδαιμονία. Deinde omnia haec obscure dicta sunt: quomodo enim iudices intelligere potuerunt, qui homines per istos τοὺς ταῦτα ποιήσαντας indicarentur; porro minime probo verbum κατειπεῖν, nam in Hermocopidarum causa certe perpetuus fuit usus vocabulorum μηνύειν, μηνυτής et μήνυτρον. Denique pro τὸν πατέρα οὐδὲν ἀδικοῦντα Graecitas postulat τὸν πατέρα τὸν οὐδὲν ἀδικοῦντα. Sed ut melius intelligatur quod dixi de similitudine utriusque orationis, operae pretium est transscribere § 57 Orat. de Myst.: Φέρε δή (χρὴ γὰρ ὦ ἄνδρες ἀνθρωπίνως περὶ τῶν πραγμάτων ἐκλογίζεσθαι, ὥσπερ ἂν αὐτὸν ὄντα ἐν τῇ συμφορᾷ), τί ἂν ὑμῶν ἕκαςος ἐποίησεν; εἰ μὲν γὰρ ἦν δυοῖν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ καλῶς ἀπολέσθαι ἢ αἰσχρῶς σωθῆναι, ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν κακίαν εἶναι τὰ λεγόμενα κτέ.

Orator sic pergit § 8: τί δ' ἂν οὐ πρό γε τούτου τολμήσειεν ἄνθρωπος ποιῆσαι; ἐγὼ τοίνυν ἐκ τῶν παρόντων εἱλόμην ταῦτα, ἃ ἐμοὶ μὲν λύπας ἐπὶ χρόνον πλεῖςον οἴσειν ἔμελλεν, ὑμῖν δὲ ταχίςην τοῦ παρόντος τότε κακοῦ μετάςασιν. ἀναμνήσθητε δ' ἐν οἵῳ κινδύνῳ τε καὶ ἀμηχανίᾳ καθέςατε, καὶ ὅτι οὕτω σφόδρα σφᾶς αὐτοὺς ἐπεφόβησθε, ὥς' οὐδ' εἰς τὴν ἀγορὰν ἔτι ἐξῄειτε, ἕκαςος ὑμῶν οἰόμενος συλληφθήσεσθαι. Qui aliquam operam Andocidi dedit, hunc non fugiet quam proxime haec conveniant cum § 36 Orat. de Myst., sed malo nunc notare alia exempla istiusmodi repetitionum frigidarum, de quibus dixi. Quam scilicet indicavi putidam diligentiam in loco notando, eandem reperio in temporis notationibus. Praeter laudatum locum, in quo τοῦ παρόντος τότε κακοῦ sanequam haud commendatur elegantia, en alia exempla. § 10: τὰ δ' ἀνάγκῃ τῶν παρόντων πραγμάτων; § 12: τὴν πόλιν ταύτην ἔσωσαν ἐν τῷ τότε χρόνῳ; § 14: ἐν δὲ τῷ τότε τὰ ἐναντία Φρονοῦντες δῆλοι ἦσαν; § 15: πλείςου ἄξιον ἐγίνετο ἐν τῷ τότε, cet. Pro Φοβεῖσθαι, quantum melius fuisset dare ὑποψίας ἔχειν?

In sequentibus haec leguntur: ταῦτα τοίνυν ὥςε μεν γενέσθαι



Digitized by Google

*τοιαῦτα, πολλοςὸν δή τι ἐγὼ μέρος τῆς αἰτίας εὑρέθην ἔχων, ὥςε μέντοι παυθῆναι, ἐγὼ εἷς ὢν μόνος αἴτιος, καὶ ὅμως τό γε δυςυχέςατος εἶναι ἀνθρώπων οὐδαμῇ ἐκφεύγω, ὅτε δὴ προαγομένης μὲν τῆς πόλεως ἐπὶ ταύτας τὰς συμφορὰς οὐδεὶς ἐμοῦ ἤρχετο γίνεσθαι δυσδαιμονέςερος, μεθιςαμένης δὲ πάλιν εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἁπάντων ἐγὼ ἀθλιώτατος.* Habemus h. l. reum confitentem se fuisse inter Hermocopidas, quod nondum satis attenderant viri docti. Pauca hac paragrapho nos morari possunt. Orator qua est dicendi facultate fere idem iterum declamitat, § 12: *μέρος ἐγὼ οὐκ ἂν ἐλάχιςον δικαίως ταύτης τῆς αἰτίας ἔχοιμι*, quod num recte dictum sit, magnopere dubito. Satis certum est illud *ἐγὼ εἷς ὢν μόνος αἴτιος* ferri non posse. Athenienses dicebant *ἐγὼ μόνος αἴτιος* vel *ἐγὼ αἰτιώτατος γέγονα*. Neque capio illud *ὅτε δὴ προαγομένης* cet.: suspicor legendum esse *ἅτε δή*. Reiskio iam recte displicuit *οὐδεὶς ἐμοῦ ἤρχετο γίνεσθαι*. Imperitus porro sit oportet qui coniungit *δυςυχέςατος, δυσδαιμόνεςατος* et *ἀθλιώτατος*.

Paucis omissis orator pergit § 10: *Καίτοι ἐγὼ τότ' αὐτὸς γνοὺς τὰς ἐμαυτοῦ συμφοράς, ᾧτινι κακῶν τε καὶ αἰσχρῶν οὐκ οἶδ' εἴ τι ἀπεγένετο, τὰ μὲν παρανοίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ, τὰ δ' ἀνάγκῃ τῶν παρόντων πραγμάτων, ἔγνων ἥδιςον εἶναι πράττειν τε τοιαῦτα καὶ διαιτᾶσθαι ἐκεῖ, ὅπου ἥκιςα μέλλοιμι ὀφθήσεσθαι ὑφ' ὑμῶν. ἐπειδὴ δὲ χρόνῳ ὕςερον εἰσῆλθέ μοι, ὥσπερ εἰκός, ἐπιθυμία τῆς τε μεθ' ὑμῶν πολιτείας ἐκείνης καὶ διαίτης, ἐξ ἧς δευρὶ μετέςην, ἔγνων λυσιτελεῖν μοι ἢ τοῦ βίου ἀπηλλάχθαι, ἢ τὴν πόλιν ταύτην ἀγαθόν τι τοσοῦτον ἐργάσασθαι, ὥσθ' ὑμῶν ἑκόντων εἶναί ποτέ μοι πολιτεύσασθαι μεθ' ὑμῶν.* Ac primum minime eleganter dictum est *γνοὺς .... ἔγνων*; tum non satis intelligi posse puto illud *ᾧτινι*; tum non recte legitur *ἔγνων ἥδιςον εἶναι* pro *κράτιςον*; tum abundat *ἐκείνης* post *τῆς μεθ' ὑμῶν πολιτείας*; deinde melius fuisset, ni fallor, *ἀπαλλαγῆναι* quam *ἀπηλλάχθαι*; denique non fero *ὑμῶν ἑκόντων πολιτεύσασθαι μεθ' ὑμῶν*.

Videamus de iis quae sequuntur § 11: *ἐκ δὲ τούτου οὐ πώποτε οὔτε τοῦ σώματος οὔτε τῶν ὄντων ἐμοὶ ἐφεισάμην, ὅπου ἔδει παρακινδυνεύειν· ἀλλ' αὐτίκα μὲν τότε εἰσήγαγον εἰς ςρατιὰν ὑμῶν οὖσαν ἐν Σάμῳ κωπέας, τῶν τετρακοσίων ἤδη τὰ πράγματα ἐνθάδε κατειληφότων, ὄντος μοι Ἀρχελάου ξένου πατρικοῦ καὶ διδόντος γενέσθαι τε καὶ ἐξάγεσθαι ὁπόσους ἐβουλόμην. τούτους τ'*

Digitized by Google

εἰσήγαγον τοὺς κωπέας, καὶ παρόν μοι πέντε δραχμῶν τὴν τιμὴν αὐτῶν δέξασθαι οὐκ ἠθέλησα πράξασθαι πλέον ἢ ὅσον ἐμοὶ κατέστησαν. Ingrata est et imperita repetitio vocabulorum τούτους τ' εἰσήγαγον τοὺς κωπέας. Pro corrupto γένεσθαι in hoc scriptore qui ἐπαυρέσθαι et ἀπολοφύρεσθαι dicere ausus est, fortasse reponere licebit Ionicum λέγεσθαι. Sed omnino improbandum est medium ἐξάγεσθαι; tum pro δέξασθαι, quod hac significatione Homero tritum est, in oratore Attico melius foret λαβεῖν. De ceteris in rempublicam meritis gloriari pergit Andocides § 12: εἰσήγαγον δὲ σῖτόν τε καὶ χαλκόν, καὶ οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι ἐκ τούτων παρεσκευασμένοι ἐνίκησαν μετὰ ταῦτα Πελοποννησίους ναυμαχοῦντες, καὶ τὴν πόλιν ταύτην μόνοι ἀνθρώπων ἔσωσαν ἐν τῷ τότε χρόνῳ. εἰ τοίνυν μεγάλων ἀγαθῶν ἄξια ὑμᾶς εἰργάσαντο ἐκεῖνοι, μέρος ἐγὼ οὐκ ἂν ἐλάχιστον ταύτης τῆς αἰτίας ἔχοιμι. εἰ γὰρ τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις τότε τὰ ἐπιτήδεια μὴ εἰσήχθη, οὐ περὶ τοῦ σῶσαι τὰς Ἀθήνας ὁ κίνδυνος ἦν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ περὶ τοῦ μηδ' αὐτοὺς σωθῆναι. In superioribus iam tria de hoc loco observata sunt; addo nunc valde frigere ἐκ τούτων ..... μετὰ ταῦτα. Pro ὁ κίνδυνος ἦν αὐτοῖς equidem dixerim ἐγένετ' αὐτοῖς. Neque § 13 sine animadversione dimittere licet: Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων οὐκ ὀλίγῳ μοι παρὰ γνώμην εὑρέθη τὰ ἐνταῦθα πράγματα ἔχοντα· κατέπλευσα μὲν γὰρ ὡς ἐπαινεθησόμενος ὑπὸ τῶν ἐνθάδε προθυμίας τε εἵνεκα καὶ ἐπιμελείας τῶν ὑμετέρων πραγμάτων. Otiosa sunt ἔχοντα et ὑπὸ τῶν ἐνθάδε; tum εἵνεκα non nisi Ionicae dialecto convenit. Sed cognoscamus quomodo Andocides a Quadringentis exceptus fuerit: πυθόμενοι δέ τινές με ἥκοντα τῶν τετρακοσίων ἐζήτουν τε παραχρῆμα, καὶ λαβόντες ἤγαγον εἰς τὴν βουλήν. εὐθὺς δὲ παραστάς μοι Πείσανδρος »ἄνδρες" ἔφη » βουλευταί, ἐγὼ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐνδεικνύω ὑμῖν σῖτόν τε εἰς τοὺς πολεμίους εἰσαγαγόντα καὶ κωπέας." καὶ τὸ πρᾶγμα ἤδη πᾶν διηγεῖτο ὡς ἐπέπρακτο. ἐν δὲ τῷ τότε τὰ ἐναντία φρονοῦντες δῆλοι ἦσαν ἤδη οἱ ἐπὶ στρατείας ὄντες τοῖς τετρακοσίοις. κἀγώ, θόρυβος γὰρ δὴ τοιοῦτος ἐγίνετο τῶν βουλευτῶν, ἐπειδὴ ἐγίγνωσκον ἀπολούμενος, εὐθὺς προσπηδῶ πρὸς τὴν ἑστίαν καὶ λαμβάνομαι τῶν ἱερῶν. ὅπερ μοι καὶ πλείστου ἄξιον ἐγίνετο ἐν τῷ τότε· εἰς γὰρ τοὺς θεοὺς ἔχοντα ὀνείδη, οὗτοί με μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων ἐοίκασι κατελεῆσαι, βουληθέντων τε αὐτῶν ἀποκτεῖναί με οὗτοι ἦσαν οἱ διασώσαντες. Vidimus supra ineptum homi-

Digitized by Google

nem locum Isocratis de maioribus Alcibiadis ad Andocidis proavum retulisse; hoc loco deprehendimus rhetoris ingenium minime ferax, qui de Andocide tradit quae acciderant Therameni; nam quis dubitare potest qui confert Xenophontis narrationem? Praeterea improbo novitiam formam verbi *ἐνδεικνύναι*. Sed non negligendum est quam putida sint ista: *ἐν δὲ τῷ τότε τὰ ἐναντία — τετρακοσίοις*, quod in quovis alio scriptore glossema iudicarem. Quae dicit de deorum tutela neque callida sunt et ridicula: sed hoc erat ex praeceptis magistri caput quoddam in defensionibus, sicuti illud alterum, de quo iam saepe dixi de maioribus. Luce clarius hoc apparet in Oratione de Mysteriis § 137—139 et § 141—143.

Sequuntur haec: *δεσμά θ' ὕϛερον καὶ κακὰ ὅσα τε καὶ οἷα τῷ σώματι ἠνεσχόμην, μακρὸν ἂν εἴη μοι λέγειν. οὗ δὴ καὶ μάλιϛ' ἐμαυτὸν ἀπωλοφυράμην, ὅϛις τοῦτο μὲν ἐν ᾧ ἐδόκει ὁ δῆμος κακοῦσθαι, ἐγὼ ἀντὶ τούτου κακὰ εἶχον, τοῦτο δὲ ἐπειδὴ ἐφαίνετο εὖ ὑπ' ἐμοῦ πεπονθώς, πάλιν αὖ καὶ διὰ τοῦτ' ἐγὼ ἀπολοίμην. ὥσθ' ὁδόν τε καὶ πόρον μηδαμῇ ἔτι εἶναί μοι εὐθαρσεῖν· ὅποι γὰρ τραποίμην, πάντοθεν κακόν τι μοι ἐφαίνετο ἑτοιμαζόμενον. ἀλλ' ὅμως καὶ ἐκ τούτων τοιούτων ὄντων ἀπαλλαγεὶς οὐκ ἔϛιν ὅ τι ἕτερον ἔργον περὶ πλείονος ἐποιούμην ἢ τὴν πόλιν ταύτην ἀγαθόν τι ἐργάσασθαι.* Haec partim iam habuimus § 9; sed nunc attendendum est ad *εὐθαρσεῖν* et *ἀπολοφύρεσθαι*, quae Atticis fere inaudita sunt. Permulta autem universo loco insunt haud nimis concinne dicta, sed nihil opus est hoc monere; utilius erit aliud exemplum dare repetitionum istarum, quorum iam complura notavimus. Nempe ad taedium usque orator repetit formulam *ἀγαθόν τι ἐργάσασθαι*. En testimonia, § 1: *δεῖ τὴν πόλιν ἐμέ τι ποιῆσαι ἀγαθόν*; § 2: *εἴ τι ὑμᾶς χρὴ ἀγαθὸν ἐμοῦ ἐπαυρέσθαι*; § 4: *οὐδενὸς ἂν χρήματος δεξάμενοι ὑμᾶς τι ἀγαθὸν ἐξ ἐμοῦ πρᾶξαι*; § 10: *τὴν πόλιν ταύτην ἀγαθόν τι τοσοῦτον ἐργάσασθαι*; § 12: *μεγάλων ἀγαθῶν ἄξια ὑμᾶς εἰργάσαντο ἐκεῖνοι*; § 17: *ποιοῦσιν ὑμᾶς εἴ τι τυγχάνουσιν ἀγαθόν*; § 18: *ὅϛις τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ὁτῳοῦν δύναται τρόπῳ ἀγαθόν τι ἐργάζεσθαι.* Sufficient haec, opinor.

Quae leguntur § 17 et 18 sunt haec: *Ὁρᾶν δὲ χρή, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅσῳ τὰ τοιαῦτα τῶν ὑπουργημάτων διαφέρει. τοῦτο μὲν γὰρ ὅσοι τῶν πολιτῶν τὰ ὑμέτερα πράγματα διαχειρίζοντες ἀργύριον ὑμῖν ἐκπορίζουσιν, ἄλλο τι ἢ τὰ ὑμέτερα ὑμῖν διδόασι;*

Digitized by Google

*τοῦτο δὲ ὅσοι ςρατηγοὶ γενόμενοι καλόν τι τὴν πόλιν κατεργάζονται, τί ἄλλο ἢ μετὰ τῆς τῶν ὑμετέρων σωμάτων ταλαιπωρίας τε καὶ κινδύνων, καὶ ἔτι τῶν κοινῶν χρημάτων δαπάνης, ποιοῦσιν ὑμᾶς εἴ τι τυγχάνουσιν ἀγαθόν; ἐν ᾧ καὶ ἄν τι ἐξαμάρτωσιν, οὐκ αὐτοὶ τῆς σφετέρας αὐτῶν ἁμαρτίας δίκην διδόασιν, ἀλλ' ὑμεῖς ὑπὲρ τῶν ἐκείνοις ἡμαρτημένων. ἀλλ' ὅμως οὗτοι ςεφανοῦνταί γ' ὑφ' ὑμῶν καὶ ἀνακηρύττονται ὡς ὄντες ἄνδρες ἀγαθοί. καὶ οὐκ ἐρῶ ὡς οὐ δικαίως· μεγάλη γὰρ ἐςιν ἀρετή, ὅςις τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ὁτῳοῦν δύναται τρόπῳ ἀγαθόν τι ἐργάζεσθαι. ἀλλ' οὖν γινώσκειν γε χρὴ ὅτι ἐκεῖνος ἂν εἴη πλείςου ἄξιος ἀνήρ, ὅςις τοῖς ἑαυτοῦ παρακινδυνεύων χρήμασί τε καὶ σώματι τολμῴη ἀγαθόν τι ποιεῖν τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας.* Quem non taedeat ineptiarum? Vide hominem, qui sexcenties utitur formula *τοῦτο μὲν .... τοῦτο δέ*, quia magistri artem talibus artificiis contineri putabat; scilicet rhetores talia sectabantur, plane sicuti Romani videbantur sibi Ciceroniani, si tertia quaque sententia posuissent *esse videatur*. Non dissimilis ratio est in illo *ἄλλο τι ἤ*, de quo lectu digna notavit Sluiterus in Lectionibus, pag. 139. Proditur porro Isocratis imitatio locutione *ἀλλ' οὖν*. In iis quae initio leguntur facile caremus additamento *τῶν πολιτῶν*. Cetera mitto, praeter illud *ἐξαμαρτάνειν*; est hoc quidem in talibus vocabulum proprium et solemne, sed apud hunc rhetorem per abusum facit utramque paginam; vide modo sequentem paragraphum, in qua bis occurrit, nam quid attinet cumulare exempla? Videamus sequentia: *Ἐμοὶ τοίνυν τὰ μὲν ἤδη εἰς ὑμᾶς πεπραγμένα σχεδόν τι ἅπαντες ἂν εἰδείητε, τὰ δὲ μέλλοντά τε καὶ ἤδη πραττόμενα ἄνδρες ὑμῶν πεντακόσιοι ἐν ἀπορρήτῳ ἴσασιν, ἡ βουλή· οὓς πολλῷ δήπου εἰκὸς ἧττον ἄν τι ἐξαμαρτεῖν, ἢ εἰ ὑμᾶς δέοι ἀκούσαντάς τι ἐν τῷ παραχρῆμα νῦν διαβουλεύσασθαι. οἱ μέν γε σχολῇ περὶ τῶν εἰσαγγελλομένων σκοποῦνται, ὑπάρχει τ' αὐτοῖς, ἐάν τι ἐξαμαρτάνωσιν, αἰτίαν ἔχειν καὶ λόγον αἰσχρὸν ἐκ τῶν ἄλλων πολιτῶν· ὑμῖν δ' οὐκ εἰσὶν ἕτεροι ὑφ' ὧν αἰτίαν ἔχοιτε· τὰ γὰρ ὑμέτερα αὐτῶν ἐφ' ὑμῖν δικαίως ἐςὶ καὶ εὖ καὶ κακῶς, ἐὰν βούλησθε, διαθέσθαι.* Initio paragraphi illud *ἐμοί* videtur loco motum, nisi quis hoc oratori ipsi tribuere malit, qui vel in orationis exordio verba haud satis diligenter collocavit: *εἰ μὲν οἱ παριόντες μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντες πάντες ἐφαίνοντο* et simile vitium commisit § 5 et 9, de quibus dixit Sluiterus. Illud

Digitized by Google

*σχεδόν τι* iam habuimus initio Orationis de Mysteriis. Tum *ἡ βουλή* expellendum est, sed hoc iam viderunt alii. In Oratione de Myst. § 90 et 102 itidem invenitur *σχολῇ* eadem ratione positum. Denique incredibiliter frigent *καὶ εὖ καὶ κακῶς, ἐὰν βούλησθε.*

Pergit Andocides exponere de cura circa rem frumentariam, in quibus nihil fere est praeter minuta quaedam quae improbanda videntur. Sed in ea narratione, quam transscribere nihil attinet, unum legitur quod nimis a vera vita abhorret. Nempe credibile est Andocidem ipsum, dicentem de pollicitationibus, quas in senatu fecisset quasque cum populo nondum communicare posset, adducturum fuisse aliquot senatores, qui confirmarent Andocidem utilia quaedam senatui denunciasse, quae tamen nondum divulgari possent. Est hic error, quem rhetores saepiuscule commiserunt, quod in declamationibus non satis opportune citarent, ita ut testimoniis confirmarent quae nemo ignoraret ab iisque in dubiis et controversis rebus prorsus abstinerent.

Maiorem offensionem habent quae sequuntur § 22, *νῦν δ' ἐκεῖνα μὲν τότε ὅταν ἀποτελεσθῇ γνώσεσθε ἅμα καὶ ὠφεληθήσεσθε· νῦν δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, εἴ μοι βουληθείητε δοῦναι χάριν μικράν τε καὶ ἄπονον ὑμῖν καὶ ἅμα δικαίαν, πάνυ ἄν μοι τοῦτο ἐν μεγάλῃ ἡδονῇ γένοιτο. ὡς δὲ καὶ δικαία ἐςίν, εἴσεσθε. ἃ γάρ μοι αὐτοὶ γνόντες τε καὶ ὑποσχόμενοι ἔδοτε, ὕςερον δὲ ἑτέροις πιθόμενοι ἀφείλεσθε, ταῦθ' ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε, αἰτῶ, εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ.* Est haec, ut vere dicam, arena sine calce; nego haec recte explicari posse, sed intelligentibus operam perdere viderer, si data opera demonstrarem. Postrema verba scriptor ipse non intellexit; debemus tam bella, qualis ista oppositio verborum *αἰτεῖν* et *ἀπαιτεῖν*, nimio antitheseos studio, cuius iam satis exemplorum vidimus.

Sed pergendum est: *ὁρῶ δ' ὑμᾶς πολλάκις καὶ δούλοις ἀνθρώποις καὶ ξένοις παντοδαποῖς πολιτείας διδόντας τε καὶ εἰς χρήματα μεγάλας δωρεάς, οἳ ἂν ὑμᾶς φαίνωνται ποιοῦντές τι ἀγαθόν. καὶ ταῦτα μέντοι ὀρθῶς ὑμεῖς φρονοῦντες δίδοτε· οὕτω γὰρ ἂν ὑπὸ πλείςων ἀνθρώπων εὖ πάσχοιτε. ἐγὼ τοίνυν τοσοῦτον ὑμῶν μόνον δέομαι· τὸ ψήφισμα ὃ Μενίππου εἰπόντος ἐψηφίσασθε, εἶναί μοι ἄδειαν, πάλιν ἀπόδοτε. ἀναγνώσεται δ' ὑμῖν αὐτό· ἔτι γὰρ καὶ*

Digitized by Google

νῦν ἐγγέγραπται ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Verus Andocides non dixisset obiter de hoc Menippi psephismate, quo tota causa nitebatur; hac in re multo diligentius egit scriptor Orationis de Mysteriis, qui de Isotomidis lege dixit quod potuit, etsi non multum valebat legum interpretatione. Quid autem sit hac paragrapho δωρεαὶ εἰς χρήματα non assequor. Explicatio fortasse aliquando emerget ex emendata § 4 Orat. de Myst. Sub finem non ἐγγέγραπται dicendum fuerat, sed ἀναγέγραπται.

Recitato Menippi psephismate, rhetor haec subiungit, quae sunt totius orationis longe ineptissima: τουτὶ τὸ ψήφισμα ὃ ἠκούσατε ψηφισάμενοί μοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ὕστερον ὀφείλεσθε χάριν ἑτέρῳ φέροντες. πείθεσθε οὖν μοι, καὶ ἤδη παύσασθε εἴ τῳ ὑμῶν διάβολόν τι ἐν τῇ γνώμῃ περὶ ἐμοῦ παρέστηκεν. εἰ γὰρ ὅσα οἱ ἄνθρωποι γνώμῃ ἁμαρτάνουσι, τὸ σῶμα αὐτῶν μὴ αἴτιόν ἐστιν, ἐμοῦ τὸ μὲν σῶμα τυγχάνει ταὐτὸν ἔτι ὄν, ὅπερ τῆς αἰτίας ἀπήλλακται, ἡ δὲ γνώμη ἀντὶ τῆς προτέρας ἑτέρα νυνὶ παρέστηκεν. οὐδὲν οὖν ἔτι ὑπολείπεται ὅτῳ ἄν μοι δικαίως διαβεβλῆσθε. ὥσπερ δὲ τῆς τότε ἁμαρτίας τὰ ἀπὸ τῶν ἔργων σημεῖα ἔφατε χρῆναι πιστότατα, ποιούμενοι κακόν μ' ἄνδρα ἡγεῖσθαι, οὕτω καὶ ἐπὶ τῇ νῦν εὐνοίᾳ μὴ ζητεῖτε ἑτέραν βάσανον ἢ τὰ ἀπὸ τῶν νυνὶ ἔργων σημεῖα ὑμῖν γινόμενα. πολὺ δέ μοι προσήκει ταῦτα μᾶλλον ἐκείνων, καὶ τῷ γένει συνηθέστερά ἐστιν. Paene succenseam viris doctis, cum videam has ineptias eos decepisse; quid homine facias, qui sic ratiocinetur: Homo constat corpore et animo. Si animus peccat, corpus insons est. At nunc corpus meum idem est quod antea fuit; igitur non peccavi corpore. Animus peccavit quidem sed mutatus est; itaque habeo nunc animum qui non peccavit. Neque igitur corpus meum culpandum est, neque animus: unde sequitur me iniuste accusari; quod erat demonstrandum. Haud vidi magis. Haec sunt, opinor, insani cuiusdam deliramentis similiora quam argumentis, quibus vel futilissimus orator in foro uteretur. Talia si unquam Athenis probata esse potuerunt et digna habita, quae ab interitu servarentur, non video cur diutius elegantiam et humanitatem a Graecis petamus.

Propero ad finem, nam non iuvat amplius in his sordibus volutari. Sequitur caput de maioribus, de quo supra me dicere memini. Iis qui ibi disputata sunt, nihil addendum ha-

Digitized by Google

beo. Hoc tantum attentos lectores rogatos velim, quotumquemque haec verba *μετ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν* intellexisse existiment; ne putemus Athenienses e ludo litterario talia statim recordatos fuisse: notum est quam turpiter veteres ipsi antiquitatem suam ignoraverint. Consimile vitium supra iudicavi § 7.

Paucis omnino orator perorat. Sunt ista quidem neque eleganter dicta neque apte, sed sermonis vitia non observavi. His igitur subsistere possum, non detractaturus certamen, ubi opus erit. Interea equidem orationem spuriam habebo.

*Harlemi*, d. XXI. m. *Nov.* MDCCCLIII. S. A. NABER.

## BLADVULLING.

ARISTOPHANES zegt in den *Vrede*, vs. 335 vlg. (DINDORF):

*ἥδομαι γὰρ καὶ γέγηθα καὶ πέπορδα καὶ γελῶ*
*μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδὺς ἐκφυγὼν τὴν ἀσπίδα.*

*Ik verheug mij* nu de oorlog geëindigd is, *nu ik het schild ben ontvlugt, meer dan na het afstroopen der oude slangenhuid.* Opdat men *γῆρας* juist versta, voegt de *scholiast* er nog bij: *ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὄφεων.*

Maar de gedachte is niet zuiver. Het koor kan het schild ontkomen, maar niet zijne slangenhuid afstroopen, zoo als de dichter schijnt te zeggen, door *ἐκφυγών* en *ἐκδύς* op hetzelfde onderwerp *ἐγώ* te doen zien. De slangenhuid afstroopen kan alleen . . . eene slang, en de lezer verwacht: ik verheug mij nu ik vrij van het schild ben, zoo als eene slang zich verheugt zoodra ze vrij is van haar *γῆρας*, hare oude huid.

Schoon dus de verandering zeer gewaagd is, kwam het bij mij op of ARISTOPHANES kon geschreven hebben:

*μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδὺς ὄφις, ἐγὼ τὴν ἀσπίδα.*

Wel is waar kan men niet letterlijk zeggen *ἐκδῦναι τὴν ἀσπίδα*, *het schild uittrekken*, maar alleen schertsender wijs, door de rhetorische figuur, die men, geloof ik, een *zeugma* noemt. Maar dit zal wel geene overwegende zwarigheid zijn; men neme dus dezen inval voor 't geen hij waard is.

*L.*, 7 *Dec.* 1853. E. J. K.

Digitized by Google

# VARIAE LECTIONES

SCRIPSIT

C. G. COBET.

## CAPUT III.

Quod saepius dixi post ALEXANDRI mortem, quum *Macedones* et Macedonica occupassent omnia, sinceritatem *Graeci* sermonis labi et contaminari *apud omnes* primum coeptam esse, deinde magis magisque esse depravatam, ut quicunque esset eruditior, spreta lingua popularium vitiosa et inepta, artificialem sibi linguam ex antiquorum *Atheniensium* scriptis colligeret, qua et in scribendo uteretur et si quando ad eruditos et elegantes auditores verba faceret, eam autem linguam arte et studio quaesitam sinceritatem naturalis linguae non illibatam et intactam servare sed vitiis quibusdam suis et ineptiis apud omnes infectam et inquinatam esse, id nunc quale sit uberius in uno alteroque scriptore *Graeco* ostendam. Quum facile negotium sit ostendere hoc in scriptore quolibet, qui deseruit populi vitiosam consuetudinem, ut se totum ad *Atticorum* imitationem componeret, ostendam nunc in duobus, qui et summo studio τὸ ἀττικίζειν excoluerunt· et in omnium manibus sunt, exemplaria videlicet nitoris et venustatis *Atticae* feliciter imitando expressae, et ob eam rem multorum curis iam dudum illustrati et recentissima memoria a magnis philologis de novo expoliti, ALCIPHRONEM dico et LUCIANUM, quorum hunc BEKKERUS nuperrime, illum MEINEKIUS paulo ante edidit. De utroque scriptore ita dicam, ut demonstrem primum quam parum sint id assecuti, quod summa ope nitebantur, id est ut *Atticae* dictionis

Digitized by Google

sanitatem et elegantiam scribendo referrent, deinde ubi librariorum vitio, non scriptoris, laborat orationis nitor feram opem et quodcumque genus vitiorum insigniorum indicare obiter et arguere potero, diligenter faciam. Eadem opera dicam de MEINEKII et BEKKERI editionibus *οὐδὲν ὑποςειλάμενος*, ut neque vera laus iis detracta neque falsa afficta esse videatur. Equidem utrumque editorem magni facio, quo magis, si quid videbuntur errasse, demonstrabo et redarguam, non facturus idem in iis, quos contemnerem et negligendos putarem.

Erunt fortasse et nunc qui me inhumanum esse vociferentur et magnis clamoribus agant aut maledictis certent et conviciis, quibus nihil reponam praeter duos versiculos Horatianos paucis mutatis in meam rem accommodatos:

Di bene fecerunt *hilaris* me quodque *iocosi*
Finxere ingenii, raro et perpauca *timentem.*

In ea quoque re PORSONUM probo et sequar, qui, teste DOBRAEO (in *Advers.* I. p. 5) carebat » *ficta illa fucataque humanitate, quae quum bonis atque malis, amicis inimicisque iuxta blandiatur, non mirum si tam valde laudatur a stultis atque improbis.*" Caeterum id agam, ut quae scribam MEINEKIO ipsi potissimum BEKKEROque probentur, quod si effecero, caeteri, spero, aut hisce acquiescent aut rectius etiam negligentur.

LUCIANUS et LUCIANO aliquanto recentior ALCIPHRON (nam quem tam saepe et tam manifesto imitatur, ut si quid ab illo lepide repertum aut venuste dictum sit in suas Epistolas verbis paene totidem transferat, ei aequalis aut prope aequalis fuisse non potest) scriptitarunt illis temporibus, quum nemo videretur bene dicere posse aut scribere, qui non omnem sermonis copiam ex veterum scriptis collegisset et dicendi usum in omnibus ad veterum consuetudinem exegisset, denique quum apud doctos nullum verbum satis *Graecum* et probum videretur, quod non idoneum testem et auctorem ex antiquis *Atticis* haberet. Plena exemplorum sunt scripta ATHENAEI et POLLUCIS. Plebs interea in diem magis dicendi sinceritatem depravabat utebaturque dictione incredibilem in modum vitiosa, cuius rei exempla sexcenta sunt apud istos, qui *'Αττικιςαί* appellantur, PHRYNICHUM v. c. et MOERIDEM, qui omnes non hoc agunt, ut quae fuerit antiquae *'Ατθίδος* ratio et usus doceant (nam nihil foret horum

libris confusius et absurdius) sed aequalium vitiosam loquendi consuetudinem ita arguunt, ut *Attici* sermonis incorruptam normam opponant. Sic fiebat ut docti alia lingua inter se, alia ad indoctam plebem et servulos uterentur, plebs eruditum istud eloquium non tantum non intelligeret, sed etiam, quod nemo mirabitur, suaviter rideret. Quamquam est paulo longior, adscribam locum ex SEXTO EMPIRICO *adv. Mathem.* I. 10. p. 265 FABR., quo non est alius ad id quod volo demonstrandum magis idoneus: *ἔϛι δέ*, inquit, *βιωτική τις ἀφελὴς συνήθεια τῶν ἰδιωτῶν κατὰ πόλεις καὶ ἔθνη διαφέρουσα. — — τὸ αὐτὸ ἀρτοφόριον καὶ πανάριον λέγεται καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ϛαμνίον καὶ ἀμίδιον καὶ ἴγδις καὶ θυεία, ἀλλὰ ϛοχαζόμενοι τοῦ καλῶς ἔχοντος καὶ σαφῶς καὶ τοῦ μὴ γελᾶσθαι ὑπὸ τῶν διακονούντων ἡμῖν παιδαρίων καὶ ἰδιωτῶν πανάριον ἐροῦμεν, εἰ καὶ βάρβαρόν ἐϛιν, ἀλλ' οὐκ ἀρτοφόριον, καὶ ϛαμνίον ἀλλ' οὐκ ἀμίδα, καὶ θυείαν μᾶλλον ἢ ἴγδιν, καὶ πάλιν ἐν διαλέξει ἀποβλέποντες πρὸς τοὺς παρόντας τὰς μὲν ἰδιωτικὰς λέξεις παραπέμψομεν, τὴν δὲ ἀϛειοτέραν καὶ φιλόλογον συνήθειαν μεταδιώξομεν· ὡς γὰρ ἡ φελόλογος γελᾶται παρὰ τοῖς ἰδιώταις, οὕτως ἡ ἰδιωτικὴ παρὰ τοῖς φιλολόγοις.* Utrique, ita uti fit, excedebant modum. Homines indocti de plebe excusari possunt, qui istis temporibus nativam linguae patriae sinceritatem servare non potuerint; docti non possunt, qui ad omne genus ineptiarum sunt delapsi, ut linguae intermortuae rationem populo et plebi obtruderent, *quam ipsi non satis diligenter tenebant.* Grammatica ars et critica ita sunt natura comparatae, ut, si secus utaris, in absurda omnia exeant et degenerent in malesanam quamdam *ἀτεχνίαν* et *ἀκρισίαν*. Bona autem pars eorum, qui seriore aetate Grammatici dicebantur, arte, quam profitebantur, perperam et praepostere utebantur, molesti et odiosi verborum censores et dictionis probatae exactores; dum toti erant in verbis et syllabis et apicibus notandis, id quod erat rei caput, ut recte cogitaretur et quod recte esset cogitatum verbis aptis et idoneis diceretur, nescio quomodo praetervideruut et sic tandem amiserunt. Rerum igitur et sententiarum inopes et iaculariter ignari hoc unum retinebant, ut verba carperent et cum barbarismis et soloecismis bella gererent nullos habitura triumphos. Castigat istorum ineptias saepe GEL-

Digitized by Google

LIUS: adscribam locum ex SEXTO EMPIRICO *adv. Mathem.* I. 5. p. 237. *Grammatici solent*, inquit, *τῶν κατὰ τὰ λοιπὰ κοσμουμένων μαθήματα κατατρέχειν ὡς μηδὲ τὴν κοινὴν τῶν Ἑλλήνων συνήθειαν ἐπισαμένων, καὶ εἴποτε θλίβοιντο ἐν ζητήσει μὴ ἄλλην εὑρίσκειν πολλάκις ἀποφυγὴν εἰς τὸ περισπᾶν τοὺς συζητοῦντας αὐτοῖς ἢ τὸ ὅτι βάρβαρον ἢ σόλοικόν ἐςι τὸ ὑπ' αὐτῶν λεχθέν.* Isti homines quam duriter et aspere soleant in adversarios vel secus sentientes invehi et debacchari nota res est, quam unaquaeque aetas apud populum litteratum vidit et videbit. Est hoc quoque et erit semper pervulgatum, ut eiusmodi petulantia et protervitas cum pari levitate et inscitia sit coniuncta. Non vidi hominem in hoc genere morosiorem et asperiorem quam PHRYNICHUS est, acerbissimus orationis exactor, in querelas effusus, ad maledicendum promtus, neque in laudando umquam neque in reprehendendo modum servans, at idem truculentus censor castigatorque aliorum videte in quos errores, quam foedos et pudendos, se implicare possit. In *Epitome nominum et verborum Atticorum* pag. 353. LOB. ita scribit: *τὸν παῖδα τὸν ἀκολουθοῦντα μετ' αὐτοῦ: Λυσίας ἐν τῷ κατ' Αὐτοκράτους οὕτω τῇ συντάξει χρῆται, ἐχρῆν δὲ οὕτως εἰπεῖν· τὸν ἀκολουθοῦντα αὐτῷ. Τί ἂν οὖν φαίη τις; ἁμαρτεῖν τὸν Λυσίαν ἢ νοθεύειν καινοῦ σχήματος χρῆσιν; ἀλλ' ἐπεὶ ξενικὴ* (adde *ἡ*) *σύνθεσις πάντη παραιτητέα, ῥητέον δὲ ἀκολουθεῖν αὐτῷ.* Non vidi magis. Attici constanter omnes in ea re dicebant *ἀκολουθεῖν μετά τινος* et *ἕπεσθαι μετά τινος*, neque aliter quam sic in populari sermone dicere ius est *de servulis dominum pone sequentibus, deque militibus qui signa sequi dicuntur. Ἕπου μετ' ἐμοῦ, παιδάριον*, in *Pluto* vs. 824 non erit *Atticum* si *ἕπου μοι* dicetur, contra in eadem fabula vs. 19.

*ἢν μὴ φράσῃς ὅ τι τῷδ' ἀκολουθοῦμέν ποτε,*

si *μετὰ τοῦδε* esset scriptum, risum moveret. Sic *μετ' Ἀλεξάνδρου ἀκολουθεῖν* dicuntur copiae, *Ἀλεξάνδρῳ ἀκολουθεῖν* ARISTOTELES, CALLISTHENES et si quis alius non militabat in ALEXANDRI castris. Huius rei quum sexcenta exempla sint, quid moroso Grammatico facias, qui alias res agens et dormitans LYSIAM stulte carpit? Contrario errore LOBECKIUS ad PHRYNICHI l. l. deceptus locis corruptis et testimoniis poëtastrorum serio induxit in animum *περιακολουθεῖν Graecum* esse et DEMOSTHENI óbtru-

Digitized by Google

dendum et *ἀκολουθεῖν*, *ἕπεσθαι* et *ὁμαρτεῖν* optime accusativos recipere posse, ut *γυνὴ εἵπετο τὸ Φεῦγον* v. c. ei bene *Graece* dictum videretur: credo, quia in LUCIANI codicibus deterrimis ea scriptura circumfertur. Valet in Grammaticis quoque Epicharmeum:

*Νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει, τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλά.*

Etiamnunc mihi diu et multum in Grammaticorum et Atticistarum lectione versato subinde admiratio subit animum, quî fieri potuerit ut in ea copia librorum veterum, qui aliquanto minus erant vitiosi quam quibus nunc utimur, tam plumbei sint, ut ea nesciant aut in iis haereant, titubent et turpiter se dare soleant, in quibus nunc post illam monumentorum stragem et libris qui superstites sunt tam vitiatis tamen acute cernimus et sincera a pravis tam certo iudicio discernimus. Neinpe erat hoc temporum et hominum vitium egregiis doctrinae subsidiis negligenter admodum utentium, quum nemo unus iudicio et arte valebat et homines mediocres, et etiam aliquanto minus quam mediocres, sine censurae metu quidquid alicunde corrasissent aut levi opera et tenui filo conscribillassent in vulgus edebant. Quis est omnium, qui de genere hoc aetatem tulerunt, non dico iudicio ingenioque, sed Graecitatis interioris scientia et Litterarum copia et usu cum BENTLEIO aut PORSONO comparandus? Et his et ELMSLEIO, DOBRAEO, et si qui alii ad horum praestantiam accedunt, quid sit *Atticum* aut non sit definire utilius permittes quam PHRYNICHO aut MOERIDI et quidquid est Atticistarum. Hi semper aequalium errores ac sordes praeceptis suis admiscebant et quidquid faciebant non poterant sese ex illis veluti laqueis domestici et quotidiani sermonis prorsus expedire. Sed quid illos reprehendimus homines obscuros et in ignoto latentes, quum illud ipsum appareat in iis, quorum et apud aequales magna gloria fuit et celebre nomen ob venustum et *aureum* dicendi genus ex felicissima imitatione *Atticorum* natum, et apud nos ad hunc diem perdurat. Quotus autem quisque est, qui vel possit vel audeat ignoratae et vitiatae Graecitatis reum agere aut DIONEM *τὸν Χρυσόστομον*, aut LUCIANUM, aut ALCIPHRONEM, aut quicumque eadem laude et plausu *ἀττικίζει*? contra enim plerisque, ut olim sic nunc, quidquid illorum testium auctoritate nitatur satis probum et rectum videbitur, mul-

Digitized by Google

tique aut temerarium esse arbitrabuntur illos velle cogere in ordinem, qui in ea re regnare putantur, aut anceps et ambiguum negotium in his reliquiis monumentorum veterum liquido definire quid ferat usus et analogia linguae antiquioris, quid non ferat respuatque. Sunt adeo qui angusti animi esse putant mentis et cogitationum humanarum infinitam varietatem, velocitatem, libertatem, veluti compedibus quibusdam et carcere coërcere, domare et sic debilitare ac frangere conari, ut summis ingeniis facultatem eloquendi quod sentiant arctis finibus circumscribas, et esse hoc quasi pinnas animo incidentis, ne eo evolare possit quo nemo adhuc pervenerit. Non multum mihi difficultatis obiicient qui ita disputant, nam facile vincam *περιακολουθεῖν*, ut *περικαθεύδειν*, ut *περιτεθνάναι*, numquam a quoquam esse dictum aut fictum, quia quae notio cogitari plane non potest, novis verbis subiici non potest, et *ἕπομαι* vel *ἀκολουθεῖν* vel *ὁμαρτεῖν*, quia naturam suam exuere non possunt, numquam potuisse accusativum adsciscere, quidquid QUINTUS CALABER vel COLUTHUS vel imperiti scribae hallucinantur.

In re litteraria et grammatica non est periculosum quod fieri non possit numquam factum esse asseverare, neque hoc igitur magnopere laboro, sed aliud est cavendum ac sedulo animadvertendum, ne immerentes iniuria plectantur, et quod scribae et scioli deliquerint, id ipsis *Atticorum* imitatoribus imputetur. LUCIANUS et ALCIPHRON, ne dicam de ceteris, nunc mendis et erroribus multis obsiti sunt, quibus sanioris Ἀτθίδος constans et perpetuus usus violatur, non quo ea nescirent quae futilissimus quisque magistellorum inculcat, sed quia, dum omnium manibus sedulo teruntur, traxerunt subinde aliquid novae corruptelae, quam affricuit lectorum tantum non omnium vitiosa dicendi consuetudo. Quum animi causa iocosa scripta plurimi versarent et describerent, facetias et lepores magis quam orationis formam curabant, quae paullatim ad vulgarem loquendi formulam reficta est, ut saepe antiqua scriptura ubique obliterata et deleta sit, nonnumquam in antiquis codicum vitiis tuto delitescat, unde acuti critici eruerunt, Graeculi quia non intelligebant abstinebant manum. Genus hoc vitiorum quale sit et quemadmodum vetera menda bonas formas ab interitu vindicare possint insigni exemplo ostendam.

Digitized by Google

Indocti ἰδιῶται, quos *Graeculos* dicere licebit, pro ὀλισθάνω dicebant ὀλισθαίνω et ὠλίσθησα pro ὤλισθον, ut passim antiqua forma aoristi apud istos abire solet in formam e vulgari analogia ductam, ut ἦξα, ἔτεξα, ἔλειψα, ἔφευξα, ἡμάρτησα, ἐβλάστησα, ἀπέδρασα (pro ἀπέδραν), ἥρησα (pro εἷλον), ἔθρεξα (pro ἔδραμον), ἔπεσα plurimorum usu tritum, alia non pauca. Istas dicendi sordes et immunditiem librarii antiquis scriptoribus certa contagione solent affricare, docti partem tantum ex istis ausi sunt tollere, alia dubitanter retinent, alia sine ulla dubitatione habent pro integerrimis sanissimisque. Sic ἐντέξαι pro ἐντεκεῖν Atticum esse docti homines faciles credunt, quod si in ARISTOPHANE (*Lys.* 553) concoquere TH. BERGKIUS potuit, idque post veram lectionem ἐνστάξαι ab HIRSCHIGIO repertam, quid caeteros ferre posse censeas? Itaque sicubi ὤλισθον erat scriptum, facile ad suum ὠλίσθησα aberrant librarii ἰδιῶται, idque si pergunt facere tandem genuina forma sine vestigio perit. Periisset igitur in ALCIPHRONE, nam pro ὤλισθεν I. 18. 1. ὠλίσθησεν irrepsit et III. 64. 3 κατολισθήσας pro κατολισθών et rhetor nitorem sermonis antiqui ea labe et macula infecisse poterat videri, nisi vitium felix II. 11. 2 commissum hominem absolveret, ubi in libris est: ὧν διὰ τὸ πλῆθος ἀπολεῖσθαί μοι τῆς μνήμης τὰ πλείονα, in quo mendo vera lectio ἀπώλισθε per multa saecula tuto delituit et manus indoctas effugit, ut renatis litteris perite in lucem revocaretur. Graeculi, si huius loci tenebras dispellere potuissent, sine ulla controversia ἀπωλίσθησε scripsissent, quemadmodum in PLUTARCHI *Cleomene* XIX. p. 813 quum optimi libri servent: ἔλαθε δὲ διολισθών, reliqui omnes διολισθήσας exhibent, quae vulgaris lectio fuit usque ad SINTENISIUM. Simillimo vitio librarii in ARISTOPHANIS lepidissimo loco *Lysistr.* 677 dederant:

ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κἄποχον γυνὴ
κοὐκ ἀναπολίσθαι τρέχοντος.

pro ἂν ἀπολίσθοι, quod quum DAWESIUS reperisset (*Miscell. Crit.* p. 339) meliores libri excussi confirmarunt. Ut igitur ὀλισθῆσαι ex plebeiae dictionis negligentia irrepere solet, sic frequentius etiam ὀλισθαίνω obtruditur invitis veterum imitatoribus, quae forma, sicuti et οἰδαίνω, nihilo est sanior quam si quis ὀφλισκαίνω dicere voluisset. Poëtastri iis utuntur, qui miscent *ele-*



Digitized by Google

*gantias e veterum lectione arreptas et sordes, quas a saeculi sui contagione traxerunt*, ut rectissime iudicat Kiddius ad Dawesium p. 581.

Apparet ex his quam anceps et ambigua res sit statuere utrum scriptoris an librarii errorem deprehenderis. Sitne bene *Graecum* an non sit numquam fere esse potest dubitatio: quid *Attici* ipsi soliti fuerint in quaque re dicere sciri potest et e multis vitiis Codicum, Grammaticorum, Editorum veluti e scoria purum putum aurum excerni. Sic igitur vitium manifestum tenetur, id quaeritur utrius negligentia sit peccatum. Videor mihi reperisse rationem, qua Atticistae paulo elegantiores multis erroribus absolvi possint, quos in scribas esse transferendos sic mihi quidem persuadeo: praecepta Atticistarum, ut supra dicebam, non hanc vim habebant, ut ex iis dialectus *Attica* cognosceretur, sed ut sermonis popularium vitia et negligentia, ad *Atheniensium* incorruptam consuetudinem exacta, apparerent et corrigerentur. Clamosus est in ea re et plagosus, opinor, fuit Phrynichus, qui ita solet: *ἐσχάτως ἀδόκιμον, πάνυ ἀμαθῶς, κάκιϛον, ἐσχάτως βάρβαρα, ἀποτρέπου λέγειν, ἐνεκαλυψάμην ὁρῶν* p. 69, *ὁ τοῦτο λέγων ληρεῖ* p. 137, *ἐναυτίασα τοῦτ' ἀκούσας* p. 194, aut *ναυτίας ἄξιον τοὔνομα* p. 226, aut similia. Moeris clementius agit et benignius, sed quoniam tecte et lenissime aequalium vitia arguit, factum est ut quid potissimum ageret a multis non satis animadverteretur. Quid inter utrumque magistrum sermonis intersit, ita ostendam: indocti *ἰδιῶται* dicebant *ἀπελεύσομαι*, quia nesciebant *ἄπειμι* esse dicendum. Ea res, quam nunc pueri non nesciunt, quamque omnium veterum usus perpetuus demonstrat, olim solis doctis erat nota et sedulo ab iis inculcatur. Quidquid de ea re sciri potest collectum est a Kiddio ad Dawesii *M. C.* p. 126. Unum addam: Pollux diligenter docet Commodum principem verbi *κατέρχομαι* futurum esse *κάτειμι*, ne forte erret. III. §. 93, *κατέρχεται καὶ κάτεισιν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου.* Idem igitur Phrynichus et Moeris docuere. Phrynichus sic p. 37: *ἀπελεύσομαι: παντάπασι φυλάττου, οὔτε γὰρ οἱ δόκιμοι ῥήτορες οὔτε ἡ ἀρχαία κωμῳδία οὔτε Πλάτων κέχρηται τῇ φωνῇ, ἀντὶ δὲ αὐτοῦ τῷ ἄπειμι χρῶ καὶ τοῖς ὁμοειδέσιν ὡσαύτως. ἐπεξελευσόμενος: ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς* (sic legendum), *τοῦτ' οὖν ἔσυρεν ἐκ τριόδου Φαβωρῖνος, χρὴ γὰρ ἐπεξιὼν*

Digitized by Google

*εἰπεῖν, καὶ γὰρ ἐπέξειμι λέγεται ἀλλ' οὐκ ἐπεξελεύσομαι.* Videte quos fluctus in simpulo excitet, at MOERIS idem summa lenitate ita docet: *ἄπεισιν* Ἀττικῶς, *ἀπελεύσεται* Ἑλληνικῶς, cuius praecepti eadem vis est atque Phrynichei, neque valet ad aperiendam *Atticorum* consuetudinem sed ad arguendum aequalium errorem. Eadem est ratio omnium propemodum MOERIDIS praeceptorum, quibus sine ulla asperitate verborum, sine convicio aut opprobrio, veluti tacitus ac nutu popularium vitiosam consuetudinem corrigit. Sic quod in eadem pag. legitur: *ἀκροᾷ* Ἀττικῶς, *ἀκροᾶσαι* Ἑλληνικῶς, ecquis crediderit scriptum esse ut formae, qualis est *ἀκροᾷ*, observarentur, an ut vitiosum *ἀκροᾶσαι* notaretur? MOERIS caeterique magistri paulo antiquiores, (nam THOMAS ipse indiget magistro, qui se meliora doceat et multa inepta dedoceat) si ita legentur ut cognoscatur, quibus in rebus *οἱ ἰδιῶται* impingere fuerint soliti, quae vitia sermonis fuerint pervulgata et hinc in antiquorum libros invecta, egregium usum habebunt ad veterum scripta passim purganda iis mendis, quae saeculi contagio affricuit turpissima et plurima. Perpauca sunt vitia de magna copia, quam MOERIS expromsit, quae non saepe in optimi et probatissimi cuiusque *scriptoris* antiqui libris appareant et aequissimo animo ab Edi*toribus* et Criticis ferantur. In eo loco, in quem fortuito incidimus, MOERIS ordine haec dicendi vitia refutat: *ἀπηλάσθη* pro *ἀπηλάθη*, *ἀπαλλακτικῶς ἔχοντες* pro *ἀπαλλαξείοντες*, *ἀγέτωσαν*, *ᾀδέτωσαν* et similia pro *ἀγόντων*, *ᾀδόντων* cet., *ἀκροᾶσαι* pro *ἀκροᾷ*, *ἀπελεύσεται* pro *ἄπεισιν*, *ἀλέσεις* pro *ἀλεῖς* cet. Haec omnia, quamquam manifesto sunt vitiosa et sequiore aetate apud Graeculos nata, tamen vetustos scriptores adhuc impune inquinant, alia raro et in paucis libris, alia frequentius, alia passim in omnibus. De quo genere est *ἀγέτωσαν* et *ἀγέσθωσαν*, quae in cuius scriptoris *Attici* Codicibus et Editionibus non leguntur? Constat formam esse sequiorem, *Macedonicam*; editores non audiunt. In poëtis metri ratio arcet soloecismum, nulli apparent; caeteris non est idem praesidium, exempla pullulant. Similiter quod vitium in *ἀλέσεις* MOERIS notavit, quia omnes iam dudum ita peccaverant, omnia antiquorum scripta infecit. Nempe olim abierant in desuetudinem et in solis Veterum libris apparebant formae, quae antiquitus *solae*

7*

Digitized by Google

fuerant in usu: ἀλῶ, καλῶ, τελῶ, γαμῶ, ὀλῶ, κορῶ, ϛορῶ, ἀμφιῶ, μαχοῦμαι, et ἐλῶ, βιβῶ, κρεμῶ, πετῶ, κερῶ, σκεδῶ, πελῶ: rariora sunt κολῶ et κολῶμαι: singularia, nobis quidem, ἐξετῶ apud ISOCRATEM p. 195. c. coll. *Antiatt.* BEKKERI p. 251, 32. et συσκιῶ in SOPHOCLIS *Oedip. Colon.* vs. 406. His igitur formis *Attici solis* utebantur, ut numquam quisquam καλέσω, διατελέσω aut similiter diceret, neque ἐλάσω, βιβάσω, πετάσω aut quidquam de caeteris, neque adeo καλέσομαι aut ἀναβιβάσομαι aut aliud quid huiusmodi esset in usu. Animadverti has formas iam olim interiisse et antiquissimam esse labem, qua καλέσω, καλέσομαι, βιβάσω, βιβάσομαι, ἐλάσω, διατελέσω et similia omnes coeperint dicere et scribere. Hinc factum est ut novae formae passim subreperent in antiquarum sedem, unde sequitur restituenda esse ubique locorum quae constet vitio et fraude esse de loco deiecta. Itaque καλέσω, ut hoc utar, undique est expellendum, quo male pedem intulit (nisi forte coniunctivus sit, ut apud SOPHOCLEM in *Philoct.* 1452,

φέρε νυν ϛείχων χώραν καλέσω.

et in ARISTOPHANIS *Pluto* 960,

φέρε νυν ἐγὼ τῶν ἔνδοθεν καλέσω τινά.

et *Lysistr.* 851 et 864) et ἐγκαλέσω, ἐπικαλέσομαι, διατελέσω, quae aliquoties in PLATONE et Oratoribus et aliis occurrunt, certa emendatione refingenda sunt ad constantem et perpetuum *Atticorum* usum. Non magis parcendum est soloecismis, quales sunt βιβάσω, προσβιβάσω, ἀναβιβάσομαι etc., qui ubicumque apud veteres leguntur, Graeculorum vitio leguntur, non *Graecorum*. In animo est *Atticorum* locos, qui huc faciant, diligenter collectos inter se componere et demonstrare scripturas, quas improbem, non esse antiquas aut sanas sed antiquis et sanis substitutas. Poterit sibi quisque inter legendum facile explorare satisne verum et certum sit, quod nunc paucis expromam et eiusmodi est, ut eam controversiam vel solum dirimere possit. Librarii, magistri, lectores omne genus, qui veteres formas expellebant, ubicunque non satis apparebat futuri temporis eas formas esse, manus abstinebant; praesentis temporis esse suspicantur et servant intactas, ubi καλῶ v. c. futurum esse intelligunt in καλέσω refingunt, ubi non intelligunt nihil movent. Locus est in AESCHINIS *Timarchea*, ubi bis

Digitized by Google

Orator καλῶ posuerat pro *vocabo*, in secunda parte loci non senserunt idem dici: itaque sic vulgo legitur § 67, οὐκοῦν καὶ αὐτὸν ὑμῖν καλέσω τὸν Ἡγήσανδρον, γέγραφα δ' αὐτῷ μαρτυρίαν κοσμιωτέραν μὲν ἢ κατ' ἐκεῖνον, μικρῷ δὲ σαφεςέραν ἢ τῷ Μισγόλᾳ. οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι ἀπομεῖται καὶ ἐπιορκήσει. διὰ τί οὖν αὐτὸν καλῶ ἐπὶ τὴν μαρτυρίαν; ἵν' ὑμῖν ἐπιδείξω κτέ. Qui non sentit καλῶ futurum esse, nihil umquam de genere hoc sentiet, at librariis et sciolis nihil suboluit, itaque prius καλῶ ad suam consuetudinem revocarunt, alterum reliquerunt inviolatum. Si haec ratio constabit potestne certiore indicio confirmari id quod suapte natura satis erat certum, *unam* esse formam in usu, non *duas*, quibus suo arbitratu *Attici* promiscue uterentur. Praeterea, si quis hos locos diligentius inspiciet, in multis corruptelam subesse etiam aliis indiciis deprehendet, veluti in LYSIAE oratione XVIII. § 24, οὐκ ἔχω, ὦ ἄνδρες δικαςαί, οὕστινας δεησομένους ὑπὲρ ἡμῶν ἀναβιβάσομαι, ubi ἀναβιβάσωμαι, ut opinor, est necessarium.

Itaque in MOERIDE et Atticistis, si quis eorum praeceptis sic uti volet, egregium* paratum erit *Atticis* praesidium, non quo melius intelligantur, sed quo eluantur sordes nitorem *Atticae* venustatis obscurantes. Cavendum autem diligenter erit ne temere quid Grammatico credas neve caecum ducem temere sequaris. Quam saepe, quam turpiter, quam ioculariter errare soleant, nota res est. MOERIS pro *Atticis* venditat Homerica et *Ionica*, quibus Tragici soli delectabantur, aut vocabula prisca et casca e SOLONIS legibus sublecta: cf. v. v.: ἀὴρ βαθεῖα, ἥρω, ἱδρῶ, κυκεῶ, νέατον, ψεδνός, ἄθυρμα, δημούμενον, διῆρες, βουλυτός. Solonea sunt in v. v.: σεισάχθειαν, ὀπύειν, ἐξίλλειν: aut usum et proprietatem *Atticorum* non satis callere arguitur, miscet aliena, diversa confundit, scriptura codicum depravata decipitur, ut in ἀνηλωμένα, ἀνασχήσεται, ἀπεῖπα, βλάβος, διωκάθειν (pro διωκαθεῖν aoristo, cf. ELMSLEIUS ad *Medeam* 186), εἰς τρίτην ἡμέραν, κρεμάθρα, κνισᾶν, ὤφειλε, cet. ignorabat quo certo usu distarent γραψάμενος et γράψας, φαῦλον et φλαῦρον, δεσμοί et δεσμά, πεπραγώς et πεπραχώς, alia. Codices depravati eum deceperunt in ἀνακωχή pro ἀνοκωχή, κατακώχιμα pro κατοκώχιμα, alibi: ab his igitur si caveris, ut nihil erroris subesse certo scias, MOERIS in eum modum adhi-

Digitized by Google

bitus, quo diximus, *Atticis* scriptoribus egregium erit emendationis subsidium.

*Atticorum* imitatoribus sero natis, quorum causa hanc disputationem ingressi sumus, MOERIS, PHRYNICHUS caeterique magistri non prorsus eodem modo proderunt sed alio non multum dissimili. Quis enim serio in animum inducere sibi poterit, quae istis magistris tam nota et perspecta sint, ea LUCIANO et ALCIPHRONI aut ignota et inaudita esse aut non satis firmiter animis impressa, ut imprudentes et alias res agentes immemores harum legum in errores delabi potuerint. Ecquis est qui putet magistros scire *ἄπεισι* bene *Graecum* esse, non *ἀπελεύσεται*, LUCIANUM et ALCIPHRONEM nescire, vel modo meminisse, modo oblivisci? Quis tam est veterum membranarum inepte fautor, ut non hoc fateatur? Si mihi hoc dederis falsarios tenemus manifestos. Eosdem arguunt lectionum discrepantiae. Memoravimus supra dicendi vitium, quo Graeculi pro *ἀκροᾷ* dicebant *ἀκροᾶσαι*: fefellit eos analogiae species in *ἠκρόασαι*, *τεθέασαι*, *πεπείρασαι* similibusque et manifestus error est. Hinc igitur in ALCIPHRONIS optimo codice *Vindobonensi*, qui littera B notatur, nata scriptura est III. 11. 3, *ἁμιλλᾶσαι ταῖς ἀστικαῖς ταυταισί*, quam pro sua Graecitatis peritia WAGNERUS recepit pro *ἁμιλλᾷ*, perinde esse annotans. Quemadmodum igitur *ἁμιλλᾶσαι* apparet deberi Graeculo ad aequalium consuetudinem aberranti, sic ALCIPHRONI imputari non posse arbitror vitia et errores huiusmodi: I. 28. 2, *ἀναπνέεις*. Fragm. 4, *προσπνέειν*, I. 28. 1, *ἀεργός*. III. 51. 3, *ὀστέα*. III. 26, *προσοφλῆσαι* pro *προσοφλεῖν*. III. 22. 2, Πνυκός. III. 61. 3, Πνύκα. III. 17. 2, *ἀπελεύσῃ* pro *ἄπει*. I. 36. 1, *ἐν Μυρρινοῦντι* pro adverbio *Μυρρινοῦντι*, ut *Ῥαμνοῦντι*, *Ἀγνοῦντι* (STEPH. BYZ. in v. *Ἀγνοῦς*) alia, *ἐν Μυρρινοῦντι* tam pravum est ac si quis *ἐν Ἰσθμοῖ* vel *ἐν Ὀλυμπίασι* vellet dicere: aeque vitiosum est, quamquam multis non videtur, *ἐν Μαραθῶνι*. I. 25. 1, *τὸ χρέος* pro *τὸ χρεών*. II. 2. 3, *στωμυλεύεσθαι* pro *στωμύλλεσθαι*. II. 2. 9, *ἀπήλαυεν* pro *ἀπέλαυεν*. III. 3. 3, *καταλίποιτο* pro *καταλείποιτο*. II. 4. 15, *γαστριμαντεύεσθαι*, qua forma pessime analogia corrumpitur. III. 3. 1, *χρυσίνους* pro *χρυσοῦς*. III. 47. 3, *τὸν ὑδρορρόαν* pro *τὴν ὑδρορροήν*. ibid. *κατεκρύβην*. III. 48. 4, *ἀμοιβή* pro *χάρις*. III. 49. 1, *συνδέων* pro *συνδῶν*. III. 52. 3, *λήσεται*. (recte. III. 70.

Digitized by Google

3, λήσω.) III. 64. 3, ῥεύσεις pro ῥυείη. III. 72. 2, κυσοδόχῃ pro κυσοδόκῃ. III. 7. 5, Πειραιοῖ pro ἐν Πειραιεῖ. III. 19. 2, εἰς σέ pro εἰς σοῦ. III. 42. 2, δίεισι pro διέρχεται. III. 53. 2, κεῖθι pro ἐκεῖ. III. 57, οἰνωμένος pro μεθύων et barbare ἐσκωψάμην pro ἔσκωψα. III. 59, κατ' ὄναρ pro ὄναρ. III. 60. 1, ἀναςρέφειν pro ἀναςρέφεσθαι. III. 70. 4, ἐπὶ μήκιςον χρόνον pro διὰ πλείςου χρόνου. III. 72. 2, ὑπετόπησεν pro ὑπώπτευσεν. I. 1. 1, οἱ βορρεῖς pro βορραῖ. I. 12. 2, κατακλιθείς, (recte et Attice in fragm. 6 κατακλινῶμεν.) I. 34. 6 ςασιάζει τὰ κοινά pro τὴν πόλιν εἰς ςάσιν καθίςησι sive ταράττει. III. 40. 4 et 41. 3, τοὺς πατέρας pro γονέας. III. 53. 1, εἰσέφρησα pro εἰσέφρησα ἐμαυτόν. III. 61. 3, ἀγαπῶ ἐκπορίζειν pro ἐκπορίζων. Sic φθάνειν contra naturam verbi et usum antiquitatis positum est III. 4. 17, φθήσεσθαι ἐλθεῖν pro ἐλθών. Non negaverim fieri posse, ut nonnulla ex his ipsi ALCIPHRONI imputanda sint; omnia haec ab eo commissa esse, qui totus fuerit in poëtis antiquae comoediae lectitandis et ARISTOPHANE ante omnes, qui novae comoediae fabulas versabat et praecipue Menandreas, qui PLATONEM terebat et DEMOSTHENEM, ut ab his omnibus ἀττικίζειν disceret, eum igitur turpiter impegisse in iis omnibus, quae magister quilibet in numerato haberet et ad fastidium usque inculcaret, id mihi haudquaquam videtur credibile. Etiam in reliquis vitiis, quae iam indicabo, compluscula esse suspicor, quae mala manus invexit; satis habebo si id vicero, partem utique peccatorum ipsius Rhetoris negligentia esse commissam, qui, ut sequiores omnes, *Atticorum* sermonem non tam diligenter observavit et imbibit, ut non subinde laberetur. Ex eo genere est quod legitur III. 3. 6, ἡ Ἀρεοπαγῖτις βουλή pro ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου. III. 10. 3, ἐνθύμιον ποιησάμενος pro ἐνθυμηθείς. III. 20. 4, ἐξ ὀφθαλμῶν ἐποίει pro ἐποιεῖτο, ut ἐκποδὼν ἐποιεῖτο, sic et I. 19. 1, ποιεῖν νουθεσίαν pravum est, pro νουθετεῖν dici potest νουθεσίαν ποιεῖσθαι non ποιεῖν. III. 42. 3, ἀμφιάσει pro ἀμφιεῖ III. 44. 1, ἀνέῳγεν οἰκία pro ἀνέῳκται, ut III. 47. 3, ἀνεῳγότα pro ἀνεῳγμένον, cuius vitii recte ALCIPHRONEM arguit LOBECK ad PHRYNICH. p. 158. I. 25, εἰδὼς ταῦθ' οὕτως ἔχειν pro ἔχοντα. I. 26, διὰ χειρὸς κατέχοντα, veteres ἔχοντα. II. 4. 5, κροταλίζειν, MENANDER ipse ἐπισημαίνεσθαι hoc appellabat. II. 4. 6, ὑπερθάλασσοι, *Attici* διαπόντιοι. II. 4. 14, χρηςηριχσθῶμεν, illi

μαντευσώμεθα dicebant. III. 10. 3, προχειρίσασθαι ςρατηγόν, id *Attici* αἱρεῖσθαι dicunt. Quos commemorat ALCIPHRON. I. 11, μαςῆρας *Atticorum* ipse alicunde ex *Ionia* arripuit. *Atheniensibus* ζητηταί erant, sed in re diversissima. Quod dicit I. 22. 3, ἤρχετο, et in fragmento 6, παρήρχοντο, nesciebant veteres Magistri ἠρχόμην non esse in usu, sed ᾖα ubique in eius locum subire. Apud *omnes* veteres ἠρχόμην est *incipiebam*; et apud *Athenienses* quidem praeter ipsum ἔρχομαι nihil in usu est, nusquam ἔρχεσθαι aut ἐρχόμενος legitur sed ἰέναι et ἰών. Quod qui primus vidit et demonstravit ELMSLEIUS ad EURIPIDIS *Heraclidas* vs. 210, paucissima tantum nobis reliquit paulo melius constituenda. Miror virum acutissimum in THUCYDIDE ferre potuisse duos soloecismos tam putidos, quales leguntur IV. 120, περὶ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας, αἷς ἐπήρχοντο, Σκιώνη· ἀπέςη et IV. 121, ἰδίᾳ δ' ἐταινίουν τε καὶ προσήρχοντο ὥσπερ ἀθλητῇ, in hoc loco vera scriptura reponi poterat ex POLLUCE III. 152, Ξενοφῶν γὰρ εἴρηκεν· ἐταινίουν τε καὶ προσῄεσαν ὥσπερ ἀθλητῇ, errore XENOPHONTEM pro THUCYDIDE nominat, quem turpi soloecismo liberat. Videor mihi perspexisse unde invectum fuerit vitium. Neque THUCYDIDES neque *Atheniensium* antiquiorum quisquam ᾔεσαν aut προσῄεσαν aut ἀπῄεσαν aut παρῄεσαν umquam dixit, quemadmodum neque ᾔειμεν aut ᾔειτε dicebant, sed constanter omnes ᾖμεν, ᾖτε et ᾖσαν. Et de ᾖμεν quidem et ᾖτε nunc tandem inter Editores et Criticos satis videtur constare, et invitis codicibus tantum non omnibus κατῆμεν, προσῆμεν, ἀπῆμεν, ἐξῆτε, ἀπῆτε et similia passim *Atticis* restitui coepta sunt. Sic BEKKERUS in DEMOSTH. *de Coron.* p. 306, 11. καὶ ταῦθ' ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἀπῄειτε βεβουλευμένοι contra libros omnes optime dedit ἀπῆτε. Ibid. p. 346, 16. προσῄειμεν τῇ βουλῇ, unus liber, *Parisinus S*, qui instar omnium est, προσῆμεν exhibuit. Utriusque lectionis vindex est Grammaticus antiquus ex codice *Vossiano* descriptus in GAISFORDI annotatione ad ETYMOL. M. p. 121, 39. In ᾖσαν, παρῆσαν, προσῆσαν, ἀπῆσαν et caeteris compositis, nescio quomodo iidem pertinaciter repugnant neque quidquam morantur poëtarum testimonia, Grammaticorum auctoritatem et codicum scripturas, quibus omnibus accedit analogiae πειθανάγκη. Putemusne ARISTOPHANEM quum scriberet in *Equit.* 605:

Digitized by Google

*ταῖς ὁπλαῖς ὤρυττον εὐνὰς καὶ μετῆσαν ϛρώματα,*
aliter dixisse quam solerent populares omnes? Luculentum est scholion in PLATONEM, quod PHOTIUS cum multis aliis in Lexici sui farraginem recepit, unde sublegit SUIDAS: ᾖα: δισυλλάβως, τὸ ἐπορευόμην, σὺν τῷ ι γράφεται, οἱ γοῦν Ἴωνες ἤϊα λέγουσι καὶ ἤϊσαν τὸ ᾖσαν καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωςέον ὅτι ἀκμάζοντές τε ᾖσαν ἐς αὐτόν, οἱ δὲ Ἴωνες ἤϊεσαν καὶ ἤισαν (vitiose. *Iones* tantum ἤϊσαν dicebant). Ἀριςοφάνης Ὁλκάσιν·

*Ἐπεὶ δ' ἐγενόμην οἷπερ ᾖ' ἐπὶ ξύλα.*

Quod autem dixi codicum scripturas hanc analogiam confirmare ita dico: saepenumero librarii, qui ι adscriptum negligere solebant, ἦσαν, παρῆσαν, παρεξῆσαν, ἐπεξῆσαν et similia retinuerunt, quia eas formas ad εἶναι referebant, quamquam ad ἰέναι esse referendas passim diligenter inspicienti constabit. Si his locis ι addideris habebis *Atticorum* manum; si ᾔεσαν repones, quod nonnullos facere video, *Atticam* dialectum corrumpes, id quod scribae dudum fecissent, nisi eos alius opinionis error retinuisset. Apud DEMOSTHENEM editur in prima *Olynthiaca* p. 11 = ὅθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσιν βεβοηθηκότες καὶ παρῆσαν Ἀμφιπολιτῶν Ἱέραξ καὶ Στρατοκλῆς ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα, manifesto errore. *Graecum* est ἀναβαίνειν, βαδίζειν, παριέναι ἐπὶ τὸ βῆμα et καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ βήματος DEMOSTH. *in Olympiod.* p. 1176: ARIST. *in Pluto* 382: οἱ ἐπὶ τοῦ βήματος λόγοι, DEMOSTH. *de Symmor.* p. 189: non possunt haec permutari: quid multa? παρῇσαν est reponendum. Eadem medicina locis compluscculis THUCYDIDIS, XENOPHONTIS et aliorum factitanda est. Vidi nuperrime qui in XENOPHONTIS *Hellenicis* II. 1. 18, Λύσανδρος ἐξ Ἀβύδου παρέπλει καὶ οἱ ἄλλοι παρῆσαν πεζῇ, reponeret παρῄεσαν. Perficiet emendationem, qui παρῇσαν dabit. Librarii dum sedulo formas sibi inauditas expellebant et ᾖσαν sive ἦσαν in ᾔεσαν refingebant, nonnumquam imperfectum ἀπῆσαν temere arripuerunt et per vim, ubi *aberant* requiritur, dederunt *abiere.* Bis hoc in THUCYDIDE deprehendi. IV. 39, περὶ εἴκοσιν ἡμέρας, ἐν αἷς οἱ πρέσβεις περὶ τῶν σπονδῶν ἀπῄεσαν, iocularem errorem vides, et turpius etiam cap. 42: ἐν Λευκαδίᾳ ἀπῄεσαν αὐτῶν πεντακόσιοι φρουροί. In XENOPHONTIS *Anabasi* III. 4. 23, εἴ που δέοι τι τῆς φάλαγγος ἐπιπαρῆσαν οὗτοι, participium in

Digitized by Google

§ 30 ἐπιπαριόντες et Codicum lectiones ἐπεὶ παρήεσαν et res ipsa denique clamat ἐπιπαρῆσαν verum esse. AESCHINES *in Ctesiph.* p. 63, 44 παρῆμεν τῇ ὑςεραίᾳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Manu ducit ad veram lectionem locus qui legitur p. 67, 16, παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, unde emergit, παρῆμεν. cf. p. 84, 12, παρελθόντα εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Itaque THUCYDIDES προσῆσαν ὥσπερ ἀθλητῇ scripserat, magistelli, qui THUCYDIDEM multo peius quam vulgo creditur mulcarunt (ut in his *Lectionibus* primo quoque tempore ostendam), προσήρχοντο adscripserunt, idque, uti fit, irrepsit. In altero loco quid sit περὶ τὰς ἡμέρας ταύτας, αἷς ἐπήρχοντο, neminem vidi qui intelligeret, nam quod interpretantur esse *commeare*, *invicem visere*, *adire*, nauci non est; ἐπιμιξία haec est et ἐπιμίγνυσθαι dicitur, non ἐπιέναι, quod de *hostili* fere *invasione* ponitur. Aut monstri aliquid alitur in eo loco, aut αἷς ἐπήρχοντο ablegandum eo, unde male pedem intulit. In ARISTOPHANIS *Thesmoph.* 504:

ὁ δ' ἀνὴρ περιήρχετ' ὠκυτόκι' ὠνούμενος,

fugit ELMSLEIUM ratio, quum περιῇεν vel περιῄρρεν corrigeret, quorum hoc usitatum non est, illud barbarum. Repone:

ὁ δ' ἀνὴρ περιῄειν ὠκυτόκι' ὠνούμενος,

quam formam satis stabilivit noster omnium καθηγεμὼν DAWESIUS *in Miscell. Crit.*, a quo quum πεποίθειν, ᾔδειν, ᾔειν, προσῄειν omnes accepimus, subirascor iis qui in *Avibus* vs. 1298:

ὄρτυξ ἐκαλεῖτο, καὶ γὰρ ἧκεν ὄρτυγι,

concoquere potuerunt pro ᾔκειν a DAWESIO reperto p. 301. Praeterea notandum est verbum ὑπέρχομαι, ubi significat θωπεύειν, πρὸς χάριν ὁμιλεῖν, ea lege non teneri. *Athenienses* enim ὑπέρχεσθαι dicunt eo sensu, non ὑπιέναι, et ὑπερχόμενος non ὑπιών. Exempla sunt apud PLATONEM, DEMOSTHENEM, alios. At nihil horum ALCIPHRON aut caeteri *Atticorum* imitatores viderunt. Opportunum vitium, κάτιμεν I. 39. 7. servavit κατῇμεν, quod perite SEILERUS eruit; ἤρχετο et παρήρχοντο auctori suo relinquenda.

Decepit ALCIPHRONEM, ut permultos alios multo antiquiores, fallax analogia, quum ex aoristo εἱλόμην, ἐξειλόμην, ἀφειλόμην cet. futuri formam ἑλοῦμαι, ἐξελοῦμαι, ἀφελοῦμαι cet. aut in activa forma καθελῶ, ἀνελῶ, ἐξελῶ contra certam analogiam et usum de suo finxerunt. ALCIPHRON ita peccavit. I. 6. 3, ἐκ

Digitized by Google

τῆς πικρᾶς τῶν ἀγορανόμων ἐξελοῦνται ἡμᾶς χειρός, ubi ἐξαιρήσονται *Graecum* est. Fuit olim hoc vitium pervulgatum, quo plus excusationis habet, quamquam diligenter admonent Magistri auctoritatem veterum opponentes. PHOTIUS p. 121. 15, καθαιρήσετε, οὐ καθελεῖτε: Θουκυδίδης καὶ τῶν ἄλλων οἱ πλείους, non audebant dicere καὶ οἱ ἄλλοι σύμπαντες, propter auctoritatem futilis poëtae comici, TIMOSTRATI, quem adversarii tamquam machinam admovebant, vid. BEKKERI ἀντιαττικιστήν p. 80. 12. E PHOTIO emendandus SUIDAS, cuius locus corruptus LOBECKIO fraudi fuit ad PHRYN. p. 724. Quam frequens fuerit hoc vitium notabo in eo auctore, quo nemo diligentius Oratores *Atticos* et Historicos et Philosophos trivit, DIONYSIUM dico HALICARNASSENSEM *in Antiquitatibus Romanis*, I. 24, ζῆλον ἀξιούμενοι, verissime *Vaticanus* codex ἐξελούμενοι. IV. 75, μεσοβασιλέα ἑλοῦμαι. VII. 56, ἐξελεῖ. VIII. 34, ἀνελούντων. 86, ἐξελοῦντες τὸ φρούριον. IX. 26, τὴν Ῥωμαίων καθελοῦντες ἀρχήν. X. 49, ἀφελεῖται τὸ εὐσεβές, XI. 18, ἀνελοῦμεν ἐκ μέσου τοὺς φλυάρους. Recte CASAUBONUS XI. 5, ἀφελεῖσθε rescripsit pro ἀφείλεσθε. Simili modo VIII. 51, pro ἀνεῖλε emenda ἀνελεῖ et X. 44, ἐξαιροῦντες refinge in ἐξελοῦντες. Si tam saepe deliquit DIONYSIUS, Criticorum acerrimus, censura columbis parcere poterit.

Maiorem etiam ab ea parte excusationem habet error, quem nunc indicabo, non tantum communem omnibus, sed perpetuum. Legitur apud ALCIPHRONEM III. 52. 3, λάλος γείτων ἢ ψίθυρος οἰκέτης ἀγορεύσει τὸ πρᾶγμα εἰς τοὐμφανές et III. 69. 1, ἐξηγόρευσα Μνησιλόχῳ τῷ Παιανιεῖ τὴν τῆς γαμετῆς ἀσέλγειαν. Vitium, quod utrobique est, ita arguam ut labem eandem late gliscentem simul arguam, re paulo altius repetita. Λέγειν *dicendi* et *loquendi* significationem in tribus tantum compositis retinet, ἀντιλέγειν, ἐπιλέγειν et προλέγειν.: Reliqua verbi λέγειν familia, ut ita dicam, et cognatio in compositis omnibus superest: ἐρῶ, εἶπον, εἴρηκα, εἴρημαι, εἰρήσομαι, ἐρρήθην, ῥηθήσομαι, ῥῆσις, ῥητός, ῥητέον non tantum in ἀντερῶ cet., ἐπερῶ cet., προερῶ cet. exstant, sed eadem omnia sunt in ἀνερῶ, ἀνεῖπον, ἀνείρηκα, ἀνερρήθην, ἀνάρρησις cet. Similiter in ἀπερῶ, διερῶ, ἐξερῶ, κατερῶ, προσερῶ, συνερῶ et ὑπερῶ, quibus quum forma in -λέγω nulla responderet, in eius locum subiit ubique —αγορεύω et — ηγόρευον. Sic ὁ κήρυξ ἀνερεῖ aut ἀνεῖπεν ὁ

Digitized by Google

*κήρυξ* ubi ad praesens tempus est redigendum, quia *ἀναλέγει* eo sensu dici non potest, *ἀναγορεύει ὁ κήρυξ* dicitur. Eodem modo formae *ἀπαγορεύειν*, *διαγορεύειν*, *ἐξαγορεύειν*, *καταγορεύειν*, *προσαγορεύειν*, *ἀντιπροσαγορεύειν*, *συναγορεύειν* et *ὑπαγορεύειν*, quibus accedit *προαγορεύειν* pro *προλέγειν*, respondent formis, quas diximus, unde sequitur praesentis tantum et imperfecti formam in usu esse, in caeteris subire — *ερῶ*, — *εἶπον* cet. Apud AESCHINEM in *Ctesiphontea* ubi multus est Orator in demonstrando ius non esse *renuntiari* in theatro, qui ex plebeiscito corona aurea donatus sit, passim omnes formas verbi *ἀναγορεύειν* usurpat. § 3, *ἀναγορεύῃ*. 40, *ἀνειπεῖν*. 45, *ἀναρρηθῆναι*. 122, *ὁ κήρυξ ἀνεῖπε* et mox *καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς κήρυξ ἀνηγόρευε*. 154, 155, *προελθὼν ὁ κήρυξ — τί ποτ' ἀνερεῖ* et 189, *δεῖ γὰρ τὸν κήρυκα ἀψευδεῖν, ὅταν τὴν ἀνάρρησιν ἐν τῷ θεάτρῳ ποιῆται*. Eadem plane est ratio reliquorum omnium, *ὁ νόμος διαγορεύει* et *διειρημένον* et *διάρρησις* et *διαρρήδην*: *ἀπαγορεύειν*, *ἀπερεῖν*, *ἀπειπεῖν* et *ἀπειρηκέναι* sunt eiusdem verbi tempora diversa, quibus respondet nomen *ἀπόρρησις*, ut *πρόρρησις* verbo *προαγορεύειν*. Contraria sunt *συναγορεύειν* et *ἀντιλέγειν*, in reliquorum temporum formis conspirant, *συνερῶ* et *ἀντερῶ*, *συνειπεῖν* et *ἀντειπεῖν*, *συνειρηκώς* et *ἀντειρηκώς*. Perpetuus apud veteres omnes hic usus est: constat in carminibus Homericis, in *Ionum* libris omnibus, in *Atticorum*; *ἐξαγορεύειν* apud HOMERUM habet futurum *ἐξερέω*. HERODOT. I. 21 et 22, *προεῖπε Μιλησίοισι πλώνειν* et *ταῦτα δὲ προαγόρευε τῶνδε εἵνεκεν*. XENOPH. *Memorab.* III. 13. 1, *προσειπών — τινα χαίρειν οὐκ ἀντιπροσερρήθη*. ARIST. *Plut.* 322:

*Χαίρειν μὲν ὑμᾶς ἐςὶν, ὦνδρες δημόται,*
*ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν καὶ σαπρόν.*

EURIP. *Cyclop.* 101:

*Χαίρειν προσεῖπα πρῶτα τὸν γεραίτατον.*

*Ὑπαγορεύειν*, *verba praeire*, habet futurum in ARISTOPHANIS fragmento apud AMMON. *de D. V.* v. *ὑπάγειν*·

*ἐγὼ δ' ὑπερῶ τὸν ὅρκον.*

sed quid plura? quicunque hoc aget inter legendum videbit quam constanter hoc veteres teneant. Idem nullo negotio ad hanc lucem corriget scribarum errores. In ARISTOPHANIS *Pace* vs. 107, quod editur:

Digitized by Google

*ἐὰν δὲ μή σοι καταγορεύσῃ*,

a poëta scribi non potuit, nam *κατείπῃ* oportebat, scripsit *καταγορεύῃ*. Non est difficilis optio utrum in *Vespis* vs. 932:

*ὅσας κατηγόρησε τὰς πανουργίας*

an *κατηγόρευσε* sit probandum, nam hoc *Atticis* est inauditum; praeterea *κατηγορεῖν* et *καταγορεύειν* tam certo discrimine et tam perspicuo, ut opinor, diremta sunt, ut cuiusvis sit, qui modo scribarum errores *audeat* corrigere, ubique constituere utri verbo locus sit. Quid impedit *ὁδοῦ πάρεργον* ex hac observatione LYSIAM triplici mendo liberare. Legitur Orat. XIII. §. 31. *οὐκ ἐδόκει αὐτοῖς ἅπαντα τἀληθῆ πω κατηγορηκέναι*. AGORATUS, de quo haec dicuntur, non erat *κατήγορος* sed *μηνυτής*, itaque *κατειρηκέναι* requiro. Cf. §. 50, ubi verba *περὶ ὧν Ἀγόρατος κατείρηκεν* ex ipsis *ψηΦίσμασι* sumta sunt, et ab LYSIAE verbis distinguenda. In eiusdem oratione VII. § 35. *ἐμοὶ δὲ δοκεῖ εἶναι εἰ περὶ αὐτῶν μὲν οἱ βασανιζόμενοι κατηγοροῦσιν εὖ εἰδότες ὅτι ἀποθανοῦνται, περὶ δὲ τῶν δεσποτῶν, οἷς πεΦύκασι κακονούστατοι, μᾶλλον ἂν εἵλοντο ἀνέχεσθαι βασανιζόμενοι ἢ κατειπόντες ἀπηλλάχθαι τῶν παρόντων κακῶν*; qui LYSIAM bene norunt et *περί τινος κατηγορεῖν* non norunt, reponent *καταγορεύουσιν* et supplebunt: *ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἄτοπον εἶναι*. Miseret me praestantissimi Oratoris, cuius unus liber deterrimus pauculas orationes laceras et vitiis mendisque omne genus inquinatas ad nos propagavit. Si THEOPHRASTI *Characteres* exceperis, omnium pessime LYSIAS mulcatus circumfertur. Quid iis facias, qui in oratione VI. § 4. *Ἀνδοκίδης θυσιάσουσι* scribere potuerunt pro *θυσίας θύσει* et XII. § 86 pro *τῶν ξυνερούντων αὐτοῖς ἄξιον θαυμάζειν*, dederunt *ξυνεργούντων*, quod emendavit REISKIUS. Quo magis inclino in eam sententiam, in oratione nobilissima *De caede Eratosthenis* § 20 *κατηγόρει πρῶτον μὲν ὡς μετὰ τὴν ἐκΦορὰν αὐτῇ προσίοι κτέ.*, titubasse de more librarios et *κατηγόρευε* genuinum esse, ut § 32 *ὡμολόγει ταῦτα ποιήσειν*. Si quis hunc locum LYSIAE habet ob oculos, videat an mihi expedire possit quid sit *καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις προσίοι*. Qui non poterit et *προσιέναι εἴσοδον* quam sit absurdum sentiet, velim cogitet quid aliud quam *ποιοῖτο* pro *προσίοι* legi possit. Sed ad LYSIAM aliquando revertar, nunc ad usum verbi *ἀγορεύειν* est revertendum.

Digitized by Google

Ex iis, quae diximus, sequitur *ἀγορεύσω*, *ἠγόρευσα*, *ἠγόρευκα*, *ἀγόρευσις* et cognata omnia neque in simplici forma, neque in composita in antiquo sermone *Graeco* usitata fuisse, neque earum formarum exempla apud veteres exstare, nisi forte in uno alteroque loco depravato. Sunt rarissima haec vitia et propemodum nulla: hoc unum longa observatione vidi, formas quasdam e verbo *προσαγορεύειν* ductas satis certo praesidio esse munitas, caeterarum nec vola nec vestigium est, donec ad sequiores deveneris, qui quum se *Atticis* volunt esse quam simillimos et alia multa praeterviderunt et eum usum, quem demonstravimus, nemo unus ex omnibus vel suspicatus est. Errant omnes, Sophistae, Rhetores, Magistri, *οἱ πεπαιδευμένοι* omnes. HARPOCRATION postquam *ἀπαγορεύειν* explicuit: *ἀντὶ τοῦ κάμνειν καὶ ἀδυνάτως ἔχειν*, laudato LYSIA *ἐν τῷ Ἐρωτικῷ* (quasi non passim *ἀπαγορεύειν* eo sensu apud omnes legeretur) paucis interiectis explicat quid sit *ἀπειπεῖν*: *ἀντὶ τοῦ ἀποκαμεῖν καὶ ἀδυνατῆσαι. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ Λινδίων φόρου*, non facturus, opinor, si scivisset verbi *ἀπαγορεύειν* non esse alium aoristum quam *ἀπειπεῖν*. Habet ea observatio etiam hunc usum, ut eos redarguat, qui se veteres *Atticos* mentiantur. Qui dolo malo supposuit DEMOSTHENI orationem IX *πρὸς τὴν ἐπιςολὴν τὴν Φιλίππου* suo se indicio tamquam sorex prodidit, quum scriberet p. 157, 20. *ἤδη γὰρ ἐκεῖνος καὶ προηγόρευκε τὸν πόλεμον καὶ τοῖς ἔργοις ἐξενήνοχε*, namque ipse DEMOSTHENES *προείρηκε* dixisset. Simplex *ἀγορεύω* apud *Athenienses* non tantum in vetusta formula praeconis usitatum est: *τίς ἀγορεύειν βούλεται*; pro *λέγειν ἐν τῷ δήμῳ* sive *δημηγορεῖν*, sed etiam quotidiano et domestico sermone tritum est in *κακῶς ἀγορεύειν*, *διαρρήδην ἀγορεύειν* et similibus: ipsum etiam *ἀγορεύω* in usu erat et *ἠγόρευον*, ut in *Pluto* 102:

*οὐκ ἠγόρευον ὅτι παρέξειν πράγματα*
*ἐμέλλετόν μοι*;

ubi *ἐμελλέτην* restituendum. *Ἀγορεύσω* autem et *ἠγόρευσα* et quidquid hinc nasci potest apud illos soloeca sunt. Praeterea *ἀγορεύσω εἰς τοὐμφανὲς* neque eleganter neque bene dictum est, quia *εἰς τοὐμφανὲς* cum *dicendi* verbo perperam iungitur, *ἄγειν*, *προάγειν*, *καθιςάναι εἰς τοὐμφανὲς* recte dicitur. *Ἐξηγόρευσα* apud ALCIPHRONEM III. 69. 1. non uno nomine est reprehenden-

Digitized by Google

dum, namque ἐξαγορεύειν idem est quod ἐκφέρειν, *vulgare*, *palam facere*, ut innotescat omnibus; requiritur *indicium facere* viro de uxoris flagitio, quod καταγορεύειν vel μηνύειν dicitur. *Atticus* igitur in ea re κατεῖπον scripsisset, Ἀττικισταὶ omnes perpetuo labi solent, quorum nullus est, apud quem non saepe legantur ea omnia, quae ab antiquorum sana et sincera lingua aliena esse demonstravimus. Exemplorum quum sit ingens copia, satis habebo pauca quaedam e Luciano afferre XLI. 24. ὃν ἀναβιβάσομαι συναγορεύσοντά σοι, pro *Atticis* ἀναβιβῶμαι συνεροῦντα XV. 15 ἠγόρευσε κακῶς pro εἶπε XXXIV. 3 προηγόρευτο αὐτῷ ἐπὶ τὰ γέλγη ἀπαντᾶν, atque haec Lexiphanes dicit ὁ ὑπεραττικίζων, qui περὶ τὰ γέλγη dixerat, Eupolidi sublectum apud Pollucem IX. 47. Demonax autem XXXVII. 11, flos et robur Cynicorum, dicit: ὅτι — πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν, corrige ἐξαγορεύσει, ubi veteres uno ore omnes ἐξερεῖ dicturi fuissent.

His denique addam indicium perpetui cuiusdam vitii, quo olim omnium libri inquinari solebant et *Atticorum*, et si qui eorum quam simillimi esse volebant: nunc *Atticorum* scripta nonnihil ea labe purgari coepta sunt, Atticistarum eodem modo purgari oportere nemo adhuc suspicari videtur. Primae personae in — ομαι exeunti respondet secunda in — ει exiens apud *Atticos*, in — ῃ apud Graeculos. Forma in — ῃ veteribus inaudita est in indicativis, contra forma in — ει apud sequiores omnes prorsus obsoleta est, praeterquam in βούλει, οἴει, ὄψει. Nulla autem in re Graeculi constantius antiquioris linguae usum obscurarunt. Quia *Macedones* formis in — ῃ utebantur, factum est, ut iam in vetustissimos libros *Alexandriae* scriptos irreperent, deinde serpsit malum ulterius et per omnes *Atheniensium* libros grassatur. Non est unus liber scriptus tam vetus, tam emendate descriptus, aut diligenter correctus, in quo non passim id vitium appareat. *Clarkianus* Platonis codex, *Urbinas* Isocratis, *Laurentianus* Aeschyli et Sophoclis, *Parisinus S* Demosthenis, verbo optimus quisque et antiquissimus liber MS. turpi inconstantia formas veteres et novicias, *Atticas* et *Macedonicas*, permiscet. Ut casus et fortuna ferebat et scribarum correctorumque libido, modo genuina forma evasit, modo vitiosa surrepsit. Multi iam sunt, qui intel-

lexerunt, eam rem nostri ubique esse arbitrii iudiciique, qui antiquam linguam penitus callemus, non scribis esse permittendam sexcenties in manifesta fraude et interpolatione deprehensis. Complures *Attici* tandem nunc post multa saecula suam consuetudinem receperunt et in ea quidem re *'Αττικιςί* loquuntur ut olim. Alii ex Editorum libidine, qui ipsi a Codicibus pendent, modo recte loquuntur, modo peccant, quae satis iocosa res est. Alii denique constanter peccant et ubique per vim ad Graeculorum usum coacti sunt se componere. In horum numero sunt LUCIANUS et ALCIPHRON, qui quamquam ipsi recte et ordine erant locuti, nunc vitio non suo ubique peccasse videntur. *Αἰτιάσῃ* est apud ALCIPHRONEM I. 29. 4, *παρέρχῃ* I. 34. 1, *διανοῇ* III. 11. 3, similia passim. Non erit mihi multis verbis opus ad demonstrandum *Atticorum* imitatores in ea re imitatos esse *Atticos*; utar uno loco LUCIANI, qui rem vel solus conficere poterit XXXVII. § 15 ubi Cynicus mordaci et spurco ioco molestum sibi protervum et petulantem adolescentulum confutat. *Πύθωνός τινος*, inquit, *τῶν ἐν Μακεδονίᾳ εὐπαρύφων νεανίσκου ὡραίου ἐρεσχηλοῦντος αὐτὸν καὶ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιςικὸν καὶ κελεύοντος εἰπεῖν τ ο ῦ σ υ λ λ ο γ ι σ μ ο ῦ τὴν λύσιν· Ἕν, ἔφη, οἶδα, τέκνον, ὅτι περαίνῃ.* Periit aculeus et quod superest nihil est: *ἐρώτημα* apud eos, qui elegantius loquuntur, appellatur, quem caeteri *συλλογισμόν* appellant, iisdem *ἐρωτᾶν* aut *συνερωτᾶν* est *συλλογίζεσθαι*. Sic apud LUCIANUM, *Quomodo sit Historia scribenda*, § 17, *εἶτα μετὰ μικρὸν ἄλλος συλλογισμὸς εἶτ' ἄλλος καὶ ὅλως ἐν ἅ π α ν τ ι σ χ ή μ α τ ι σ υ ν η ρ ώ τ η τ ο αὐτῷ τὸ προοίμιον*, id est: *ex syllogismis cuiuscumque generis constabat.* Expunge igitur *τοῦ συλλογισμοῦ*, quod non minus insulse additum est, ac si *τοῦ ἐρωτήματος* repetiisset. Sic, credo, apparet *περαίνει* verum esse, ut ambiguum sit utrum *τὸ ἐρώτημα* an *σύ* sit cogitatione supplendum et dicatur *ratio concludit* an *tu pathicus es* et *muliebria pateris*, quod GESNERUS vidit. At nemo poterat sic iocari nisi *σὺ περαίνει* dicerent omnes, non *περαίνῃ*. Eiusdem plane generis argumentum duci potest ex LUCIANI *Pseudosophista*. § 6 et 7. *'Ερομένου δέ τινος εἰ μ ε λ ε τ ή σ ε ι ὁ δεῖνα, πῶς οὖν, ἔφη, ἐμὲ ἐρωτῶν εἰ μ ε λ ε τ ή σ ο μ α ι λέγεις ὅτι ὁ δεῖνα; 'Αττικίζοντος δέ τινος καὶ τ ε θ ν ή ξ ε ι εἰπόντος ἐπὶ τοῦ τρίτου, Βέλτιον, ἔφη, καὶ ἐνταῦθα μὴ ἀττικίζειν καταρώμενον.* Manifestum est numquam

Digitized by Google

quemquam ita ludere potuisse, nisi in secunda persona *μελετήσει* et *τεθνήξει* dixissent omnes. Hi loci et permulti alii similes efficient aliquando ut non tantum *Atticis* sed *Atticorum* quoque simiis sua forma reddatur, in qua re antiqua scripturae vitia veterem errorem subinde palam facient. Saepius enim factum est, ut — *ει* in — *εις* corrumperetur, cuius rei exempla *Attici* alias suppeditabunt, nunc uno ex ALCIPHRONE defungar I. 19. 1, *τηνάλλως ποιεῖς τὴν πρὸς ἐμὲ νουθεσίαν*, ubi equidem nequeo in animum inducere Rhetorem Graecitatis sanioris tam imperitum fuisse, ut *ποιεῖσθαι νουθεσίαν* dictum oportuisse nesciverit; itaque *ποιεῖς* in *ποιεῖ* emendandum esse censeo.

## CAPUT IV.

Iuvat nunc ALCIPHRONIS *Epistolas* ordine percurrere et, si quid observatione et animadversione dignum occurret, si quid reprehendendum aut emendandum videbitur, paucis significare in iisque nonnumquam ad illas litteras exspatiari et illos scriptores, qui sunt aliquanto quam ALCIPHRON et totum agmen Atticistarum curis nostris digniores.

In libri I Epistola 1 § 3. receptum oportuit quod praecepit HIRSCHIGIUS *ἔργου εἰχόμεθα* pro *ἔργων*. Perpetuo usu omnium dicitur *ἔργου ἔχεσθαι*, sed *τῶν ἔργων ἔχεσθαι*, *ἅπτεσθαι*, et *ἐπὶ τὰ ἔργα τραπέσθαι* vel *ἰέναι*, sed *ἐπ' ἔργον*. *Εὐθὺς ἔργου ἔχεσθαι* est apud THUCYDIDEM II. 2, saepe legitur et apud alios et DIONYS. HALIC. *Antt. Rom.* VIII. 2 *σοῦ σπουδάζοντος ἔργου ἔχεσθαι* VIII. 11 *ἔργου ἐχώμεθα*, alibi. Eidem IX. 47 pro *ἔργου ἄρξομαι* restituerim *ἕξομαι*. Ibid. § 1. *ἀεργία* non minus est vitiosum quam *ἀεργός* I. 28. 2. Perperam huc traxeris ex AESCHINIS *Ctesiphontea* § 108 *ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι — ἐπὶ πάσῃ ἀεργίᾳ*, quae sunt e vetusto carmine sumta, ut arguit initium *πολεμεῖν πάντ' ἤματα καὶ πάσας νύκτας*. Noluit rhetor *ἀργός* et *ἀργία* dicere, suspicans, opinor, *pigrum* et *desidem* ita dici, *vacantem ab opere* non dici, et confudit *Atticorum* linguam cum dialecto *Ionica*. Ibid. § 4. *ἐκ Φαλήρων*: *Attici* *Φαληρόθεν*.

I. 2. 2. *ἰχθύας*: *Attici* *ἰχθῦς*. Multo turpius etiam peccatur a THEOCRITO, qui XXI. 45 *ἰχθύα* scripsit pro *ἰχθύν*. Eadem socordia scribendi bis mihi in STRATONE SARDIANO notata est, Epigramm.



Digitized by Google

XXVIII et LV in *Anthol. Gr.* IACOBS. Tom. III. p. 73 et 81.

Ἄχρι τίνος ταύτην τὴν ὀΦρύα τὴν ὑπέροπτον

et

τῷ τοίχῳ κέκλικας τὴν ὀσΦύα τὴν περίβλεπτον

haeccine ut *Graeca* esse censeamus! Nihil est, quod isti non audeant, et leges dicendi negant sibi natas. Ferendum est, dummodo ne videatur eorum ulla ratio habenda in Graecitatis usu et ratione constituenda et cognoscenda. Complura illi iaciunt παρακεκινδυνευμένα et βεβιασμένα, quae cum proprietate et analogia Graecitatis nihil quidquam commune habent. THEOCRITO visum est dicere III. 37.

ἀρά γ' ἰδησῶ Αὐτάν;

nihilominus solum ὄψομαι *Graecum* est, ἰδησῶ nihili est. Dixit XI. 60 νεῖν γε μαθεῦμαι, at numquam efficiet ut μαθεῦμαι pro μαθήσομαι (— σοῦμαι — σεῦμαι) *Graecum* esse videatur, neque ut γε non videatur πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ perinepte insertum. Eidem placuit XIV. 51 γεύμεθα dicere pro γεγεύμεθα et linguae patriae hanc vim inferre. Idem quum ex forma ἴσασι (ἴσαντι) deceptus fallaci analogia ἴσαμι (V. 119), ἴσης (XIV. 34), et ἴσατι (XV. 46) ausus est formare, quamquam *fecere alii, item boni* et clari poëtae, sed artificiali lingua usi, certum est Graecitatem sic graviter corrupisse et in haec omnia convenire dictum APOLLONII DYSCOLI *de Pronomine* p. 118. ταῦτα ὑπὸ ποιητικῆς ἀδείας παραληΦθέντα οὐ καταψεύσεται διαλέκτου πιςουμένης ἐλλογίμοις συγγραΦεῦσιν. Ad ALCIPHRONEM redeo. In fine Epistolae 1 ἐμΦορῆσαι monstrum verbi ex compendio scripturae non intellecto natum est pro ἐμΦορηθῆναι. In extrema Epistola 2 unice verum est ἐποθήσαμεν, πενθεῖν non de *absentibus* dicitur sed de *mortuis*.

Epist. 3. § 2. ἤκουσα ἑνός: *Attici* τινός, tum ἀνυποδήτου καὶ ἐνερόχρωτος vel sine librorum auxilio in ἀνυποδήτων καὶ ἐνεροχρώτων erat refingendum. Quid sit ἐπιςύΦειν ἄνοιαν ipse ALCIPHRON, credo, nesciebat.

Epist. 4. § 1 γεωμορίᾳ προσανέχοντες: quam fatuum est pro γεωργὸς dicere velle γεωμόρος. Vitiosum esse crederem, ni me alius Graeculus retineret, ISIDORUS in *Anthol.* Tom. III. p. 178.

ἔκ με γεωμορίης Ἐτεοκλέα πόντιος ἐλπὶς
εἵλκυσεν ὀθνείης ἔμπορον ἐργασίης,

Digitized by Google

*mercator* homo factus est ex *rustico*, ut vides. § 3 τεχθῆναι: *Attici* γενέσθαι. § 4 εἰς τὸν ἄνδρα: illi ὡς vel πρός.

Epist. 4. ἄγεις ὡς ἑαυτόν: lege σαυτόν. — Ibid. ὁ Θεμιστοκλῆς ὁ τοῦ Νεοκλέους: Rhetor dixerat ὁ τοῦ Νεοκλέους, ut illis solemne est, ὁ τοῦ Σωφρονίσκου, ὁ τοῦ Ἀρίστωνος, ὁ τοῦ Κλεινίου, magistellus adscripsit ὁ Θεμιστοκλῆς, nunc utrumque coniunctum soloecam orationem facit. § 2 σὺν δικαίῳ πλουτεῖ: *Graecum* est σὺν τῷ δικαίῳ.

Epist. 6. § 2 πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν ἀφροδισίων κεχυμένος: *Graeci* et *Romani* in ea re dicunt *effusus*, repone ἐκκεχυμένος. Quod praecedit τὼ ὀφθαλμώ nemo dicebat, sed τὠφθαλμώ, non τὰ ἐπιτήδεια (Epist. 9. 1), sed τἀπιτήδεια omnes. Sequiorum temporum scribae crasin *Atticam* passim obscurarunt, quod melius, si quid dabitur otii, in PLATONE et optimis *Atticis* aliquando ostendemus. § 2 κωμάζουσιν εἰς αὐτήν: lege πρὸς αὐτὴν et pro δῶρον ἀποφέρει repone προσφέρει. Sigla scribas fefellit; similiter mox προσπέμπεις requiro pro εἰσπέμπεις. In ultimis verbis καὶ σὲ γράψεται παρὰ τοῖς δικασταῖς κακώσεως apparet quam diligenter ex Oratorum lectione iudiciorum rationem et verba forensia cognoverit. Omnes in talibus ridicule impingunt. Mirificum sane ψήφισμα LUCIANUS in *Timone* expromit cap. 50 et 51, ut eum numquam talibus in Historicis et Oratoribus legendis dedisse operam suspiceris; quo gravius errant qui in Antiquitate *Atheniensium* illustranda istis testibus utuntur omnium rerum ignaris et ὅττι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔλθῃ veris et genuinis confidenter substituentibus.

In Epist. 7. ἐπειδὴ τἀμὰ κατεάγη: legitur de librarii coniectura non satis felici, quam ex *Veneto* codice MEINEKIUS in ordinem recepit. Veram scripturam servat vetus mendum κατεάγετο, unde κατέαγε incolume evasit. Graeculi et librarii in eo verbo turbare solent. *Athenienses* dicebant κατεαγέναι et καταγῆναι, Graeculi huius rei immemores κατεᾶχθαι dictitant et καταχθῆναι. Saepe DIO CHRYSOSTOMUS, LUCIANUS, alii, sic peccant. In LUCIANI *Timone* 10 κατεαγμέναι καὶ ἀπεστομωμέναι εἰσὶ δύο ἀκτῖνες legitur vitiose pro κατεάγασι. Quia apud ALCIPHRONEM *perfectum* requirit sententia loci, salva res erit si κατέαγε repones.

Epist. 8. ἄκουε δέ: scribe δή. — τὴν γνώμην ἐξενεγκεῖν: *Attici*



Digitized by Google

*ἀποδείξασθαι* vel *ἀποφήνασθαι*. § 3. *καθαρὰς ἀδικημάτων*: *ἀδικημάτων* melius aberit. § 4. *ὅπου γὰρ ἂν ῥέψῃς*: sic negligenter admodum *οἱ ἰδιῶται* loquebantur pro *ὅποι*, quos castigat PHRYNICHUS p. 43. quo vivo *ποῦ ἄπει* securi dicebant, unde nunc huiusmodi vitia XENOPHONTEM, PLATONEM, DEMOSTHENEM, alios inquinant.

Epist. 9. quid sit *ἀποδίδοσθαι καὶ ὠνεῖσθαι ἐπὶ λεπτῶν κερμάτων* nescio, hoc scio pro *λυπηρὰν φέρει τὴν παραμυθίαν* verum esse *λυπράν*, *tenue solatium*. § 3. *ἐςαι παρ' αὐτοῖς τις διὰ σοῦ παραμυθία*: imo vero *παρ' αὐτῶν*. *Διονυσίων ἢ Ἀπατουρίων τελουμένων*: *Attici ἀγομένων*. — *πολλοῦ δύνασθαι*: pessime pro *πολύ*.

Epist. 10. *πάντα πανταχόθεν συννέφελα*: civis *Atticus* dixisset *συννένοφεν*, idque ipsum ALCIPHRONEM dedisse suspicor, librarios formam, quam non caperent, oblitterasse.

Epist. 11. classem mittere *εἰς τὴν ὑπερορίαν* nimis lepidum est. § 2. *φεύγομεν ἢ μένομεν*: lege *φεύγωμεν ἢ μένωμεν*. Memini me apud nescio quem legere senarium, apud EURIPIDEM, opinor:

*φεύγωμεν ἢ μένωμεν ἢ τί δράσομεν;*

Epist. 12. *ὡς ἂν ἔχοι — περιπλεῖν*: molles et delicatuli adolescentes *Attici* solebant animi causa *παραπλεῖν*. § 2. *κατακλιθείς*: revoca *κατακλινείς*. § 6. *οὐδὲ γὰρ οὐκ ὀλίγοι τῶν ὁμοβίων*: pro *οὐδέ* reposuerim *εἶδον* et mox in *τἀργύριόν με διέχει* requiro aoristum *διέχεε*.

Epist. 14. *ὑπὸ χρόνου* [*παλαιότητος*]: expunge.

Epist. 15. *τίς γάρ σοι τῶν ἐμῶν φροντίς*; male editur pro *γάρ σοί*. Bellissimum est quod sequitur *ῥᾳθυμίας ἠξιωμένον*: non enim, credo, quia *ἐπιμελείας πολλῆς ἠξιωμένον* bene dictum est, licet hoc in contrarium vertere.

Epist. 17. *ἐλπίδες οὖν καὶ τῶν πλησίον τινὰς ἐκαλοῦμεν μερίτας ἀποφαίνειν ἀπαγγελλόμενοι*: Nihili est *ἐλπίδες οὖν*, revoca duas litterulas fugitivas et habebis Rhetoris manum: *εὐέλπιδες οὖν κτέ*. In *ἀποφαίνειν* tralaticius error est, emenda *ἀποφανεῖν*. Sexcenties sic peccatur, plerumque impune. § 3. *τέλος μόγῳ πολλῷ*: non is est ALCIPHRON, qui in oratione *Atticam* referre satagente nomine *μόγος* utatur. Restituendum esse arbitror quod in hac re saepe legitur et apud alios et in AESCHYLI *Persis* vs. 509 *μόγις πολλῷ πόνῳ*. — *οὐχ ἵνα ἐπιγελάσῃς*: pervulgatus codicum error: *ἐπιγελᾶν* est *arridere*, requiritur *irridere*, *ἵν' ἐπεγγελάσῃς*.

Digitized by Google

Epist. 18. *τοῦτο γειτόνων ὁ βέλτιστος*: transpone *τοῦθ' ὁ γειτόνων*. Pro *ὠλίσθησεν* verum videri *ὤλισθεν* in superioribus significavimus. § 2. *ὁμοῦ γὰρ τῇ ὥρᾳ τῆς παιδίσκης ἠράσθης καὶ τοῖς κρούμασιν*: Meinekius *ἠρεθίσθης* coniecit, deinde *ἠγάσθης*. Neutri verbo in re amatoria locus est. Emendandum *ᾑρέθης*, *captus es.*

Epist. 19. *ἡμέτερος οὖν πρὸς μητρὸς ὁ Ἔρως*: quid sit *ἡμέτερος* non satis intelligitur, *ἡμετέρειος nostras* non ineleganter pro captu piscatoris dici poterat.

Epist. 21. *εἰ γὰρ ὁ τρέφων δεῖται τοῦ θρέψοντος, τίς ἂν εἴη ὁ τρέφεσθαι ὀφείλων*; quemadmodum in eadem re dicitur *τί γένωμαι*; *quid me fiet?* et *οὐδὲν εἰμ' ἄρα* et similia alia, sic apud ALCIPHRONEM corrige *τί ἂν εἴη*.

Epist. 22. § 2. *ἐξέτειναν*, scribe *ἐξέτεινον*.

Epist. 23. *κατεκτύπουν ἡμῶν οἱ ἄνεμοι*: incertum auctorisne an scribarum vitio ita legatur; certum est *Graecae* linguae et rationem et usum postulare *ἡμᾶς*, ut *καταυλεῖν τινά* vel *καταψάλλειν* dicitur ALCIPH. II. 1. § 2. *σὺ διὰ νυκτὸς ὅλης αὐτὸν καταυλεῖς*. *Καταβοᾶν τινά* apud ARISTOPHANEM eiusdem generis est et *καταβροντᾶν* et alia. Significant: *facere ut quis* strepitu et stridore, cantu tibiarum vel citharae, clamoribus, tonitruum fragore *non sit sui compos*, aut delinitus oblectamento aut terrore perculsus. Analogia eadem omnibus addit accusativos. — *τῆς νιφάδος χύμα πάμπολυ*: vitiosa admodum forma est *χύμα*, qua qui utuntur antiqui sermonis analogiam in talibus prorsus praeterviderunt, quae penultimam produci iubet, ut in *δῶμα*, *πῶμα*, *ἄρωμα*, *φῦμα*, *λῦμα*, — *δυμα*, *κρῖμα*, *κλῖμα*, *βῆμα*, *στῆμα*, — *δημα*, aliis, de quibus tum dicam accuratius quum primum occasio dabitur dicendi de Poëtastrorum licentia, qua linguam et metrum depravarunt. § 2. *εἰς τὰς θόλους* [*ἢ τὰς καμίνους*]: expunge emblema, ut mox [*πενία*]. § 3. *τὸν νιφετὸν πηγυλὶς διεδέξατο*: scribe *ἡ πηγυλίς*.

Epist. 24. *ἐκτίσομεν αὐτὸ τὸ μέτρον καὶ λῷον, ἐάν τις ἀφθονία γένηται*: scribe *αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον*, quae ex HESIODO ducta sunt *O. et D.* vs. 348.

Epist. 25. *μεμοίραται*: veteres *εἵμαρται*. — *καθήμενον ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐσχατιαῖς*: imo vero *ἐν ταῖς*.

Epist. 26. *οὐκ οἶδα τί παθών* tam male dictum est ac si quis *οὐκ οἶδα πῶς* vellet dicere. Scribe *οὐκ οἶδ' ὅ τι παθών*. § 2 *ση-*

Digitized by Google

τῶν: *Attici* σέων. § 3. ὅμως ἐδίδου, necessarium est ὅμως δ' ἐ.

Epist. 27. ἐγὼ δὲ οἶσω βαρέως μὲν οἶσω δὲ ὅμως: *Graeci* in huiusmodi re ita verba componunt: ἐγὼ δὲ βαρέως μὲν, οἴσω δ' ὅμως idque Rhetori reddendum. cf. I. 39. 2. III. 37. 3.

Epist. 28. μετέπεμψε — ἥκειν ὡς ἑαυτήν: neque μετέπεμψε probandum pro μετεπέμψατο et μετέπεμψεν ἥκειν dici non potest. Suspicor corruptum esse μετέπεμψε. — ἐξαπιναῖος pro adverbio contra veterum morem dictum est, qui saepissime ἐξαίφνης, nonnumquam ἐξαπίνης dicebant.

Epist. 29. 1. οἶδας: lege οἶδα. Pro ὑστερῆσαι assentior iis qui ἐστερῆσθαι corrigunt, possis et στερέσθαι, et pro εἰωθότος qui accurate cogitant εἰωθότα probabunt. § 2. οἶδα γάρ sine sensu editur pro οἶδε. § 3. οὐδ' ἂν τῶν σκυθρωποτάτων τις ἀπόσχοιτο. Graeculi omnes chorda oberrant eadem; consuetudo veterum pro τις postulat οὐδείς. Mox mendum manifestum est in τὸ δοκεῖν — οὐ πάνυ πείθομαι. § 5 κνισμός τις ἦ: dele ἦ.

Epist. 30. τὸν ἀγῶνα ἐπανείλετο: veteres ἐνεστήσατο. — τοῖς διδοῦσιν αἱ τυγχάνουσαι: dixisset *Atheniensis* τυχοῦσαι τοῖς δεδωκόσιν, si αἱ additur, requiritur κριθήσονται. § 3. ὅπη ποτὲ βούλει: scribe ὅπου ποτέ.

Epist. 31. §. 2. στερούμενος: corrige στερόμενος. § 3. προσδίκου — ἀπ' αὐτοῦ δεήσεις: *Graecum* est παρ' αὐτοῦ. § 4. οὐδ' ἄν, imo οὐδὲν ἄν.

Epist. 33. οὐ προσιέμην: aoristo opus est προσείμην § 2. ἀλῶα: nullum est adiectivum *Graecum* in -ῶος exiens, exeunt in -ῷος, Νειλῷος, Γελῷος, Κῷος, Ἀχελῷος, caeteraque sine exceptione omnia. Passim adversus hanc certam analogiam peccatur et omnia plena sunt errorum, quia ι adscriptum in *antiquissimis* tantum libris apparet, in caeteris negligitur. Ubique reponenda sunt ζῷα, ᾠά, θῳή, ἀθῷος, πρῴην, similia. Μινώα non est *Graecum* nomen sed Μινῴα. Itaque Ἀλῷα est reponendum. — ἀγερωχίαν et ἀγέρωχος Graeculi HOMERO sublegerunt, non item *Attici*. § 5. βραχύ μοι μέλει περὶ τούτων: *Attici* ὀλίγον μοι τούτων μέλει.

Epist. 34. § 2. ἐμάνης, Εὐθύδημε, οὐκ οἶδας οἷός ἐστιν ὁ σοφιστής: οἶδας pro οἶσθα non debet ALCIPHRONI imputari, qui εἰδώς, ut opinor, scripserat. — προσιέμην; et hic προσείμην reposuerim. — λῆροι: revoca λῆρος ταῦτ' ἐστί. καὶ λήρους addere solent iis rebus, quas se contemnere volunt significare, ut in hac ipsa

Digitized by Google

Epistola sub finem. § 6. *τυραννίδας ὀνειροπολεῖ*: sanius *τυραννίδα*. § 7. *σύγκρινον* pro *ἀντεξέτασον* magistri non iniuria improbabant, sed nemo audiebat. § 8. *νῦν μάλιςά γε*: expunge otiosam voculam.

Epist. 35. *εἰ ἡδονήν σοί τινα φέρειν οἴει*: satis hoc scire solemus, lege *φέρει* expuncto *οἴει*. § 2. *ἐνεφορησάμην*: melius *ἐνεφορήθην* et omnino minus antiquum et plebeium hoc verbum est. — *κλαίοντα*: et *Atticis* et Atticistis reddenda sunt passim *κλάειν* et *κάειν*, *κλαίειν* apud illos non minus est vitiosum quam *αἰετός* aut *αἰεί*. § 2. *μικρὰ δ' ἔπεςί μοι παραψυχή*: *solatium* alicui *ἐπεῖναι* non potest. Aut *ἔτι ἐςί* verum est aut *περίεςι*. — *ὑπὸ τὴν λυπρὰν ἐν τῷ συμποσίῳ μέμψιν*: mirum accidit *tenuis* et *exilis* obiurgatio. Dele *λυπράν*: suspicor ad *μαραινόμενον παραμύθιον* adscriptum esse *λυπρόν*, deinde huc invectum. In sequentibus *ὡς δὴ πᾶσι τοῖς ὑφ' ἡμῶν πεμφθεῖσιν ἀχθομένη* fugit BERGLERUM ratio, quum *ὡς μή* reponeret, quod reliqui retinuerunt. Infelix amator *ςεφάνια καὶ ῥόδα ὥσπερ ἀώρῳ τάφῳ* mittebat amicae (Epist. 36. § 5) alia omnia cupienti. Ἀ*χθομένη* igitur *πᾶσι τοῖς τοιούτοις* corollam sibi de capite detrahit eique *προσρίπτει*. § 4. *φοβοῦμαι μὴ μιμήσομαι*: verum est *μιμήσωμαι*.

Epist. 36. § 2. *οὐδ' ἐν τοῖς ἀργυρείοις ἐμοὶ μέταλλον*: *Athenienses* hoc *ἔργον* appellant, — *τοῦ χρόνου τούτου*: oportebat *τὸν χρόνον τοῦτον*. § 3. *φιλεῖς, ἄνθρωπε, φιλεῖς*: lege *φιλεῖν, ἄνθρωπε, φῄς* ex vestigiis scripturae codicum.

Epist. 37. *ἐπίκωμος — ἐφοίτα*: *Graecum* est *ἐπὶ κῶμον*. § 2. *δῆλός ἐςι μηδ' ὅλως ἡμῖν ἐντευξόμενος*: *Graeculi* discrimen inter *οὐ* et *μή* ita negligunt, ut saepissime *μή* scribant ubi *οὐ* est necessarium; *οὐδ' ὅλως* scriptum oportuit. § 3. *κοιμηθησόμενος*: veteres et veterum imitatores formas amant breviores, scribae suas obtrudunt longiores, *τιμηθήσομαι*, *ὠφεληθήσομαι*, *ζημιωθήσομαι*, alia. Repone *κοιμησόμενος* ut in § 1. In § 4. *ὃ — ἐκκορήσειεν*, *Graecum* est *ὅ τι — ἐκκορήσει*. illud ALCIPHRON, hoc scribae peccarunt. § 5. *εἴωθε τὰ φίλτρα ἀποσκήψειν εἰς ὄλεθρον*: supple *ἐνίοτε* vel *ἔσθ' ὅτε εἰς ὄλεθρον*, tum revoca *ἀποσκήπτειν*.

Epist. 38 § 4. *διωθεῖτο* pro *διεωθεῖτο* communis est describentium error, qui saepe in *ὠθεῖν* et compositis, saepe in *οὐρεῖν*, saepissime in *ὠνεῖσθαι* committitur. § 5. *ἀπεσκοράκισεν*

Digitized by Google

sero natum verbum est, quo et ipso oratio DEMOSTHENIS XI ubi p. 155, 15 legitur *σκοραχίζονται*, spuria esse arguitur. § 5. *εἰς οὐκ εὐδαίμονα βίου προαίρεσιν*: quomodo *προαίρεσις* possit *εὐδαίμων* esse non video, intelligerem *οὐκ εὐσχήμονα*. — *ὡς ἄδικον*: lege *ἀδίκως*. § 6. *ψαύω καὶ διαλέξομαι*: scripsit *ψαύσω*. — *οὐκέτι με Φαιδροῖς τοῖς ὄμμασιν ὄψεται μειδιῶσα*: fallitur, nam *ὄψεται* est *videbit*; requiritur *adspiciet προσβλέψεται*. § 7. *ἐκείνη γε*: quid sibi velit *γε* difficile dictu. § 8. *συλήσασα ἀνηλεῶς*: melius *νηλεῶς*. § 9. *καὶ λαλεῖν καὶ γράφειν*: unus codex *λέγειν*, ut veteres. Utrius sit error non facile est dispicere. Ridiculum est *λαλεῖν* sed omnes dudum ita errabant, ut impune ferrent omnes.

Epist. 39. *μηδ' ἀκαριαίως*: scribe *ἀκαρῆ*. Pro *διαζευχθῆναι* usitatius erat *διαζυγῆναι*. — *Δέσποινα Ἀφροδίτη* tam bene *Graece* sonat atque *παρὰ Ἀθηναίοις*, *μετὰ Ἀλεξάνδρου* cet., quae in codicibus leguntur, *Graecis* inaudita fuerunt; repone ubique *Δέσποιν'*. — *κληθεῖσα τοσοῦτον χρόνον*: restitue *ἐκ τοσούτου χρόνου*. § 2. *ἀποκοιμήσασα*: Verum est *κατακοιμίσασα*. § 3. *Περσεφόνη*: *Attici Φερσεφόνη*. § 5. *ἀπεδύσατο τὸ χιτώνιον*: Barbara forma *δύσασθαι* pro *δῦναι* apud omnes Graeculos in usu est, potuitque ALCIPHRON uti cum reliquis; hic tamen sententiae ratio postulat: *ἀποδῦσα δὴ τὸ χιτώνιον*. § 6. *νίκην ἀποφήνασθαι τῆς Θρυαλλίδος*: et alio nomine haec suspiciosa sunt et quod *τὴν νίκην* utique scriptum oportuit. Legerim: *νικᾶν ἀποφήνασθαι τὴν Θρυαλλίδα*, ut *ἔκρινα νικᾶν Αἰσχύλον* in *Ranis* 1473. — *περὶ ἄλλων συγκρίσεις*: male abundat praepositio. § 7. *πλούσιον κεκληρονόμηκε πατέρα*: *Attici πλουσίου πατρός*, docebant hoc Magistri, vide PHRYNICHUM p. 129. Frustra. § 8. *ἑστιώμεθα*: leg. *ἑστιασόμεθα*. — *τὸν σὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις*: ultima verba arguunt *σόν* esse expungendum.

Libri II. Epist. 1. *τῶν διαδημάτων*: aliquanto melius *τοῦ διαδήματος* dedisset. § 2. *καὶ ἠλογημένη σιωπῶ*: quid sit *ἠλογημένη* frustra quaeritur. Suspicor *καὶ διηπορημένη σιωπῶ*. § 3. *καὶ ἀγῶνα ἔχω εἰ τὰ πρότερα τοῖς ὑστέροις νικῶ*: corrige *ἀεὶ τὰ πρότερα τοῖς ὑστέροις νικᾶν*. § 4. *χρῆσθαι τῷ ἐμῷ σώματι*: *Atticus ἐμῷ* omisisset. § 5. *οὐδὲ προσέβλεψαν ἔτι πολλοὶ οὐδὲ ἐπείρασαν*: qui intelligit quid significet *οὐδὲ προσέβλεψαν* mecum *οὐδὲ ἐπείρασαν* delebit. Perinde est ac si diceres *οὐδὲ διενοήθησαν τοῦτο ποιεῖν οὐδὲ ἐποίησαν*. — mox dele *ἀπογνωσθείς*, olim ad

Digitized by Google

ἀπελπίσας adscriptum. § 6. ταῖς ἐλπίσι διακρατεῖν τοὺς ἐραστάς: διακρατεῖν nihil est: veteres in ea re διάγειν ponebant et credo ALCIPHRONEM veteres esse imitatum. § 7. ὡς ἐπιδεικνύναι: corrige ὥστ'. § 8. Θηριππιδίου: emenda Θηριππίδου. — ἐν ὅλῃ τῇ [Ἀθηναίων] πόλει: dele importunum emblema. § 9. ἀλλ' αὐτοὶ μὲν χαιρόντων, σὺ δὲ: lege οὗτοι. — ἄριστα γὰρ ἣν βούλει: imo vero: ἣν σὺ βούλει.

Epist. 2. οὐδὲν δυσαρεστότερον — ἐστὶν ἄρτι πάλιν μειρακευομένου πρεσβύτου: ἄρτι vitiosum est, nam haec quoque insania ab initio tolerabilior est viresque acquirit eundo. Legerim ἄρα. — οἷά με Ἐπίκουρος διοικεῖ: quis hoc concoquere potest? Quamquam διοχλεῖ propius ad corruptam scripturam accedit, ob sequentia malim διέθηκε. — ἐπιστολὰς ἀδιαλείπτους μοι γράφων: potest ea res molestissima esse, sed est eadem saepe iucundissima. In codicibus est ἀδιαλύτους, in quo mendo credo latere διωλυγίους. Notissima est RUHNKENII de eo vocabulo annotatio ad TIMAEUM p. 88, qui magnam exemplorum copiam effudit: unde ad nostrum locum duo sunt perquam accommodata PLATONIS μακρὰ καὶ διωλύγιος φλυαρία *Theaet.* p. 161 *E* et μήκη διωλύγια in *Legibus* p. 890 *E*. § 3. στωμυλεύεσθαι καὶ εἰρωνεύεσθαι: barbara forma pro στωμύλλεσθαι. Fefellit librarium ἡ παρήχησις. — Ἀλκιβιάδην τινὰ Πυθοκλέα νομίζει: certa lex sermonis postulat τὸν Πυθοκλέα. HIRSCHIGIUS τινα in τόν mutabat, utroque opus est. — ἀναστᾶσα ὅπῃ ποτέ: lege ὁποίποτε. § 4. γνώμην σου βουλομένη λαβεῖν τί μοι ποιητέον: nemo sic veterum locutus est pro συμβουλεύσασθαί σοι. — ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν: *Attici* ἐν γειτόνων. Deceperunt ALCIPHRONEM loci, qualis hic est apud LYSIAM. I. § 14. εἶτ' ἐκ τῶν γειτόνων ἐνάψασθαι, quorum diversa ratio est. Obiter illic repone: ἀνάψασθαι nempe ἀποσβεσθέντα τὸν λύχνον. § 6. μή σοι ταῦτα ὑπελθέτω: emenda ταῦτ' ἐπελθέτω, rectius etiam ἐπέλθῃ scripsisset. — λαβέτω καὶ ἃ ἔχω: supple ἀγὼ ἔχω. § 7. quid sit καταλιπὼν τὴν ἑαυτοῦ νεότητα non exputo, neque quod bene substituam reperio. § 8. καὶ ἴδρωκα τὰ ἄκρα: pro ἴδρωκα, cuius mihi ratio non constat, ἰδίω reposuerim *Atticorum*. § 9. πρεσβευτάς: *Athenienses* libentius πρέσβεις dicunt. § 10. καὶ ἐγὼ ἔσομαι τοίνυν ὅμοια αὐτῷ ἀναίσχυντος: si hoc voluisset ὁμοίως scripsisset. Emenda: κἀγὼ ἔσομαι τοίνυν ὁμοία αὐτῷ, quibus magistellus ἀναίσχυντος adscripsit.

Digitized by Google

Epist. 3. *ὡς οὐδὲν ἐπαίρων*: *ὡς* onerat locum et abiiciendum est. — *ἐμοὶ χωρίς σου*: scrib. *χωρὶς σοῦ*. § 2. *τίνι δὲ — δυναίμην*: supple *δ' ἄν*. § 4. *σαλακωνείας*: genuina forma est *σαλακωνίας*. § 5. *ἀπὸ Πτολεμαίου γράμματα*: apage, necessarium est *παρά*. § 6. *σύ μοι — Ἀρεοπαγῖτις βουλὴ καὶ Ἡλιαία, ἅπαντα — ἀεὶ γέγονας καὶ νῦν ἔσῃ*: bis necessaria copula excidit; scribendum: *καὶ Ἡλιαία καὶ ἅπαντα ἀεί τε γέγονας καὶ νῦν ἔσει*. § 8. *πλεῖν μὲν καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπιέναι μακρὰν οὕτω καὶ ἀπῳκισμένην βασιλείαν οὖσαν*: contrario errore bis copula male irrepsit: apparet, opinor, coniungenda esse *μακρὰν οὕτω ἀπῳκισμένην*, nam iocularis est *μακρὰ βασιλεία*. In praecedentibus emenda: *πλεῖν μὲν γὰρ εἰς Αἴγυπτον* expuncto *ἀπιέναι*. — *ἐν Αἰγίνῃ ταύτῃ γε*: Verissimum est quod scite Hermannus dixit: *ne bruta quidem edunt sonos* nihil *significantes*, ex quo genere illud *γε* est. Lege *ταυτηί*: potueritne ALCIPHRON *τῇ πλησίον* adiicere multum dubito. § 9. Vitiosum acumen docti homines invexerunt: *ἥδιον τὰς σὰς θεραπεύω μᾶλλον ἀγκάλας ἢ τὰς [αὐλὰς] ἁπάντων τῶν σατραπῶν καὶ βασιλέων*: de suo addiderunt *αὐλάς*, quod erat pro *ἀγκάλας* restituendum: *τὰς σὰς μᾶλλον αὐλὰς ἢ τὰς ἁπάντων κτέ.* Sequitur *ἐπικίνδυνον μὲν οὖν τὸ ἀνελεύθερον, εὐκαταφρόνητον δὲ τὸ κολακεῦον, ἄπιστον δὲ τὸ ἀτυχούμενον*, quae impedita sunt et depravata. Intelligi ita demum poterunt, si definitum erit quo haec referantur, ubi tandem et apud quos *τὸ εὐτυχούμενον ἄπιστον, τὸ κολακεῦον εὐκαταφρόνητον* esse dicatur. Nempe *in aula regia*, quam propterea sibi MENANDER vitandam esse scribat. Lege igitur: — *βασιλέων, ἵν' ἐπικίνδυνον μὲν τὸ ἀνελεύθερον κτέ.* Si hoc vicero, nullo negotio tollam stolidum mendum, quod superest: *τὸ ἀνελεύθερον* non solet esse *ἐπικίνδυνον*; quam vellem illic aetatem degere, ubi *τοῖς ἀνελευθέροις* non esset satis tutum. Praecipue autem *regia aula* apud libertatis amatores olim male audire solebat. Celebratum dictum EURIPIDIS:

> *ὅστις γὰρ ὡς τύραννον ἐμπορεύεται*
> *κείνου 'στὶ δοῦλος κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.*

POMPEIO in ore erat ad PTOLEMAEUM festinanti. Asperius etiam *Graeci* in cruda servitute:

> *αὐλὰς θεραπεύειν ἐστὶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,*
> *ἢ φυγάδος ἢ πεινῶντος ἢ μαστιγίου.*

Digitized by Google

ex illorum igitur opinione tuto licebit reponere: *ἵν' ἐπικίνδυνον μὲν τὸ ἐλεύθερον κτὲ.* § 10. *τὰ ἐν ταῖς αὐλαῖς ἐπίφθονα*: suspicor *ἄφθονα* genuinum esse. § 11. *ποίαν αἵρεσιν*; si sine vitio est impegit ALCIPHRON, ut in *θεσμοθέταις κεκισσωμένοις*, quos *myrto* coronatos fuisse satis constat, non *hedera*. Ipsum *κεκισσωμένος* unde arripuerit non comperi. Athenienses *κιττῷ ἐστεμμένος* dicebant vel *ἐστεφανωμένος*. § 12. *εἰς Αἴγυπτον μέλλω χρυσὸν λαβεῖν*: veteres *ληψόμενος*. ibid. *χρυσὸν λαβεῖν καὶ ἄργυρον καὶ πλοῦτον*: mire additur *καὶ πλοῦτον*: male *metalla* nominat *χρυσὸν καὶ ἄργυρον* pro *nummis χρυσίον καὶ ἀργύριον*. quid multa? Rhetor flosculum Platonicum decerpserat, quem librarii interpolando sustulerunt. Legitur in *Legibus* VII. p. 801 *B. οὔτε ἀργυροῦν δεῖ πλοῦτον οὔτε χρυσοῦν ἐν πόλει ἱδρυμένον ἐνοικεῖν*, atque eae divitiae cum contemtu solent animi ingeniique divitiis veris opponi. Hinc igitur MENANDER: *χρυσοῦν λαβεῖν καὶ ἀργυροῦν πλοῦτον*. § 16. *τὸν Ἀττικὸν ἀεὶ στέφεσθαι κισσόν*: veteres *στέφεσθαι κιττῷ* vel *κιττοῦ*. — *ἀγωνιῶντα* [*καὶ φοβούμενον*]: emblema est manifestum. § 17. *ἄξιος τοιούτου ἀγαθοῦ*: rectius *τοσούτου*.

Epist. 4. § 2. *τί ἄρα, τί σοι*: legendum: *τί ἄρα σοι*. — *ἀλλοιοτέρα νῦν ἡμῖν τις πέφηνας*: *τις* retineri non potest, sed delendum est. Obversatur Rhetori HOMERUS *Odyss*. π. 181:

*Ἀλλοῖός μοι, ξεῖνε, φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν*,

neque *ἀλλοῖός τις* dici potest, ut *ποῖός τις*, neque si hoc esset *Graecum*, dirimi haec possent, nisi particula interposita, ut *ποῖος γάρ τις*. § 3. *ἔφρασαν* iterum cedat vulgatae *ἔφασαν*, *inquit* est *ἔφη* non *ἔφρασε*. § 4. *Αἰγυπτίοις ἀττικισμοῖς*: non tantum pessimum hoc est *ἀττικισμῶν* genus, sed absurdum et in librariorum cerebro natum. Lege *ἀστεϊσμοῖς*. — *ἀδύνατα σπουδάζειν*: veteres *σπεύδειν ἀδύνατα*, *ἀδυνάτων ἐρᾶν* et *περί τι σπουδάζειν* solent dicere. § 6. *ἐνσκηνοβατουμένου*: huiusmodi verba fingunt Graeculi et tamen se *ἀττικωτάτους* esse putant. § 9. *παρεῖσα τὴν μητέρα* — *ἔσομαι συμπλέουσά σοι*: *παρεῖσα* pro *καταλιποῦσα* ALCIPHRONIS error est, *συμπλέουσα* pro *σύμπλους* librariorum. — *ἄτερ μίτων*: melius *μίτου*. § 10. *ἀμπλακήματα*: ab huiusmodi oratione alienum verbum priscum, poëticum: de cuius vera forma vide ELMSLEIUM ad *Medeam* vs. 115. — *οὐδὲν χωρίον ἡμῶν τοὺς ἔρωτας οὐχὶ δέξεται πλήρεις*: *ἔρωτες πλήρεις*

Digitized by Google

vel *κοῖλοι* vel *κενοί* neque cogitari neque dici possunt. Conieci *εὐμενές*, quod ad *χωρίον* refertur et sic peridoneam sententiam facit. § 12. *ἀμιγὲς ἡδοναῖς*: corrigendum *ἡδονῆς*. § 14. *εἰδῶμεν τί λέγει τὰ ἱερά*; pervulgatus error pro *ἴδωμεν*. — *ἀπολογίαν ἕξομεν*, [*καὶ πορευόμενοι καὶ μένοντες*] *πρὸς ἀμφότερα τοὺς θεούς*. Praecedit *εἴτε λῷον ἀπιέναι εἴτε μένειν*, neminem poenitebit emblema, quod indicavimus, sustulisse. § 16. *καὶ πέμματα σελήνης καὶ ἄγρια φύλλα τῶν ἀνθρώπων*. Occupavit MEINEKIUS emendare *καὶ* [*πέμματα*] *σελήνας*: in *ἀνθρώπων*, id est in codicum scriptura *ἀ̅ν̅ω̅ν*, delitescit *ἄγνων*, quod ita in libris exarari solet ut hoc an *ανων* scriptum sit, oculis discernere non possis. § 17. *φθήσεσθαι Πειραιόθεν ἐλθεῖν*: *Attici* constanter *ἐκ Πειραιῶς* dicebant et *ἐλθών*. § 18. *ὅλως*: lege *ὅλος*. § 19. *εἴ γε μεταβουλεύσαιο τῆς πρὸς βασιλέα ἀφίξεως*: neque *βουλεύομαι* neque *μεταβουλεύομαι* cum genitivo coniungi potest, quamobrem *περί* excidisse suspicor. — *ἃ μάλιστα ὀνῆσαι δύναται Πτολεμαῖον*: non hoc, puto, GLYCERA cogitat, ecquid illae fabulae regi *prodesse* possent, sed *placere*: non *utilitatem* magis quam *oblectamentum* habiturae apud hominem minime *δημοκρατικόν*: itaque pro *ὀνῆσαι* credo *ἧσαι* esse rescribendum. Verbum *ἥδειν*, sequioribus *Atticis* non infrequens, Graeculi saepius usurpant. Satis scitum est apud SYNESIUM *Epist.* 154: *τοὺς μὲν γὰρ ἥσει, τοὺς δὲ ὀνήσει*. § 20. *ἀφείς*, ut supra *παρεῖσα*, male pro *καταλιπών*. § 21. *πρωρατεύειν*: restituenda est ubique forma *πρῷρα* in compositis et derivatis. — *κυβερνᾶν μυηθήσομαι*: Neminem vidisse *μαθήσομαι* requiri! caetera et depravata sunt et vel sine vitio, opinor, inepta et insulsa fuerunt. GLYCERA *κυβερνᾶν μαθοῦσα* et clavum ipsa tenens ut navis sine infortunio in *Aegyptum* perveniat sophistici est et pravi acuminis, in quo immorari non lubet: *ἀκύμων*, in quo hic docti homines adhaeserunt, obiter PLUTARCHO reddendum in *Numa Pompilio* cap. XX, *συμμετασχηματίζονται πρὸς τὸν ἐν φιλίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ — ἀμύμονα καὶ μακάριον βίον*, ubi si quis dubitabit *ἀκύμονα* recipere eum ipse PLUTARCHUS expugnato in *Galba* scribens cap. X, *εἰς βίον ἀκύμονα καὶ γῆρας εἰρήνης καὶ ἡσυχίας μεστόν*.

Libri III. Epist. 1. *οὐκέτ' εἰμὶ ἐν ἐμαυτῇ, ὦ μῆτερ*: Atheniensibus solemne est *ἐν ἐμαυτοῦ* dicere.

Epist. 2. § 2. locus misere habitus est, in quo aliquid ha-

Digitized by Google

riolandum, v. c. καὶ κατὰ ταύτην τρέπου, τὸ κακὸν κτέ.

Epist. 3. § 3. ἑτοῖμος ἦν ἐπιλήψεσθαι: verba manifesto corrupta. § 4. Πασίωνα pro Πασίωνα dudum receptum oportuit. — μηδ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ κατασκλῆναι: quidquid attigeris ulcus est, neque ἂν φθάνοιμι sanum est, neque φθάνειν pro μέλλειν recte est positum, neque infinitivum habere potest. Satius est abstinere manum.

Epist. 4. ἀπεσκληκέναι κινδυνεύω τῷ λιμῷ κεντούμενος: perfecto locus non est post verbum κινδυνεύω, non potest id iam factum esse quod ut fiat periculum sit: itaque κατασκλῆναι ab EUSTATHIO grati accipimus, cuius testimonium ad praecedentem Epistolam BERGLERUS adduxit hocce p. 1508, 42. τοῦ δὲ σκλῶ παράγωγον σκλαίνω, ὅθεν παρὰ τῷ Ἀλκίφρονι τὸ · κατασκλῆναι κινδυνεύω λιμῷ. De forma σκλαίνω autem vehementer fallitur, ut saepe Graeculi mirificas comminiscuntur formas verborum ex derivatis, ex κατέαξα repetunt κατεάσσω (ut πήσσω, ῥήσσω), ex ἀμφιέσαι ἀμφιέζειν, ex ἐδασάμην δάζομαι (pro δαίομαι), alia; κατασκλῆναι est a κατασκέλλω, quod apud recentiores est κατασκελετεύω. Ἀποσκλῆναι an κατασκλῆναι legatur perinde esse arbitror; ἀποσκλῆναι optimum auctorem habet ARISTOPHANEM in *Vespis* vs. 160, unde arripuit MOERIS in v.: ἀποσκλῆναι, ad quem lectu dignissima PIERSONUS collegit utramque formam perite vindicans. Simillimum est Plautinum in *Boeotiae* fragmento:

*maior pars populi aridi reptant fame.*

Quid autem facias participio κεντούμενος, quod ab hoc argumento alienissimum est? κεντεῖν est *confodere* cominus, gladio, pugione. *Enecare fame* est ἀποκναίω. Nihil superest, nisi ut vocabulum importunum et molestum deleatur; ostendam statim quam proclives fuerint lectores acutuli ad inserendum aliquod fulcrum huiusmodi, ubi orationem non satis firmiter consistere suspicarentur. § 2. τάχιον: improbatur ab omnibus pro θᾶσσον.

Epist. 5. μένει: ex Graeculorum more pro οἰκεῖ.

Epist. 6. § 2. κινδυνεύω τοῖν ὀφθαλμοῖν τὸν ἕτερον συςαλῆναι ὑπὸ τῶν ῥαπισμάτων ἐνοχλούμενος: Dubito nonnihil de συςαλῆναι, non enim oculus pugnis contusus συςέλλεται: cogitavi de συσκλῆναι, *contabuisse*, cuius verbi quamquam certa est auctoritas, tamen exempla mihi apud scriptores non lecta, apud

*Grammaticos* et λέξεων consarcinatores lecta sunt, HESYCH. v.: συνέσκληκε, συμπέπηγε, et in ῥητορικαῖς λέξεσιν BEKK. *Anecd.* I. p. 304. At quocumque verbo Rhetor usus est, Parasitus altero oculo captum se scribit ὑπὸ ῥαπισμάτων, quod additur ἐνοχλούμενος e stolida interpolatione et manifesta, ut opinor, accessit. Neque enim participio qualicumque opus est neque ullum insulsius addi potest quam ἐνοχλούμενος, quasi vero qui cui oculum pugnis paene effodit, a sobrio dici possit homini *negotia facessivisse*. Apage ineptias. Magistelli saepiuscule eodem modo talibus de suo participium aliquod agglutinant, quod pro sua Graecitatis peritia supplendum esse suspicantur. Ea fraus manifesta tenetur si participium ab istis additum etiam alio nomine absurdum est. Exempla huius rei tres praestantissimi scriptores suppeditabunt, PLATO, THUCYDIDES et HERODOTUS. Aequissimo animo tulerunt editores PLATONIS in libro *de Republica*. VIII. p. 553. *A.* ὅταν αὐτοῦ παῖς γενόμενος τὸ μὲν πρῶτον ζηλοῖ τε τὸν πατέρα καὶ τὰ ἐκείνου ἴχνη διώκῃ, ἔπειτ' αὐτὸν ἴδῃ ἐξαίφνης πταίσαντα ὥσπερ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει καὶ ἐκχέαντα τά θ' αὐτοῦ καὶ ἑαυτὸν ἢ στρατηγήσαντα ἤ τιν' ἄλλην μεγάλην ἀρχὴν ἄρξαντα εἶτ' εἰς δικαστήριον ἐμπεσόντα βλαπτόμενον ὑπὸ συκοφαντῶν ἢ ἀποθανόντα ἢ ἐκπεσόντα ἢ ἀτιμωθέντα καὶ τὴν οὐσίαν ἅπασαν ἀποβαλόντα. Eximium locum totum apposui ut duplici mendo liberarem; alterum est in verbis ὥσπερ πρὸς ἕρματι [πρὸς] τῇ πόλει, in quo repetitum πρὸς comparationis vim frangit et venustatem perimit, non enim qui in republica offendit cum eo comparatur qui ad scopulum impingit, sed ipsa respublica veluti scopulus aliquis esse dicitur ad quem quis adhaeserit. Tum βλαπτόμενον inepto interpolatori deberi unusquisque *Graece* paulo doctior assentietur BADHAMO, qui in Praefat. ad *Phaedrum* p. X. haec posuit. »*Resp.* 8. 554, ἐμπεσόντα [βλαπτόμενον]." Non poterat interpolator ineptius participium in ea re ponere quam βλαπτόμενον, in eo quoque turpiter lapsus, quod participio credidit opus esse qualicumque ut fulciretur oratio. Nempe Graeculi non satis assequebantur quî tandem εἰς δικαστήριον ἐμπεσεῖν ὑπὸ συκοφαντῶν dici posset. Prorsus nesciebant usum antiquioris linguae, quo verbis ἐκβάλλειν, ἐμβάλλειν, περιβάλλειν, μεταβάλλειν aliis, verba ἐκπίπτειν, ἐμπίπτειν, περιπίπτειν, μεταπίπτειν

Digitized by Google

erant pro passivis ut formae activae ἐξέβαλον responderet passiva non ἐξεβλήθην sed ἐξέπεσον, ut non ἐκβέβλημαι diceretur sed ἐκπέπτωκα, non ἐκβληθήσομαι sed ἐκπεσοῦμαι, atque ita in caeteris. In ARISTOPHANIS *Pluto* vs. 244:

γυμνὸς θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνου,

non est *foras excidi* aut *elapsus sum*, sed ut TERENTIUS dicit *exactus sum* foras. Haec omnia quemadmodum formae passivae significationem habent ita et syntacticam rationem sequuntur eandem: itaque qui *a populari factione in exsilium eiectus est* dicitur ἐκπεσεῖν ὑπὸ τοῦ δήμου vel ἐκπεπτωκέναι ὑπὸ τοῦ δήμου vel (quod prorsus idem est) φεύγειν ὑπὸ τοῦ δήμου: quod active dicitur τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλεν id per formam passivam ita dicendum est: οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δ' ἐξέπεσον. Exemplorum affatim est apud historicos caeterosque passim. Quae autem ratio in ἀποκτείνειν et ἀποθνήσκειν, in τέθεικα et κεῖσθαι, in βάλλειν et πίπτειν passim obvia et nota est, eadem in aliis quoque cernitur, de quibus nunc duo tantum attingam. Λέγειν τινὰ εὖ, κακῶς, πολλὰ κακά, similia. si in passivam formam sunt convertenda, in locum formae λέγομαι, quae non est in usu, subit ἀκούω et pro λοιδορεῖν et λοιδορεῖσθαι dicitur κακῶς λέγειν et κακῶς ἀκούειν, sicuti pro εὐλογεῖν et εὐλογεῖσθαι antiqui dicebant εὖ λέγειν et εὖ ἀκούειν: hinc igitur κακῶς ἀκούειν ὑπό τινος dicitur, vel πρός τινος, εὖ ἀκούειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν, similia. CATO censorius filium ipse docuit litteras: οὐ γὰρ ἠξίου τὸν υἱὸν, ὥς φησιν αὐτὸς, ὑπὸ δούλου κακῶς ἀκούειν μανθάνοντα βράδιον (PLUT. in vita, XX) id est λοιδορεῖσθαι, ut vides. Facile erit, ubi hoc accurate perspexeris, emendare locos, quos Graeculi ex huius rei ignoratione interpolarunt. In PLATONIS *Hippia maiore* p. 308. d. recte legitur ὑπό τε ἄλλων τινῶν τῶν ἐνθάδε καὶ ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου πάντα κακὰ ἀκούω, sed interpolatio apparet in vicinis: συμβέβηκε δή μοι κακῶς μὲν ὑφ' ὑμῶν ἀκούειν [καὶ ὀνειδίζεσθαι], κακῶς δὲ ὑπ' ἐκείνου, manifestum tenemus falsarium, non enim putide abundant tantum verba καὶ ὀνειδίζεσθαι sed concinnitatem membrorum in bipartita oratione moleste perturbant. Saepe PLATO contraria contrariis opponens usum dicendi in talibus aperit, ut in *Critone* p. 50. e πρὸς μὲν ἄρα σοι τὸν πατέρα οὐκ ἐξ ἴσου ἦν τὸ δίκαιον, ὥστε ἅπερ πάσχοις καὶ ἀντιποιεῖν οὔτε κακῶς ἀκούοντα ἀντιλέγειν οὔτε τυπτόμενον

Digitized by Google

ἀντιτύπτειν, vides κακῶς ἀκούοντα ἀντιλέγειν perinde dici atque λοιδορούμενον ἀντιλοιδορεῖν, quo facilius est THEOPHRASTUM veteri mendo liberare in *Charactt.* cap. VI: ὀμόσαι ταχὺ, κακῶς ἀκοῦσαι [καὶ λοιδορηθῆναι] δυνάμενος, hic quoque manifesto indicio fraus tenetur. Eodem vitio liberandus est PLUTARCHUS in *Theseo* 16: καὶ γὰρ ὁ Μίνως ἀεὶ διετέλει κακῶς ἀκούων [καὶ λοιδορούμενος] ἐν τοῖς Ἀττικοῖς θεάτροις. Quemadmodum igitur ποιεῖν et πάσχειν, λέγειν et ἀκούειν, ἐμβάλλειν et ἐμπίπτειν sibi inter se respondent, sic nonnulla composita verbi ἄγω pro ἄγεσθαι habent respondentem sibi formam ἰέναι, quod mihi saepius in κατιέναι pro κατάγεσθαι est observatum. Indocti scribae, quia hoc neque noverant neque intelligebant, solent omnia haec interpolando aut vitiando obscurare aut perdere. Quod EURIPIDES in *Medea* scripserat vs. 1011:

θάρσει. κάτει τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι·
ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἡ τάλαιν' ἐγώ.

arguit κάτει significare καταχθήσει sive καθόδου τεύξει, at scribae stolidam scripturam κρατεῖς τοι de suo dederunt, quam palmaria emendatione sanavit PORSONI ingenium. Exspectat adhuc medicinam THUCYDIDES VIII. 48: ὁ Ἀλκιβιάδης ἐδόκει οὐδὲν ἄλλο σκοπεῖσθαι ἢ ὅτῳ τρόπῳ ἐκ τοῦ παρόντος κόσμου τὴν πόλιν μεταστήσας ὑπὸ τῶν ἑταίρων παρακληθεὶς κάτεισιν, ubi THUCYDIDES ὑπὸ τῶν ἑταίρων κάτεισι scripserat, (id est καταχθήσεται, ut Graeculi dicebant,) παρακληθεὶς ab illo adiectum est qui ὑπὸ τῶν ἑταίρων non intelligebat. Bonum factum quod absurdum participium arripuit: non esset alia poena exsilio levior, si quis in integrum restitui posset ὑπὸ τῶν ἑταίρων παρακληθείς. Abstinuere manus in simillimis, ut in capite 68: νομίζων οὐκ ἄν ποτε αὐτὸν κατὰ τὸ εἰκὸς ὑπ' ὀλιγαρχίας κατελθεῖν. Sic prorsus eodem usu dicitur ὑπὸ τῶν ἑταίρων κατιέναι et IV. 66: ἐκπεσόντες ὑπὸ τοῦ πλήθους et I. 12, ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν aliaque complnscula. Plane eiusdemmodi vitium in HERODOTO deprehendi. IV. 132, οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι, quoniam non ipsa τοξεύματα βάλλει, sed τοξεύμασι βάλλονται οἱ ἀεὶ βαλλόμενοι, expunge ineptum participium ab inepto Graeculo adscriptum, quo facto quam acrior et vehementior exeat oratio et rei accommodatior quis est qui non sentiat?

(*Continuabitur.*)

Digitized by Google

# VARIAE LECTIONES

SCRIPSIT

C. G. COBET.

(*Continuantur e pag.* 128).

Revertor ad Alciphronis lectionem vulgatam ὑπὸ τῶν ῥαπισμάτων ἐνοχλούμενος, ubi non minus insulse additum participium est et eodem amandandum, quo βλαπτόμενον, παρακληθεὶς et βαλλόμενοι censuimus.

Epist. 7. ἀκαρῆ: *Attici* ἐν ἀκαρεῖ. § 2. φλέβα διατεμών: veteres σχάσας. § 4. παρώθει: παρεώθει. — ὀργασάμενος: *Attici* ὀργάσας. § 5. θαυμάζειν ποῦ καὶ τίνα τρόπον: dixisset *Atheniensis* θαυμάζειν πῶς. — Πειραιοῖ pro ἐν Πειραιεῖ. § 6. ἀπεκδέχεσθαι pro προσδέχεσθαι.

Epist. 8. § 2. ἀπάξαι pro ἀπαγαγεῖν extrema est barbaries, quae in Alciphronem non cadit: vulgata lectio est τάχιστα αὐτὴν καὶ ἄκουσαν ἀπάξαιμεν, in qua latere videtur τάχιστ' ἂν et ἁρπάξαιμεν. § 3. τοῦ νέου κόμματος: pro καινοῦ. § 4. λογίζονται: lege νομίζονται.

Epist. 9. ἐθορύβει: conieci ἔθει ῥύμῃ. — εὕρετο: debebat εὗρε. § 3. ζημίαν ἀπενέγκασθαι: *Attici* ζημίᾳ περιπεσεῖν.

Epist. 10. § 2. ἐῴκειν — πεπληρῶσθαι: veteres omnes in ea re ἐδόκουν. § 3. ὁ δῆμος Ἀθηναίων: supple ὁ Ἀθηναίων et pro προσελθόντες recipiendum erat παρελθόντες, quia, ut supra ostendimus, *Attici* dicebant παριέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν. § 3. ὅμως ἀνεγειρόμενος: lege ὅμως δ' ἀνεγρόμενος, tum ἐγὼ deleverim. Peccavit in sequentibus Rhetor quum ἐνθύμιον ποιησάμενος putavit exquisite dici posse pro ἐνθυμηθείς, non recordatus ὅτι τὸ ἐνθύμιον ἐτίθετο ἐπὶ τοῦ προστροπαίου παρ' Ἀττικοῖς, ut recte admonet Ammonius *de D. V.* p. 52. ubi utilia adscripsit Valcke-



Digitized by Google

NAERIUS et ad HEROD. II. 175. cui reddendum est: τὸν δὲ Ἄμασιν ἐνθύμιον ποιησάμενον pro ἐνθυμιστόν, quod nihil est. — ἔγνων εἶναι: bene *Graecum* est ὄντα.

Epist. 11. § 2. ἄλλα τινά: *Attici* ἄλλ' ἄττα.

Epist. 13. οἷός τε ἤμην ἐλάδια ἐμφυτεύειν: non dicit ἐδυνάμην sed προῃρούμην, παρεσκευαζόμην, itaque τε delendum; ἤμην Macedonicum est, repone ἦν: ἐλάδια scribendum ἐλᾴδια, ut κρεᾴδιον, caeteraque omnia huiusmodi. § 3. πονοίη, μάτην: μάτην cum πονοίη iungendum. — παραδοκῶν typorum vitium est pro καραδοκῶν.

Epist. 14. πατρώζεις: certa analogia postulat πατρῴζεις.

Epist. 16. ἔφερες ἂν καὶ τοῖς θεοῖς κιττόν: suppleverim: καὶ (αὐτὸς) τοῖς θεοῖς. § 2. νῦν δὲ ἀγροὺς καὶ γεωργίαν: supple ἀγροὺς (μέν).

Epist. 17. κατακοιμήσασα: sincerum est κατακοιμίσασα. § 2. προσλαβοῦσα ἀπελεύσῃ: scribis debetur sero natis pro προσλαβοῦσ' ἄπει.

Epist. 18. γενέσια ἑορτάζων: digladiantur inter se Magistri utrum γενέσια dicere ius sit nec ne pro γενέθλια vel γενέθλιος ἡμέρα. Negat PHRYNICHUS p. 103 contra quem adsurgit *Antiatticista* BEKKERI p. 86, 20. Secundum PHRYNICHUM videtur pronuntiandum: aliud est in iisdem verbis reprehendendum: γενέθλια θύειν *Attici* dicunt, at ἑορτάζειν Atticistae, unde fraus deprehenditur in PLATONIS qui fertur *Alcibiad.* I. p. 121 D. ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ βασιλέως γενέθλια ἅπασα θύει [καὶ ἑορτάζει] ἡ Ἀσία, ubi καὶ ἑορτάζει sciolo, qui adscripsit, reddendum.

Epist. 19. § 3. εἰς σὲ βαδιοῦνται: non nesciebat ALCIPHRON εἰς σοῦ *Graecum* esse.

Epist. 20. § 4. ἐξ ὀφθαλμῶν ἐποίει: pro ἐποιεῖτο.

Epist. 21. ἔχων: *Atticus* omisisset. § 3. πρὶν τὰς παρὰ τοῦ λύκου δίκας εἰσπράξασθαι: articulus τὰς vitiose abundat, caeterum *Atheniensis* dixisset πρὶν παρὰ τοῦ λύκου δίκην λαβεῖν.

Epist. 22. ἐπολέμουν τὰς σταφυλὰς dicere pro ἐλυμαίνοντο putida est sequiorum ἀκυρολογία. Accusativus etiam vitio apud istos invectus est. Per iocum potuit ARISTOPHANES dicere in *Pace* 740 τοῖς φθειρσὶν πολεμοῦντες, et saepe dicitur pro *ferre non posse et insectari*, sed nihil horum excusat hanc scribendi negligentiam. — τὰς ῥᾶγας ἔκοπτον: vulpeculae uvas non ἔκοπτον, sed

Digitized by Google

lubentius ἔκαπτον, opinor. Recurrit ἔκαπτον III. 60. 2. § 2. πνυκός: lege πυκνός. — σκαιότητα τρόπου: veteres τρόπων. — ἐπὶ τοὺς ἕνδεκα ἀγαγών: perpetuus est in talibus usus compositi ἀπαγαγών. § 3. ἄθυρμα: poëtae sublectum pro παίγνιον: προσηνές quid sit in tali re non perspicio. — νεκρόν: lectoris non admodum acuti additamentum. § 4. μὴ παθεῖν ἀναμένειν ἀλλὰ πρὸ τοῦ παθεῖν φυλάξασθαι: supple μὴ τὸ παθεῖν ἀναμένειν.

Epist. 23. ἔχω οὖν: corrige ἔχων οὖν et in seqq. πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς ἀπηρξάμην. § 2. εἰς νέωτα δὲ δέχοιο: lege πρoσδέχου. Imperativis optativos substituere Poëtastris solemne est, NICANDRO ante omnes: necessariam praepositionem sigla non intellecta sustulit.

Epist. 24. ἐμπίπλαται: e Graeculorum usu et errore passim irrepsit pro antiqua forma ἐμπίμπλαται.

Epist. 25. εἰς ἄςυ: Attice ἄςυδε. — ὦ Νόμιε: scrib. Νομίε. passim sic errari video, ut in Στρατίος et similibus. — ἀργεῖ ἡ γῆ: melius ἀργός. — χηρεύουσα τῶν ἐμπονούντων: χηρεύειν satis insulse HOMERO sublectum est. *Od.* ι. 123.

ἀλλ' ἥγ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος ἤματα πάντα
ἀνδρῶν χηρεύει, βόσκει δέ τε μηκάδας αἶγας,

πονεῖν autem pro ἐργάζεσθαι ab aequalibus sumsit.

Epist. 26. ἀποτιθεμένῳ: corrige ἀποθεμένῳ. — ὡς ὁμοῦ — προσοφλῆσαι: lege ὥσθ' et προσοφλεῖν.

Epist. 27. εἰς τοὐργαςήριον καθημένην: nullo exemplo et nullo sensu haec dicuntur, dixisset *Atheniensis* ἐπ' οἰκήματος καθημένην. § 2. ἐγὼ — σε τὰς καχρῦς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν φρύγειν ἀναπείσω: perdidisset operam, credo, neque hoc nesciebat, sed ἀναγκάσω scripsit, — οἷ κακῶν σαυτὴν ἐνέσεισας: *Attici* ἐνεκύλισας.

Epist. 28. συγκαθεύδειν μετὰ σοῦ: revoca σοὶ συγκαθεύδειν. § 3. ἐπὶ ἑνί: haec scribis placent, *Graecis* ἐφ' ἑνί.

Epist. 29. ἠπιςάμην: adde μέν. — pro εἶναι veteres ὄντα. — δικομαχοῦντας: verum est δικομαχοῦντας. § 2. κινήσας δίκας: nescio unde hoc arripuerit pro εἰπών. — ὅτι μοι πολλάκις: dele μοι, commune omnibus est quod commemorat quodque proverbio dicebatur πράγματ' ἐξ ἀπραξίας.

Epist. 30. ἀργὸν δὲ καθίζειν ὄνειδος: *Attici* καθῆσθαι. — παρ-



Digitized by Google

*ανοίξας τὸ θύριον*: magistri docent *παροίξας Atticum* esse; PHRYNICHUS BEKKERI p. 60, 20. *παρεῳγμένης τῆς θύρας*: *οἱ ἰδιῶται παρανεῳγμένης. ὁμοίως παροίξει τὴν θύραν.* Conspirat MOERIS v. *παροίξας*, p. 315. § 3. — *λάχος*: non potuit infelicius nomen ponere pro *μέρος*.

Epist. 31. § 2. dele *νῦν* et scribe *τἀκεῖ μυσταγωγεῖν* pro *κἀκεῖθι*.

Epist. 32. *οὐδεὶς τῷ μέτρῳ τὸ πίνειν ἔστεργε*: qui *in bibendo modum servat* dicitur *μέτρῳ πίνειν* et saepius pro *μετρίως* dicitur *μέτρῳ*, non *τῷ μέτρῳ*. Repone igitur *τὸ μέτρῳ πίνειν*, ut in noto oraculo

*μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες ἀμετρὶ δὲ μᾶζαν ἔδοντες*,

apud ZENOB. V. 19. sic *κατὰ μέτρον* dicitur et *ὑπὲρ μέτρον*. Quod in THEOGNIDE edebatur vs. 497. *ὅταν δὴ Πίνῃ ὑπὲρ τὸ μέτρον* BEKKERUS ex libris emendavit. § 2. *τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔχω καὶ ἔτι σοι καρηβαρῶ*: *Attici ἔχω καί* omisissent.

Epist. 33. *εἶ γε οὕτως*: supple *εἴ γε σὺ οὕτως*. — *ἤδη λοιπόν*: bis idem dicitur, *λοιπόν* apud sequiores significat *ἤδη*; expungatur.

Epist. 34. § 2. *προμηθούμενος μηδένα αὐτῷ καθάπαξ ἀνθρώπων ἐντυγχάνειν*: multa in his vitia sunt, quae omnia tollentur si legetur *μηδενὶ ἀνθρώπων καθάπαξ ἐντυγχάνειν*. § 3. *Φείδωνός τε καὶ Γνίφωνος μικροπρεπέστεροι*: expunge *τε*, quod sententiam corrumpit.

Epist. 35. § 2. *καίτοι γε*: *Athenienses* semper interponunt aliquid. Pessime editur apud LYSIAM VIII. § 10. *καίτοι γε σφῶν γε αὐτῶν κατηγόρουν*, ubi prius *γε* delendum. — *οἱ τῆς κώμης οἰκήτορες*: *Attici οἱ κωμῆται*. — *συνεισηνέγκατο*: *Graecum* est *συνεισφέρειν*. Emenda *συνεισηνέγκαμεν*.

Epist. 36. *κατήχθη εἰς ἡμᾶς*: vitiosum est *εἰς*. § 2. *ὡς ἀνέστρεψε τοὺς Θρᾷκας*: lege *ὡς ἐτρέψατο*. — *ἀριστείας αὐτῷ γέρας δεδόσθαι*: si haec ipse ALCIPHRON ita scripsit, peccavit *Atticis* Homerica admiscens: quod HOMERO est *γέρας*, id *Atticis ἀριστεῖον* dicitur. PLUTARCHO in *Theseo* XXVI, *καὶ γέρας ἀριστεῖον Ἀντιόπην ἔλαβεν* eximendum censeo *ἀριστεῖον*. Similiter ALCIPHRONI *ἀριστεῖον* fuit adscriptum in margine ad *γέρας* explicandum, quod in alienam sedem, ut fit, invectum a correctore utcumque reliquis verbis accommodatum est. § 3. *φλυαρίας φάρμα*

Digitized by Google

κον: usitatius φάρμακον dicitur id *quo quid efficitur* quam contra: ὁ οἶνός ἐςι φλυαρίας φάρμακον solet significare ὁ οἶνος φλυαρεῖν ποιεῖ, non contra φλυαρίαν παύει, vid. WYTTENB. ad EUNAPIUM p. 35. Praeterea usus vitae quotidianae ALCIPHRONEM arguit. In fine pro ἐπαύσατο ἀδολεσχίας: supple τῆς ἀδολεσχίας.

Epist. 37. § 2. τὸν ἥρω Φαιδρίαν: neque ἥρω pro ἥρωα recte habet et ἥρως pro μακαρίτης a veterum usu alienum. — ἐλάνθανον — εὑρίσκουσα: corrige εὑρήσουσα. § 3. αἰδοῦμαι εἰπεῖν: male pro αἰσχύνομαι. — τί παθεῖν: lege ὅ τι. — ἀπείραςον εἶναι τῶν ἀβουλήτων: *Graecum* est πεπειρᾶσθαι non πεπειράσθαι, corrige igitur ἀπείρατον.

Epist. 38. ἔνῃ καὶ νέᾳ: scribe ἕνῃ. § 2. ὑπνοῖ: *Attici* καθεύδει. — ἐπὶ τοιούτῳ θηρίῳ: ἐπί contra omnium morem et usum pro ἀντί positum est.

Epist. 39. § 2. εἰς τὴν ἐπιοῦσαν θύουσιν: imo θύσουσιν et mox συνθύσεις αὔριον pro συνθύεις. — εἰ οὖν ἐπειχθείης ἔρχῃ ἕωθεν: dele importunum ἔρχῃ. § 3. πρὸς τῶν αὐταδελφῶν: ita SOPHOCLI dicere licuit, non licuit ALCIPHRONI; ex aequalium lingua sumsit ναὶ πρὸς ἐμῆς — σωτηρίας, *Atticum* est οὕτως ὄναιο ἐμοῦ τε καὶ τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν. — ἀνυποςόλως sequiores Graeculi finxerunt et ἀληθίζομαι.

Epist. 40. ἀποδόσθαι ἀπέπεμψα: pro ἀποδωσόμενον, melius etiam πωλήσοντα. — χόλος δὲ ἐμπεσὼν ἐξ ὅτου δαιμόνων εἰς αὐτὸν οὐκ ἔχω λέγειν: emenda ἐξ ὁτουδή, quo facto apparet οὐκ ἔχω λέγειν insiticia esse. — τῶν φρενῶν ἔξω κατέςησε: melius ἐξέςησε. § 2. τουτωνὶ μεμηνότων: insere τῶν. § 4. εὔδηλον δέ ἐςι — περιορᾶν καὶ — ςυγεῖν: restitue εὔδηλος — ὑπερορῶν — ςυγῶν. — ἀθῴους εἶναι: dele εἶναι.

Epist. 41. χρῆσθαι ἐς ὅ τι ἂν θέλῃ: abiice ἐς. tum φθάσαι deleverim. § 2. ἐσθήματα tam bene conveniunt rustico, atque αὐτάδελφοι. Quis porro sine risu legat praecepta, quibus uxorem admonet? in § 3. ἡ παῖς expellendum est; denique σχολάζειν σωφροσύνῃ pro σωφροσύνην ἀσκεῖν undique potius quam ab *Atticis* accepit.

Epist. 42. § 2. δίεισι: pro διέρχεται. § 3. ἀμφιάσει: pro ἀμφιεῖ.

Epist. 43. Ψιχοκλαύςης: legerim — κλάςης. Σηραγγίῳ: lege Σηραγγείῳ. — ἀσμένως ὑπεδέξατο: pervulgato errore pro ἄσμενος.

Digitized by Google

§ 3. *διακειμένου*: sine exemplo sic positum est. *διακεῖσθαι ἔν τινι* nihil est. § 4. *παίει τὸν νῶτον τοῦ Χαρικλέους*: emenda *τὸ νῶτον τὸν Χαρικλέα*, ut in ARISTOPHANIS *Avibus* 497:

*λωποδύτης παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον*,

et saepe alibi. — *ἔσχατον ἀνδράποδον*: *ἀνδραπόδων*, credo, ut *ἔσχατον Μυσῶν* pro *contemtissimo*, *vilissimo*. — *εἰς τοὐπίσω τὰς χεῖρας ἐστρεβλούμεθα*: senarius, quales multos ALCIPHRON et caeteri omnes scribunt imprudentes; pro *στρεβλοῦν Attici περιάγειν*. — *οὐκ* [*ὀλίγαις οὐδ'*] *εὐαριθμήτοις*: illi exquisite *εὐαρίθμητος* ponunt pro *ὀλίγος*. § 5. *πολλὰ καθηδυπαθήσας*: Egregius sane *Ἀρεοπαγίτης* qui bonam partem patrimonii cum istis *dilapidasse* dicitur, nam hoc est *καθηδυπαθεῖν*. Legerim: *πολλάκις ἡδυπαθήσας μεθ' ἡμῶν*, quod quamquam non est gravissimi senatoris tamen flagitio caret et turpi opprobrio. — *ἐπίμπρατο*: veteres *ἐνεπίμπρατο*. In ultimis *ὡς ἂν* reprehendendum et *ἵνα* et *ἀπαχθείημεν*.

Epist. 44. *κατέχει τοῦ ἄστεος*: *Graecum* est *τὸ ἄστυ*, ut *κατέχειν τὸ θέατρον*. — *πᾶσα αὐτῷ ἀνέῳγεν ἡ οἰκία*: de *ἀνέῳγε* pro *ἀνέῳκται* diximus. Non *tota* domus ei patere dicitur, sed *unaquaeque*, itaque expunge articulum. § 3. *τύχη γὰρ παρὰ πάντα*: dele praepositionem. In proverbium abiit:

*τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλία*,
*Vitam regit fortuna, non sapientia.*

Epist. 45. *ἐπανελθοῦσα τοῦ συμποσίου*: supple *ἐκ τοῦ συμποσίου*. — *πόρθησιν ἱκανήν*: nihil certius REISKII coniectura *καινήν*. § 3. *τούτων*: codd. *τούτων εἰ*, id est *τουτωνί*.

Epist. 46. *ὡς εὐτυχῶς*: malim *ὡς εὐτυχῶ*. — *Τραπεζόχαρον*: analogia postulat *Τραπεζοχάρων*. *παραληφθεὶς ἐπὶ δεῖπνον τέρπειν*: e Latinitatis ratione dictum: *coenae adhibitus*: *τέρπειν* quoque Graeculis debetur. — *Φιλονεικείας*: lege *Φιλονεικίας*. § 4. *Πιθακίωνα*: corrige *Πιθακνίωνα*. — *ἀνέτλημεν*: poëtis erat relinquendum pro *ἀνεσχόμεθα*. — *τῆς εὐτυχούσης ἡμέρας*: brevius *Attici τῆς εὐημερίας*.

Epist. 47. *οὐδὲν δεινόν*: leg. *οὐδὲν ἂν δεινόν*. — *ἀωρία τῆς νυκτός*: *Attici τῶν νυκτῶν*. — *ἑαυτόν*: *ἐμαυτόν*. § 2. *διεσπάσθαι*: scribe *διασπᾶσθαι*. § 3. *κατεκρύβην*: forma sequior pro *κατεκρύφθην*. — *λέγω* inprudenti excidit pro *γράφω*. § 4. *νηὶ λύειν μελλούσῃ τὰ πρυμνήσια περιτυχών*: *Attici ναῦν ἀνάγεσθαι μέλ-*

Digitized by Google

λουσαν καταλαβών, imprimis περιτυχών ioculare est. — τὸ τίμημα: male pro τὴν τιμήν. § 5. τοσοῦτον — ὡς: scrib. ὥς'. — καὶ κεχρῆσθαι παρασίτοις: quamquam Graeculi passim abutuntur perfectis κέχρημαι, ἔσχηκα, aliis, tamen χρῆσθαι genuinum esse arbitror. — ἀπαναλώσω: ex ipsius sententia et consilio καταναλώσω rescribendum est.

Epist. 48. ἦγε συμπόσιον: non dicitur ut ἄγειν ἑορτήν, σχολήν, ἡσυχίαν, εἰρήνην. § 4. ἀμοιβή: recte a magistris improbatur cf. MOERIS, p. 80. § 5. μήτε οὖν ἐς νέωτα εἴη: *Atticorum* oblitus est ALCIPHRON, quibus in ea re solemne est dicere: μὴ ὥρασιν ἵκοιτο. Neque tamen ALCIPHRON potius quam scioli videntur culpandi, qui venustae et exquisitae formulae *Atticae*, quam perpauci intelligebant, substituerint interpretamentum vulgare, verbis de trivio sumtis. Μὴ ὥρασιν ἵκοιο *Atticis* et Atticistis tritissimum est. Tribus locis sine labe apud LUCIANUM legitur VIII. 6. 4. XXXIII. 5. LXVIII. 10. 3, quos primus indicavit CASAUBONUS ad ATHENAEUM p. 112. alios multos aliunde afferens. Recte autem sciolus, quod ὥρασιν interpretatus est ἐς νέωτα, nam promiscue haec dici solebant, nisi quod ὥρασιν antiquioribus placuit, ἐς νέωτα minus antiquis. Huius rei observatio prodesse poterit SIMONIDI, in cuius iambis apud STOBAEUM *Floril. XCVIII.* 16 vs. 9, 10 scribitur:

ἐς νέωτα δ' οὐδεὶς ὅςις οὐ δοκέει βροτῶν
πλούτῳ τε καὶ θεοῖσιν ἵξεσθαι φίλος,

ἐς νέωτα MEINEKIUS eruit ex νέωτοι; restituit, si quid iudico, interpretamentum. Verum est:

ὥρασι δ' οὐδεὶς κτέ.

quod dictum est eodem sensu atque in noto proverbio:

ἀεὶ γεωργὸς ἐς νέωτα πλούσιος.

TIMOCREONTI *Rhodio* apud PLUTARCHUM in *Themistocle* XXI, pro

κηὔχοντο μὴ ὥραν Θεμιςοκλέους γενέσθαι,

reddendum censeo:

κηὔχοντο μὴ ὥρας Θεμιςοκλῆ' ἱκέσθαι.

nisi μὴ 'ς ὥρας malis, ut apud THEOCRITUM est XV. 73:

κὴς ὥρας κἤπειτα, φίλ' ἀνδρῶν, ἐν καλῷ εἴης,

Leviter errat CASAUBONUS hanc imprecationem sic interpretans: *ne ad anni finem pervenias*, hoc est: (inquit) *ante annum vertentem moriaris.* Significat enim: *ne ad novi anni initium*

Digitized by Google

*pervenias*, hoc est, *anno vertente pereas.* Haud difficulter id colligas ex ARISTOPHANIS versiculo in *Equitt.* 419:

σκέψασθε, παῖδες, οὐχ ὁρᾶθ', ὥρα νέα, χελιδών.

composito cum cantilena *Rhodiorum* apud ATHENAEUM VIII. 360. B.

ἦνθ', ἦνθε χελιδὼν
καλὰς ὥρας ἄγουσα.

Idem recte accepit verba ARISTOPHANIS in *Ranis* 381, quae ideo adscribam ut vetus mendum corrigam:

ἣ τὴν χώραν σώζειν φήσ' εἰς τὰς ὥρας
κἂν Θωρυκίων μὴ βούληται.

non de nihilo est, quod *Venetus* codex σώσει exhibet, nam quod ἢν — βούληται scriptum est, non εἰ — βούλεται indicio est poëtam non σώζειν scripsisse sed σώσειν.

Ad ALCIPHRONEM redeo: quod continuo sequitur τῆς ἀχαρίςου φωνῆς videtur ἀχαρίτου scribendum. Ἀχάριςος est *accepti beneficii immemor* non *iniucundus*.

Epist. 49. ὦ δαῖμον, ὅς με [κεκλήρωσαι καὶ] εἴληχας: manifestam interpolationem vides. Certam sedem habet in hoc argumento εἰληχέναι et apud poëtas λελογχέναι THEOCRIT. IV. 40.

Αἰαῖ, τῶ σκληρῶ μάλα δαίμονος, ὅς με λελόγχει

scribe λέλογχεν, vid. WYTTENBACHIUM ad haec verba PLATONIS in *Phaedone* 107. d. ὁ ἑκάςου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει. Rhetor ab aliquo comico integrum senarium sumsit:

ὦ δαῖμον, ὅς μ' εἴληχας ὡς πονηρὸς εἶ.

— ἀεὶ τῇ πενίᾳ συνδέων: antiqua verbi forma est συνδῶν, sed veteres in ea re dicebant συνοικίζειν, ut συνοικεῖν et συζῆν κακῷ τινι pro χρῆσθαι διὰ τέλους. § 4. κεκλήσομαι poëtis licet dicere pro κληθήσομαι: in vita communi significat κεκλημένος ἔσομαι.

Epist. 50. ἵνα καὶ τούτου κατασπαθήσασα οὕτως ἐπ' ἄλλον τρέψῃ τὸν ἔρωτα: recte BERGLERUS τὰ τούτου — οὕτως male ex uno codice receptum est. Eruendum erat ex ἐπ': εἶτ' ἐπ' ἄλλον. § 2. πολλὴν τὴν εἰς ἡμᾶς φιλανθρωπίαν ἐνεδείξατο: dele τήν. § 3. mendosissima sunt omnia, et melius non tangere; quis umquam vidit τὰ προσόντα pro τὰ ὑπάρχοντα, ἡ οὐσία, aut τεθῆναι (vel ἀνατεθῆναι) in tali re, aut ἀπολαύειν πλησμονήν (vel ἀπολάψειν)?

Epist. 51. § 2. ἀχάριςοι: lege ἀχάριτοι. — ὡς ἄμεινον: scrib.

Digitized by Google

ὥς'. — ἐπιμασᾶσθαι: quid sibi vult ἐπί? § 3. καὶ νεουργεῖν: uno vocabulo opus est καινουργεῖν. — ὀςέα: Attici ὀςᾶ. — πλήττοντες: Attici παίοντες. § 4. εὐδαιμονίας ἀνέχεσθαι: si per iocum dictum est, frigidus admodum iocus est; corruptum esse suspicor.

Epist. 52. οὔ μοι μέλει: veteres οὐδέν. § 3. λήσεται: veteres λήσει. — ἰσόρροπον: Attici ἀξίαν δίκην διδόναι.

Epist. 53. εἰσέφρησα: veteres addunt ἐμαυτόν. — ποῖ καταχθείην ἐζήτουν: veteres ὅποι neque καταχθῆναι eo sensu usurpabant. — καὶ εὐκαίρως ἐμφάγοιμι μόνος: pessime εὐκαίρως posuit pro ἐπὶ σχολῆς. Damnant unanimi consensu Magistri εὐκαιρία pro σχολή, εὐκαιρεῖν pro σχολὴν ἄγειν, vid. PHRYNICHUM, MOERIDEM et imprimis SUIDAM v. σχολή et σχολάζειν. Admonet de eadem ἀκυρολογίᾳ τῶν πολλῶν Interpres ad PLATONIS *Euthyphronem* pag. 6. c. Neque ἐμφαγεῖν bene habet: nihil minus homo parabat quam ἐμφαγεῖν, quod significat *raptim aliquid cibi capere*, et ille se per summum otium ingurgitare cibis furto paratis volebat. Ἐμφαγεῖν dicuntur illi, qui in aliqua trepidatione aut tumultu *festinanter cibo aliquo se reficiunt*, vid. XENOPHONTIS *Hellen.* IV. v. 8. τοῖς μὲν ἄλλοις εἶπεν ἐμφαγοῦσιν ὅ τι δύναιντο ἥκειν τὴν ταχίςην, αὐτὸς δὲ ὑφηγεῖτο ἀνάριςος. Cf. *Anab.* IV. II. 1, IV. v. 8. ubi legendum: ἐπειδὴ δ' ἐμφάγοιεν pro δέ τι ἐμφάγοιεν, nam perinde est φαγεῖν τι et ἐμφαγεῖν, ut πιεῖν τι et ἐμπιεῖν. Itaque in *Cyropaedia* VIII. I. 44. potior est scriptura ἔς' ἂν φάγοιέν τι quam ἔς' ἐμφάγοιέν τι. Eiusdem plane generis est ἐμπιεῖν, ut in *Cyrop.* VIII. I. 1. προσήνεγκαν οἱ θεράποντες ἐμφαγεῖν καὶ ἐμπιεῖν ἔτι οὖσιν ἀμφὶ τὰ ἱερά, et illi stantes ad aram raptim cibo potuque corpora reficiunt. Praeterea ἐμπίνειν dicitur is, qui se poculis invitat compluscullis et genio indulget, estque verbum plenum festivitatis et hilaritatis, quod in convivio laetitiaque perpetuam sedem habet. Conviva satur apud EPICHARMUM ATHENAEI VI. 236. A. πολλὰ καταφαγών, πόλλ' ἐμπιών a coena se recipit domum. Absurdum esset in ea re ἐμφαγών, cui contrarium est ἐσθίειν ἐς κόρον: quod quum noster facere pararet in ἐμφάγοιμι aut ALCIPHRON erravit aut scribae. § 2. ἀδολέσχων: scrib. ἀδολεσχῶν. — κεῖθι: HOMERICUM pro ἐκεῖ. § 3. τοῖς ἀποτροπαίοις: excidit θεοῖς. — καὶ οὐκ ἠςόχησα: cuius preces exaudiuntur melius dicetur οὐκ ἀτυχῆσαι, quam οὐκ ἀςοχῆσαι.

Digitized by Google

Epist. 54. εἰς μέρη κατερρωγός: melius uno verbo διερρωγός. § 2. λίθοις ἐχρῶντο: mire dictum pro ἔβαλλον, magis mirum, quomodo hoc facere potuerint. § 3. ἤμην: Macedonicum pro ἦν. § 4. ἀλλ' οὐκ ἦν Λακεδαίμων ἐν ᾗ ταῦθ' ὑπέμενον, ἀλλ' Ἀθῆναι καὶ τῶν Ἀθήνησι κυβευτῶν οἱ ἐξωλέςατοι: dicam quid ALCIPHRON debuerit scribere, scripseritne aliorum esto iudicium. *Graecum* est: ἀλλ' οὐκ ἦν Λακεδαίμων τάδε ἀλλ' Ἀθῆναι κτἑ. Ita loquuntur qui praesentem fortunam cum meliore, quae olim fuerit, comparant, aut suam moesti et queruli, aut alienam infesti et irati. Exempla collegit MATTHIAEUS ad EURIPIDIS *Troades* vs. 99:

ἄνα, δυσδαίμων, πεδόθεν κεφαλήν,
ἐπάειρε δέρην, οὐκέτι Τροία
τάδε καὶ βασιλῆς ἐσμὲν Τροίας,

luculentus imprimis est locus THUCYDIDIS VI. 77. οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶν οὐδ' Ἑλλησπόντιοι καὶ νησιῶται — ἀλλὰ Δωριῆς ἐλεύθεροι. — λειποθυμήσας: *Graecum* est λιποθυμήσας et quidquid eodem modo est compositum primam corripit. Docet hoc analogia, quam usus poëtarum confirmat, editores malunt imperitos librarios sequi. — ἐν τούτῳ: melius omisisset.

Epist. 55. § 3. οὐκ ἄχαρις ὀφθῆναι: *Attici* ἰδεῖν. § 4. Πυθαγορικός: male pro Πυθαγόρειος. § 5. ἦν γάρ κτἑ.: legendum arbitror: εἶχε γάρ et φέρων expungendum. § 7. ἔρρεγχεν: *Attici* ῥέγκειν dicebant. § 9. οὔρει: pro ἐούρει. — ἐν ὀφθαλμοῖς ἁπάντων [ὁρώντων]: tolle emblema. ἐνεργεῖν a Graeculis sumtum est. § 10. οὐδείς ἐςι λόγος: lege οὐδεὶς ἔτι ἦν λόγος et recipe κεκλημένων pro κεκληρωμένων — ἀξιόθεα: barbarum est, repone ἀξιόχρεα.

Epistolam 56. non Θαμβοφάγος scripsit sed Θυμβροφάγος. § 2. τῆς οἰκίας γυμνὸν θύραζε ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ἐκβληθέντα ἐμπεσεῖν: sumta haec sunt ex ARISTOPHANIS *Pluto* vs. 144.

γυμνὸς θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνου,

itaque dele τῆς οἰκίας, restitue χρόνου, et expuncto ἐκβληθέντα emenda ἐκπεσεῖν, quo facto intelliges nihil deesse.

Epist. 57. φειδωλῷ τῷ μέτρῳ κέχρηται: melius χρῆται, tum φειδωλῷ mendosum esse apparet, quoniam ὁ μετρῶν potest φειδωλὸς esse, τὸ μέτρον non item. Emendandum φειδωνείῳ μέτρῳ. fidem faciat perelegans locus in THEOPHRASTI *Charactt.* XI. φει-

Digitized by Google

δωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐγκεκρουσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια σφόδρα ἀποψῶν, et illic et apud STRABONEM VIII. p. 358 et POLLUCEM X. 179. restituenda est forma Φειδώνειος, quae sola *Graeca* est pro Φειδώνιος. — ἐν ταῖς ἑορταστικαῖς τῶν ἡμέρων: veteres ἐν ταῖς ἑορταῖς. — νεουργεῖς: putide dictum de *calceis* pro καινάς. § 2. τὴν γλῶτταν διαμασῶμαι: pro δάκνω vel ἐνδάκνω non admodum lepide positum. — διανοίας: supple τῆς διανοίας.

Epist. 58. διαβολὰς ἀγενήτους: debebat ψευδεῖς. — τὰ νῦν δὴ ταῦτα cum βόσκων coniungendum. βόσκειν veteres cum contemtu dicebant et contumeliose fere de iis, quibus alimenta et merces ita dabantur ut omnia obsequerentur et parerent, quod etiam quum sine flagitio fieret tamen odiose dicebatur et videbatur exprobrari. Odiose dicuntur viri *uxores* βόσκειν, patres *liberos*, reges *parasitos*, amatores *scorta*: hi omnes sine contumelia eosdem τρέφειν dicuntur. Locus est in ARISTOPHANIS *Vespis* vs. 311.

τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες,
ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς.

quem nemo umquam intellexit. Distingue:

ὁ παῖς: τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες;
ὁ πατήρ: ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς.

ultima explicanda sunt ex similibus locis, qualis est apud PLATONEM in *Phaedone* p. 115. a. δοκεῖ γὰρ βέλτιον εἶναι λουσάμενον πιεῖν τὸ φάρμακον καὶ μὴ πράγματα ταῖς γυναιξὶ παρέχειν νεκρὸν λούειν. Cf. *Cyropaed.* IV. v. 46. — ὡς: et hic lege ὥστε. § 2. κοινοῖς κεχρήμεθα: imo χρώμεθα. § 3. τρέμε δακὼν τὸ χεῖλος: usitatius ἐνδακών. — τούτων εἷς: lege τουτωνί. — ὁπλομάχος καὶ ἀρήϊος: poëtica sunt.

Epist. 59. κατ' ὄναρ: certum est ὄναρ esse dicendum. Non tamen ALCIPHRONEM huic culpae affinem esse arbitror, sed κατ' ὄναρ lectori deberi, cui ἐδόκουν non erat satis. § 2. ποιμαίνειν τε [καὶ εἶναι] κατὰ τὴν Ἴδην: abiice interpolata verba. In sequentibus MEINEKIUS subinde vitiosas lectiones e *Veneto* codice recepit, quae mox de loco deiicientur et revocabuntur ἐπιπτάντα, ψαύειν et ἐξηγειρόμην, quod in ἐξηγρόμην est mutandum. § 3 πελάζειν a veterum *Atticorum* usu plane abhorret, a poëtis sumtum est, unde Graeculi multa mutuantur, quae fre-

Digitized by Google

quenti usu omnium trita in communem linguam recepta sunt, quale est illud ipsum ἐπιπτάντα, quod praecedit. *Attici* πέτομαι et ἐπτόμην dicunt, Poëtae πέτομαι, ἔπτην et ἐπτάμην, Graeculi ἵπταμαι et ἔπτην. Unde est διιπετῆ, quod sequitur, nisi e poëtis? in quo Rhetor iterum peccavit quod vetusto vocabulo affinxit de suo significationem quam voluit: διιπετής est ei *ab* IOVE *missus*. § 5. utiliter notabitur scripturae discrepantia in ἐξηγειρόμην et διηγειρόμην. In multis codicibus utrum δι an εξ scriptum sit oculis discerni non potest. Qui codicum inspiciendorum facultatem non habent, BASTIUM inspiciant in *Comment. Palaeogr.* pag. 711. Vix credas nisi id per multos annos diligenter observaveris quam saepe in compositis δι et εξ confusa in libris nostris lectores minus acutos et suspicaces ludificentur. De permultis locis, ubi hunc errorem deprehendi, unum nunc indicabo e LYSIA in eximia oratione κατὰ Διογείτονος. § 14. ἐν γὰρ τῇ διοικίσει, ὅτ' ἐκ Κολλυτοῦ διῳκίζετο εἰς τὴν Φαίδρου οἰκίαν. Leguntur haec sine ulla vitii suspicione. At nemo nescit quid sit διοικίζειν, oppositum verbo συνοικίζειν, nota ars eorum, qui civitatem bello victam et subactam per vicos dispergunt, ne vires coalescant: notus est διοικισμὸς Μαντινέων, qui διῳκίσθησαν τετραχῇ, XENOPH. *Hell.* V. II. 7, in qua ipsa re idem verbum tritum est, unde iocus PLATONIS in *Sympos.* p. 193. A. Nihil aliud διοικίζειν significat, nihil aliud per naturam linguae significare potest. *Migrare* in alias aedes dicitur ἐξοικίζεσθαι, unde ἐξοίκισις, ut in *Pace* vs. 203.

ἐξῳκίσαντο δ' οἱ θεοὶ τίνος οὕνεκα;

opponuntur inter se ἐξοικίζομαι et εἰσοικίζομαι ut in AESCHINIS *Timarchea* § 124. ἐὰν δ' εἰς ἓν τούτων τῶν ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐργαστηρίων ἰατρὸς εἰσοικίσηται ἰατρεῖον καλεῖται, ἐὰν δ' ὁ μὲν ἐξοικίσηται, εἰς δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐργαστήριον χαλκεὺς εἰσοικίσηται χαλκεῖον ἐκλήθη, ubi codices omnes barbaras formas dant εἰσοικήσηται et ἐξοικήσηται, quas *Graecas* fecit STEPHANUS; nempe εἰσοικίσασθαι dicitur qui ipse ultro in aliquas aedes immigravit, εἰσοικισθῆναι, qui ab alio in aliquam novam sedem deductus est, quo facto uterque ἐνοικεῖν dicitur. Reddamus igitur censeo LYSIAE ἐξοικίσει et ἐξῳκίζετο et in ALCIPHRONE διηγειρόμην, quod nauci non est, abiiciemus, latentem in ἐξηγειρόμην veterem aoristi formam, Graeculis inauditam, ἐξηγρόμην in lucem revo-

Digitized by Google

cabimus. Denique in § 5 pro οἶ φέρει τὸ ὄναρ reposuerim οἶ ῥέπει et ἀληθίζεσθαι aoristo ἀληθίσασθαι anteposuerim. Μέλλω apud veteres praesens vel futurum habet: aoristo fere abstinent.

Epist. 60. τῶν ἐκεῖσε πλουσίων: pro ἐκεῖ. — εὐφυεῖς: Attici veteres εὐφυᾶς. — περὶ τὸ Κράνειον εἰλουμένους: Athenienses ἀλινδουμένους dixissent vel ἀλύοντας. Obiter hoc PLUTARCHO reddamus *Symposiac.* IV. 4. 5. τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας ἑκάστοτε καὶ τοῦ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας, ubi ἀναδιδόντας cedat verbo in tali re proprio ἀλύοντας. In extrema parte § 1. legitur ἀναστρέφειν, quod bene *Graece* ἀναστρέφεσθαι fuerat dicendum, cuius usus exempla afferre putidum est, nec facerem nisi eximium PLUTARCHI locum, in quo legitur, turpi mendo liberare possem. In vita CLEOMENIS cap. XXXIII. commemorat dictum eorum, qui CLEOMENEM *Alexandriae* apud PTOLEMAEUM et nequissimos aulicos videbant: οὗτος ὁ λέων ἐν τούτοις τοῖς προβάτοις ἀναστρέφεται. ut *Graeca* oratio sit utrobique articulum expunge. Dictitabant: οὗτος λέων ἐν τούτοις προβάτοις ἀναστρέφεται, quemadmodum de se ipse praedicat SOLON fragm. 36 in BERGKII *P. L.*

ὡς ἐν κυσὶν πολλαῖσιν ἐστράφην λύκος

§ 2 ἀπομεῖναν διέλαθεν: requiro ἐνυπομεῖναν. § 3. ἀχαρίστους: et hic lege ἀχαρίτους.

Epist. 61. παρ' ἀναξίου ὑπομένειν: ALCIPHRON in *Graeco* sermone idem peccavit, quod ANTONIUS a CICERONE peccasse arguitur in *Philipp.* III. 9, quum in edicto scripsisset: *Nulla contumelia est quam facit dignus.* § 2 ἡμῖν ἐργαζόμενος: pro ἡμᾶς. — νεομηνίᾳ: *Attici* νουμηνίᾳ. § 3. ἐν ταπεινῷ τῷ σχήματι: melius sine τῷ. — ἀγαπῶ ἐκπορίζειν: veteres ἐκπορίζων. — τὴν πνύκα: repone πύκνα. — τὸ ἐν Μαραθῶνι: pro τὸ Μαραθῶνι, quod adverbium est, ut Ἐλευσῖνι, Σικυῶνι, alia. § 4 οἱ πατέρες: pro γονεῖς.

Epist. 62. μυστήριον ἐν αὐταῖς στρέφεται ταῖν θεαῖν ταῖν Ἐλευσινίαιν ἀσφαλέστερον: corrige τρέφεται, ut in Terentiano *Andr.* I. v. 15. *aliquid monstri alunt*, tum τοῖν θεοῖν τοῖν Ἐλευσινίοιν *Graecum* est, ταῖν θεαῖν non est. Perpetua haec est describentium interpolatio, τὼ θεώ solent intactum praetermittere, τοῖν θεοῖν sicubi de *deabus* dici intelligunt, substituunt ταῖν θεαῖν, quae

Digitized by Google

forma *Atticis* tam ignota atque τὰ θεά. Nihil iis suboluit in ANDOCIDIS quae fertur oratione *de Mysteriis* § 113. ὑπ' αὐτοῖν φημὶ τοῖν θεοῖν σεσῶσθαι, ubi saepius τὼ θεώ legitur ut in §. 114. τοῖν θεοῖν. ibidem evasit. § 29. 31, 32, 33 etc. At eaedem deae in *Vespis* vs. 376. significantur, ubi legitur:

ἵν' εἰδῇ μὴ πατεῖν τὰ
ταῖν θεαῖν ψηφίσματα.

et in *Thesmophor.* 285.

ὅπως λαβοῦσα θύσω ταῖν θεαῖν

et 941 et 1151; omnino forma τοῖν θεοῖν apud ARISTOPHANEM funditus deleta est, sed primo quoque tempore revocanda et formae ταῖν, αὐταῖν, ταύταιν, quae non minus vitiosae sunt quam τά, αὐτά, ταύτα eodem amandandae quo apud ISOCRATEM in *Panegyr.* § 73 pag. 55. ταῖν πολέοιν ταύταιν et de *Pace* § 116. τὰ πόλεε ταύτα amandavit unus omnium optimus codex *Urbinas*, qui solus τώ et τούτω in talibus servavit et τοῖν et τούτοιν. In *Panegyrico* § 17. libri omnes τὰς πόλεις ταύτας exhibent, *Urbinas* optime τὼ πόλη τούτω. coll. CHOEROBOSCO GAISFORDI p. 337, 12: παρ' Αἰσχίνῃ τῷ Σωκρατικῷ τούτω τὼ πόλη, λέγει δὲ περὶ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων. Equidem omnibus locis et testimoniis veterum diu et multum perpensis in hanc sententiam tandem adductus sum, quam nunc satis habebo paucis dixisse: in pronominibus, adiectivis, participiis una atque eadem forma est triplici generi communis. τώ, ὥ, αὐτώ, τούτω, ἀλλήλω, τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε cet. τὼ Ἐλευσινίω θεώ. in participiis res manifesta est: notus est locus HOMERI *Iliad.* Θ. 455. IUNO et MINERVA πληγέντε κεραυνῷ et HESIODI *O. et D.* 197. Αἰδὼς καὶ Νέμεσις προλιπόντ' ἀνθρώπους et PLATONIS in *Phaedro* p. 237. D. δύο τινὲ ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε, οἷν ἑπόμεθα, quibus multa similia et apud alios et in PLATONE leguntur. In his autem omnibus idem opinionis versatur error antiquorum Grammaticorum et aequalium, qui apparet in Συναγωγῇ λέξεων χρησίμων in BEKKERI *Anecd.* I. p. 367, 33. ἀκολουθοῦντε: ἀντὶ τοῦ ἀκολουθοῦσα δυϊκῶς, οὕτως Ἕρμιππος. καὶ γὰρ κέχρηνται ταῖς ἀρσενικαῖς μετοχαῖς ἀντὶ θηλυκῶν πολλάκις. Quamquam haec absurda sunt tamen ea res neminem magnopere movere videtur. *Utuntur masculinis pro femininis* idque *saepe* faciunt: quasi vero haec *masculina* sint et nonnumquam *aliter*

Digitized by Google

fiat. Nempe sunt haec communia, constanter utuntur veteres forma eadem, quia non est alia, et sicubi contra haec peccatur scribarum vitia et errores tenemus. Non potuit SOPHOCLES in *Oedipo Coloneo* vs. 1676. scribere:

ἰδόντε καὶ παθοῦσα,

sed qui in HOMERO contra metrum πληγεῖσα κεραυνῷ invexerunt facilius etiam παθόντε potuerunt loco deiicere, ubicumque autem τὰ, ταῖν cet. legitur (et optimos scriptores ea labes passim inficit) restituenda aliquando erunt *Atticis*, quibus solis uti potuisse tandem constet, et in fragmento SOPHOCLIS apud DINDORFIUM 761.

ἐδοξάτην μοι τὰ δύ' ἠπείρω μολεῖν

restituendum τὼ δύ' ἠπείρω et similiter alibi.

In eadem Epist. 62. § 2. legitur ὅσον οὐκ εἰς μακράν: *Atticorum* est ὅσον οὔπω vel οὐκ εἰς μακράν. § 4. οἶδα γὰρ οἶδ': lege οἶδα γὰρ ὅτι. — δεδήσονται: id est δεδεμέναι ἔσονται. requiritur δεθήσονται. — ῥαφάνοις: *Attici* ῥαφανῖσιν. — μαλακώτερος: emenda βλακικώτερος, coll. RUHNK. ad TIM. p. 61. — ἀθῴους τῆς τιμωρίας ἠφίει: τῆς τιμωρίας omissa oportuit.

Epist. 63. § 2. σιγῶ: corrige σιγᾶν. — κόλακα καὶ παράσιτον ἐξονειδίζουσαι: *Athenienses* ἀποκαλοῦσαι.

Epist. 64. τὸν υἱὸν εἰς φιλοσόφου φοιτᾶν ἐπέτρεψε: ἐπέτρεψε nihil est, solet ALCIPHRON προὔτρεψε. § 2. οὐ πρότερον γὰρ λόγων — ἀλλὰ τοῦ βίου: supple τῶν λόγων. — τῇ ἡμέρᾳ — νύκτωρ: opponuntur ἀττικιστὶ νύκτωρ et μεθ' ἡμέραν. — περικαλύπτοντα τὴν κεφαλὴν τριβωνίῳ: *Attici* uno verbo ἐγκαλυψάμενον. — περὶ χαμαιτυπεῖα εἰλούμενον: illi ἀλινδούμενον dicebant. § 2. αὐτὴ δέ: lege αὕτη δέ. § 4. πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δοίης: necessaria est in nonnullis et perpetua crasis, ut in his πολλὰ κἀγαθά. Eiusdem generis est quod PHOTIUS annotavit v. καλὸς κἀγαθός: λέγεται κατὰ συναλοιφήν, οὐχὶ καλὸς καὶ ἀγαθός, in quo item saepe peccatur.

Epistolam 65. non Πηξάγωνος scripsit sed Πηξάγκωνος. Solebat, credo, factitare, quod ALCIDAMAS in LUCIANI *Convivio* § 14, qui καταβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο πήξας τὸν ἀγκῶνα ἔχων ἅμα τὸν σκύφον ἐν τῇ δεξιᾷ οἷος ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ἡρακλῆς. — τοὺς πλουσίους τῶν Ἀθήνησι: dici non potest: aut πλουσιωτάτους aut Ἀθηναίων scribendum. — οὕτω κεχυμένως — κέχρηται τῷ βαλαν-

Digitized by Google

*τίῳ*: corrige *οὕτως ἐκκεχυμένως*. § 2. *μουσουργῶν*: imo *τῶν μουσουργῶν* sic et § 3. *καὶ πρόσωπον αὐτῷ* corrige *καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῷ*. § 4. *λαλῆσαι ςωμύλος*: *λαλῆσαι* et ineptum verbum est et inepte abundat.

Epist. 66. *τὸν ἐκ Βρεντησίου*: supple *τὰ ἐκ Βρεντησίου*. — *τοὺς χειροήθεις — τιθασεύοντα*: nihil agit, qui mansuetum mansuefacit. § 2. *ἀσμένως*: solemni errore pro *ἄσμενος*. — *τὸν ξυρόν*. *Attici τό*. — *πανοῦργος καὶ σκαιός*; in *Attica* non potest idem *πανοῦργος* et *σκαιός* esse. — *κακοπαθῶς κοπίδας*: revoca *περιπαθῶς κοπίδα*, caeterum *κοπίδι ἀπορριζοῦν* facilius rhetores scribunt quam sani intelligunt.

Epist. 67. *παρθένον καλλίπηχυν καὶ εὐδάκτυλον*: *καλλίπηχυν* e poëtis arripuit, *εὐδάκτυλον* non sane eleganter de suo finxit. in reliquis quoque oratio intumescit magis quam adsurgit. — *προσφύντα*: non poterat infelicius vocabulum reperire quam *προσφῦναι* de eo, qui *τὰ τοῖν ποδοῖν ἴχνη καταφιλεῖ*. § 2. *ἀθάρας*: *Attici ἀθάρης*.

Epist. 68. *ἰλήκοιτε*: e poësi perantiqua sumtum — *λέβητά μοι ἐπιχέαι*: veteres *μου καταχέαι* vel *κατασκεδάσαι*. — *ἐξέχεον*: repone *ἐξέχεαν*. — *ψιλόν*: voluit, credo, *φαλακρόν*. § 2. *Λεωπρεποῦς*: corrige *Λεωπρέπους*.

Epist. 69. *τὸ ἐν Ἐλευσῖνι φρέαρ*: veteres *ἐν* omisissent. — *ἀπωμόσατο [καὶ ἀπελύσατο] τὴν αἰτίαν*: tolle emblema. § 2. *ἀμογητί*: codd. *ἀμηγέπη*. unus *ἀμογητί*, de infelici coniectura Graeculi. — *ἕτοιμός εἰμι παρέχειν*: *Athenienses εἰμί* omittere solent, et pro *τοῖς βουλομένοις* multo sanius *τῷ βουλομένῳ* dicebant.

Epist. 70. *σείειν κατ' ἀγοράν*: melius *συκοφαντεῖν*: tum pessime *γῆθεν* pro *ἐκ τῆς γῆς* posuit. § 4. *ἐπὶ μήκιςον χρόνον*: male pro *διὰ πλείςου χρόνου*. et hoc nimium pro *διὰ χρόνου*. — *οὐκέθ' ὁμοίως δεκτὸς οὐδὲ χαρίεις ἐδόκουν*: *δεκτός* manifesto mendosum est, in scriptura ΔΕΙCΤΟC latere mihi videtur ΑCΤΕΙΟC, quo non est aliud epitheton parasito nostro accommodatius: *οὐκέθ' ὁμοίως ἀςεῖος, sicut antea urbanus*. — *ἀπεκέκλειντο*: vitiosa haec forma est, quamquam saepe occurrit in codd. *Attici κλῇσαι* dicebant et *κέκλῃμαι*, sequiores *κλεῖσαι* et *κέκλεισμαι*.

Epist. 71. *ἐν συμποσίοις*: lege *ἐν τοῖς συμποσίοις*. § 3. *τῷ χορῷ συντελεῖν*: nove dictum pro *συναγωνίζεσθαι* — *κλώζειν*: scrib. *κλῴζειν*.

Digitized by Google

Epist. 72. τὸν περὶ ψυχῆς ἀγῶνα ὑπέμειναν: veteres ἔδραμον. § 2. κυσοδόχη: antiqua forma est κυσοδόκη, qua sola veteres utebantur. Sequiores hoc vitium passim impune antiquis affricuerunt. ξενοδοχίας legitur apud THEOPHRASTUM *Charactt.* XXIII. XENOPHONTEM *Oeconom.* IX. 10. ξενοδοχεῖν in EURIPIDIS *Alceslidé* vs. 552. similia alibi. Non sunt tamen haec minus vitiosa quam foret δωροδόχος, ὀδοιδόχος, ξυροδόχη, ἰςοδόχη, alia. — εἰς τὴν ὑςεραίαν: male pro τῇ ὑςεραίᾳ. pro ἦγε restitue ἤγαγε. § 4. πρὸς τὴν ἐκφοράν: melius τὰ πρὸς τὴν ἐκφοράν. § 5. ψυχαγωγηθείς: apud veteres est *animo oblectatus*, numquam *ad inferos deductus*.

Epist. 74. § 2. γέλωτος δὲ ὑπόθεσις τοῖς χειρίςοις τἀμά: *Athenienses* pro γέλωτος ὑπόθεσις dicebant γέλως, ut SOPHOCLES *Oed. Colon.* 903.

ὡς μὴ παρέλθωσ' αἱ κόραι, γέλως δ' ἐγὼ
ξένῳ γένωμαι τῷδε.

et DEMOSTHENES notissimo loco p. 47, 6 γέλως ἔσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν. Recte etiam LUCIANUS in Epigr. I.

ἀλλ' ὦ σὺ θαυμάζεις τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

praeterea ὑπόθεσις pro *argumentum* et *materia* novicium est; denique ἡ non potuit omitti, neque ab ALCIPHRONE omissum esse puto.

Restant fragmenta quaedam et in his bona pars Epistolae paulo lascivioris, sed aliquanto venustius scriptae, quam sunt reliquae omnes. Et his aliquid otii impertiar.

In fragm. 3. μέση γὰρ ἕςηκα ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἔρωτος: ita demum bene dictum erit, si ἀπό expunges.

Fragm. 4. ἐοικότας: ἐοίκασιν, ἐοικέναι, ἐοικώς sequiorum sunt, Veteres *Attici* semper εἴξασιν, εἰκέναι, εἰκώς dicebant, unde εἰκός haesit apud omnes, in caeteris peccabatur. Legitur nunc quidem in *Vespis* 1142.

ἐοικέναι μάλιςα Μορύχου σάγματι.

ut olim in *Nubibus* 185.

τῷ σοι δοκοῦσιν ἐοικέναι;

sed quemadmodum hic εἰκέναι dudum repositum est, sic illic προσεικέναι repone, comparato loco in *Ecclesiaz.* vs. 1161. § 3. καὶ βαρύ τι δοκεῖν προσπνέειν: veteres προσπνεῖν, tum ἐδόκει requiritur.

. Fragm. 5. § 2. *πάντες αὐτὴν λαλοῦσιν*: putide pro *ὑμνοῦσιν*, ut mox *τοῖς λαλεῖν μὴ δυναμένοις*. in eo verbo prorsus obsoleta est vis antiqua, quae optime apparet in EUPOLIDIS versiculo:

*λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.*

§ 4. *ὅλης σελήνης*: antiqui *πλήρους*.

Fragm. 6. *οὐκ οἶδα πόθεν*: scrib. *οἶδ' ὁπόθεν*. — *ποῦ ἀθρόαι*: imo vero *ποῖ*, ut saepe apud PLATONEM, *ποῖ καὶ πόθεν*; aut apud alios *ποῖ δὴ σύ*; et similia. — *τίνος ἄπιτε ἐκπιεῖν ἀγρόν*: duo sunt in uno vocabulo vitia, alterum scribarum, Rhetoris alterum. *ἐκπιεῖν* in *καταπιεῖν* corrigendum est, quo verbo nihil est in ea re tritius, sed *καταπιόμεναι* dictum oportuit. § 6. *πρός γε τῶν Νυμφῶν καὶ τοῦ Πανός*: ineptum est *γε*, quod in *τε* refingendum. § 7. *κατακλιθῆναι*: sequior forma librariis imputanda, ALCIPHRONEM dedisse *κατακλινῆναι* demonstrat praecedens § 6 *κατακλινῶμεν*, qua forma et alibi recte utitur. — *ταπητίων*: usitatius *ταπήτων*. tum coniungenda sunt: Νὴ Δί', ἀλλ' ἔχει τι πλέον. quod vulgatur *τοι τι* dittographia est. Cives Attici *ἔχει γέ τι* dixissent. § 8. *ὡραΐζον*: veteres *τρισυλλάβως* solent *ὥρᾳζον* et *ὡρᾴζομαι* ut *ματᾴζω*, *τερᾴζω*, alia, de quibus PIERSON. ad MOERID. p. 70. EUPOLIDIS anapaesti leguntur in BEKKERI *Anecd.* I. p. 43, 15.

*ὡραϊζομένη καὶ θρυπτομένη*

necessarium est, ut vides, *ὡρᾳζομένη*. § 9. *ἀηδόνες ἐψιθύριζον*: infeliciter hoc verbum de lusciniarum cantu posuit. § 11. *ἀλλ' ἐπαλλήλοις*: coniunctim scribe *ἀλλεπαλλήλοις*. § 12. *οἶδας* nemo veterum dixit sed *οἶσθα*. § 15. *οἱ ἄνθρωποι*: nusquam infelicius quam hoc loco *οἱ ἄνδρες* desiderantur. § 16. *ἐμφαγεῖν*: dixit rhetor ad similitudinem verbi *ἐντραγεῖν*, quo ipso multo melius fuisset usus. — *βοτρύες*: olim semper *βότρυς*. — *λαγωδίων νῶτα*: imo *λαγῳδίων*: paulo usitatius est *λαγίδιον*. § 18. *μέχρι — θέλειν*: *Graece* non potest aliter dici quam *μέχρι τοῦ θέλειν*. Unum superest in ultimis: *εἰ μὲν οὕτως ἔσχηκας μαλακῶς — εἰ δέ κτέ.* apertum est *ὄντως* olim scriptum fuisse. Video hoc MEINEKIUM praecepisse, qui permultas incertas et *παρακεκινδυνευμένας* correctiones recepit, complusculas certas et manifestas in annotatione delitescere maluit, de qua re alias dicam. In extremis quoque apparet quam parum Rhetor antiquorum sanitatem orationis assequi et imitari potuerit. Per-

Digitized by Google

fectum ἔσχηκας perperam ponitur in ea re, quam quis plane praeteriisse putet, ut nihil supersit. Debebat ἔσχες: peccavit cum plurimis, sed peccavit, et sic ALCIPHRONEM depono de manibus.

## CAPUT VI.

Venio nunc ad LUCIANUM, qui ad hunc diem scatet vitiis erroribusque. Multa deliquit ipse, non satis perspecta in omnibus consuetudine loquendi Antiquorum, ad quos se tamen quam poterat diligentissime in scribendo componebat, aut non ubique commode recordatus quem usum, quam proprietatem orationis antiquae et probae et incorruptae apud illos recte dudum animadvertisset seduloque magna cura et impenso studio notasset. Passim in LUCIANI scriptis apparet, quantum curae huic rei impertiatur, ut ne soloeca, ne barbara, ne plebeia dictione utatur, quanto labore optimos auctores imitari et referre satagat: apparet ad quorum exemplum orationem suam exigat et nihil ei rectum et sincerum videri, quod non idonei scriptoris fide nitatur; apparet simul quam negligenter et inepte plerique omnes *tum* loquerentur, quam incredibilis socordia, quam *foeda inscitia* sermonis fuerit vel in doctissimis, ut quidem videbantur, dicendi Magistris et Rhetoribus et Grammaticis. Horum alii summa impudentia vitiosissimam aequalium dictionem pauculis vocabulis antiquis distinguebant et comebant, caeterum volutabantur in iisdem, quibus vulgus, sordibus, ne abiectissimis quidem abstinentes, quibus si quando ab elegantioribus arguerentur, poëtam vel scriptorem aliquem veterem testem et vindicem mentiebantur. Alii alio genere insaniae ineptiebant: imitabantur HERODOTUM vel THUCYDIDEM in hunc modum, ut ex eorum libris lacinias et veluti centones admixtis vocabulis de trivio sumtis consuerent: alii quidquid olim esset obsoletum et intermortuum ex Antiquis corradebant, addebant monstra verborum a se stolide ficta, eaque ut tesserulas in pavimento componebant. Non deerant his omnibus auditores, ita uti fit, et admiratores aliquanto etiam stolidiores, qui stupebant ad ea quae non caperent, et ne viderentur non intelligere malebant plaudere. Castigat istorum ineptias LUCIANUS et inscitiam ar-



Digitized by Google

guit et exagitat impudentiam, saepe urbane et iocose sed mordacioribus iocis, saepius indignabundus et iratus, ut contemtus appareat et odium. Idem, ut oportet vitiorum osorem et insectatorem, summa ope nititur, ne quid eiusdemmodi ipse committat; imbibit, quantum potuit, veterum nitidam et tersam dictionem, cogitandi serenitatem, loquendi sanitatem. Quod aliis suadet et commendat, ipse primus intento studio peregit: quam viam longam et arduam ad veram dicendi scribendique laudem contendit solam ducere, eam ipse indefesso labore emensus est, neque aerumnas pertaesus neque imperitorum voculis deterritus, neque stultae multitudinis iudicio quidquam tribuens, sed suo fretus veterum lectione subacto. Multa sunt apud eum de eo argumento egregie dicta et praecepta, ex quibus unum adscribam. Docet LEXIPHANEM (34, 22) quemadmodum bene scribendi facultatem sibi comparet: *ἀρξάμενος*, inquit, *ἀπὸ τῶν ἀρίςων ποιητῶν καὶ ὑπὸ διδασκάλοις αὐτοὺς ἀναγνοὺς μέτιθι ἐπὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τῇ ἐκείνων Φωνῇ συντραΦεὶς ἐπὶ τὰ Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι, πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγεγυμνασμένος· παρὰ γὰρ τούτων ἅπαντα τὰ κάλλιςα ἀπανθισάμενος ἔσει τις ἐν λόγοις.* Quis autem hoc melius et diligentius fecit quam LUCIANUS ipse, qui nullam aliam laudem acrius expetit quam ut illos feliciter videatur referre? Quam sit idem diligens et anxius orationis sanae et propriae exactor observatorque, quam lubenter in huiusmodi argumento versetur, ut usum loquendi acute definiat et proba a vitiosis sine ineptiis distinguat, vel unus libellus abunde demonstrare possit, qui *ψευδοσοΦιςὴς ἢ σολοικιςής* inscribitur. Quod in eius libri fine scripsit, postquam exemplis compluscula aperuerat ex usu veterum certa discrimina verborum, quibus aequales omnes promiscue abutebantur, viam mihi optime muniet ad id quod demonstrare paro: *ταῦτα*, inquit (76, 10), *ἴσως μὲν ὑποσυγκέχυται, ἴσως δὲ καὶ ἀκριβοῦται παρά τισι, βέλτιον δὲ τὸ ἀκριβοῦν ἑκάςῳ.* Hoc ipsum in ipso LUCIANO luculenter cernitur. Si quid de genere hoc notatum et observatum haberet, non in naturam vertebat sed identidem imprudens ad aequalium negligentiam delabi solebat. Apud sequiores *ianua patet* dicitur *ἀνέῳγεν ἡ θύρα*, apud veteres, si quando *ἀνέῳγεν* occurrit, imperfectum est signifi-

Digitized by Google

cans *aperiebat*. PHERECRATES apud BEKK. *Anecd.* I. p. 399.

οὐδεὶς γὰρ ἐδέχετ' οὐδ' ἀνέῳγέ μοι θύραν.

Qui ab Oratoribus *Atticis* et Comicis et PLATONE *Graece* discit facile hoc animadvertet, docti *Grammatici* notaverunt. LUCIANUS ipse in ψευδοσοφιστῇ § 8. ita ludificatur magistellum, qui se quemvis soloecismum statim deprehendere iactabat: ἡ γὰρ θύρα σχεδὸν ἀνέῳγέ σοι. — εἰπὲ μόνον. — ἀλλ' εἶπον. — οὐδέν γε ὥς' ἐμὲ μαθεῖν. — οὐ γὰρ ἔμαθες τὸ ἀνέῳγεν; — οὐκ ἔμαθον. At idem huius rei immemor imprudens in scribendo aequales sequitur 10, 4, 1. τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεῳγότα. 49, 29. ἀνεῳγόσι τοῖς σώμασιν et 66. 4 ἥν πως ἀνεῳγυῖαν ἔτι τὴν παλαίςραν καταλάβωμεν, et bis illud ipsum ἀνέῳγεν ἡ θύρα. 45. 30 et 32. Eodem modo saepe meliora non nesciens sequitur deteriora, plerisque omnibus eadem peccantibus.

Nihil propemodum eorum, quae in ALCIPHRONE reprehendimus, non est idem a LUCIANO commissum, qui nonnumquam in iisdem incorruptum usum antiquae linguae retinet, subinde ad vitiosam aequalium consuetudinem deflectit. Verbum γαμεῖν habet apud veteres has formas: γαμῶ, γαμῶ, ἔγημα, γεγάμηκα et γαμοῦμαι, *nubo*, γαμοῦμαι, ἐγημάμην, γεγάμημαι: apud sequiores γαμῶ, γαμήσω, ἐγάμησα, γεγάμηκα et γαμοῦμαι, γαμηθήσομαι vel γαμήσομαι, ἐγαμήθην, γεγάμημαι. Numquam veteres γαμήσω aut ἐγάμησα aut ἐγαμήθην aut γαμηθήσομαι aut γαμήσομαι dixerunt. Atticistae et LUCIANUS interdum antiquos, saepissime aequales sequuntur errantes. Saepe γαμήσω occurrit, semel γαμῶ *uxorem ducam*, in *Timone* (5. 52) ἀλλὰ γαμῶ, ἣν δίδῳ θεὸς, ἐς νέωτα καὶ παιδοποιήσομαι, librarii non sunt suspicati futurum esse et sic evasit, at vide quid continuo sequatur: Οὐκ οἶδα εἰ γαμήσεις ἔτι, ὦ οὗτος, τηλικαύτην παρ' ἐμοῦ πληγὴν λαμβάνων (corrige λαβών). Qui modo γαμῶ dixerat, γαμεῖς, opinor, subiunxerat, ut solent οἱ εἰρωνευόμενοι alicui sua ipsius verba occinere. Peccaverint librarii etiam aliis locis aliquid, tamen saepius in ipso scriptore culpa haerebit. Recte legitur ἔγημα 8, 16, 1. et γῆμον in versu hexametro ALEXANDRI impostoris 32, 35. contra passim γαμήσω et ἐγάμησα apparent, ut γαμήσειας 8, 5., 4. 51, 6. γαμήσας 50, 13. γαμήσεις 51, 8. γαμήσειν 51, 9. 67, 7, 2. γαμήσει 61, 22. et alibi saepe. Recte monet POLLUX III. 45.

Digitized by Google

*γῆμαι* ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς λέγεται, *γήμασθαι* δὲ ἐπὶ τῆς γυναικὸς, οὐ *γαμηθῆναι*, sed peccant scriptores. Apud PLUTARCHUM legitur *γαμηθῆναι* in *Theseo* 20, *Cicer.* 29, *γαμησομένην*, *Artax.* 26, *γαμηθείσης Anton.* 2, *γαμηθεῖσαν Caes.* 5, similia alibi. In eadem re alius est LUCIANI et Graeculorum error: verbum priscum et olim intermortuum revixit *ὀπυίω* sive *ὀπύω*, quod apud HOMERUM significat *γεγάμηκα*, idem in SOLONIS legibus exstabat, quod et aliunde notum et imprimis ex HESYCHIO v. Βεινεῖν (antique pro *βινεῖν*): *παρὰ Σόλωνι τὸ βίᾳ συγγίνεσθαι* (sic leg.), *τὸ δὲ κατὰ νόμον ὀπύειν*; hinc sequiores arripuerunt fere lascivo sensu, quo et LUCIANUS subinde abutitur, ut 17, 41. Τηρεὺς δύ' ἀδελφὰς ἅμα ὀπυίων: emenda locum 35, 12. *οἱ δὲ ἔτι γελοιότερον ἠξίουν μεταςειλαμένους τινὰς τῶν ἐξ οἰκήματος γυναικῶν κελεύειν αὐτὸν* [*συνεῖναι καὶ*] *ὀπυίειν*, satius erit *τινὰ* reponere pro *τινάς* et *συνεῖναι καί* expungere. Eodem sensu lascivo et spurco Graeculorum seri nepotes, qui nunc *Graeciam* incolunt, *γάμος* et *γαμεῖν* dicuntur dicere. Caeterum quemadmodum futurum *γαμῶ* propemodum interiit, sic rarae quaedam longo intervallo apud LUCIANUM emergunt reliquiae formarum similium, quae olim apud omnes ante ALEXANDRI mortem solae vigebant. Futurum est 14, 27 fin. *ὑμᾶς ἐς αὔριον παρακαλοῦμεν*, si quid scribis suboluisset nunc *παρακαλέσομεν* legeretur, ut *καλέσειν* 32, 19. *προσκαλέσομαι* 47, 9. *τελέσειν* 67, 11, 2. *ὑποτελέσειν* 41, 55. *ἀποτελέσειν* 30, 11. *ἐλάσειν* 66, 33. *παρελάσειν* 42, 22. *διασκεδάσομεν* 67, 9, 5. *ἀπολέσων* 42, 33. alibi. Bis in eodem verbo peccatum est 42, 31. *κἀγὼ οὐδέν τι τοῦ παρακαλέσαντος εἰς τοῦτο δεόμενος*, ubi certa lex sermonis iubet futurum ponere; *τοῦ παρακαλοῦντος* genuinum esse arbitror, quod primum in *παρακαλέσοντος* abierit, deinde in aoristum. In multis horum anceps et ambigua res est statuere utrum scriptor ipse an scribae et scioli arguendi sint: in nonnullis numquam id satis certo indicio poterit definiri; hoc utique in LUCIANO, ut in ALCIPHRONE, ut postea in aliis, satis habebo vicisse, non omnia imputanda esse utcumque foeda et turpia vitia hominum temporumque iniuriis, sed bonam partem vitiorum natum esse negligentia eorum ipsorum, qui sermonem veterem, quem ad amussim satagebant referre, non satis ipsi tenebant, ut non saepius ridicule et turpiter hallucinarentur.

Digitized by Google

Unum vidi philologum, antiquae linguae *Graecae* insignem in modum peritum, qui LUCIANUM ipsum ausus sit summo iure corripere: ELMSLEIUS est, qui ad *Acharn.* 1167 scribit: »*quod dixit Lucianus Timone* p. 161, *κατέαγα τοῦ κρανίου non magis Atticum est quam ἵπτατο, ἀπαντώμενος, καθεσθεὶς et reliqua portenta, quae Lexiphani suo exprobrat.*" Decepit LUCIANUM fallax analogiae species, et quia κατεαγέναι τῆς κεφαλῆς apud Oratores et Comicos et PLATONEM lectitarat, opinatus est τοῦ κρανίου item bene et venuste dici posse. Equidem eiusdemmodi errores in LUCIANI scriptis permultos mihi deprehendisse videor, quorum partem nunc expromam, libereque quod sentio aperiam, nihil morans semidoctorum obstrepentium voculas, qui hanc rationem nescio quomodo periculosam litteris esse clamitant. Nihil cuiquam ea res apportabit mali, nisi iis fortasse, qui non satis docti et ab iudicio infirmiores de illis rebus iudicant, quas non penitus habent cognitas et perspectas. Permulti anni sunt, ex quo LUCIANUM diligenter et lubenter lego atque relego, eumque cum scriptoribus *Atticis*, ad quorum imitationem se totum composuit, sedulo comparavi et comparo. Nihil in eo reprehendam, quod mihi obiter inter legendum subnatum sit, sed ea, quae mihi dudum animadversa diuturnus legendi et meditandi usus plane confirmavit. Si quis mecum forte contendet, eum mihi velim adversarium dari, qui et bene *Graece* sciat et in LUCIANO sit versatissimus, namque ita demum ἀγαθὴ ἔρις ἥδε βροτοῖσιν et quod verum est consensu agnoscetur. BEKKERUS autem in LUCIANO vix fecit operae pretium: quod scripta Lucianea aliter disposuit nihil est, quod spuria seposuit tacitus, non est magnum: correctiunculas compluscu*las*, et pauculas emendationes in ordinem recepit suas, plures aliorum, in qua re nescio quo iudicii errore multas optimas et certas emendationes sprevisse videtur, nisi forte repertas esse ignoravit. Quod autem subinde in LUCIANI verbis et codicum scripturis novavit aliquid, quis est per multos annos in *Graecorum* scriptorum oratione emendanda versatus, qui non in quolibet scriptore ad primam statim lectionem tralaticia quaedam menda et vitia nullo negotio tollat et locos multos aegros et male habitos perite restituat, quae saepe alibi sanarit iisdem remediis ad salutem revocans et alia quaedam vitiosa et

Digitized by Google

distorta refingens ad naturae normam et *Graecorum* usum? BEKKERUS autem raptim LUCIANO semel iterumque perlecto et, si quid sibi inter legendum subitae correctionis in mentem venisset, annotato, novum librum properavit edere, namque eo morbo laborat, quem malo dicere verbis maximam partem Epicharmeis:

*οὐ φιλόλογος τύγ' ἐσσὶ, ἔχεις νόσον, χαίρεις ἐκδιδούς.*

ex qua re bonae litterae et ars critica non multum capiunt emolumenti. Sic enim monstra et portenta scripturarum et lectionum in LUCIANO inveterant, quae diligentior et intentior editionis cura deprehendisset et procurasset. Dabo primum exempla quaedam, ne immerito LUCIANUS plectatur, ubi deliquerunt alii, deinde ipsius errores quosdam et vitia indicabo. Legitur 51, 8. *ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀφικόμενος εὖ οἶδ' ὅτι ἀπορήσεις καὶ ἤδη ἀπορεῖς, ὁποτέραν τραπητέον.* Neminem advertit extrema barbaries in *τραπητέον.* Corrige: *ὁποτέραν τράπῃ.* Foedius etiam 5, 47. retinuit BEKKERUS *φόνου τάχα προσκεκλήσῃ με.* Quod LUCIANUS scripsit *προσκεκλήσομαι* non caret errore: significat enim *ἔσομαι προσκεκλημένος* et non hoc TIMON cogitat sed *προσκληθήσομαι.* Saepe in hunc errorem incidunt sequiores, numquam veteres. Notavimus in ALCIPHRONE, in LUCIANO saepe deprehendi ut 47, 14. *αὗται δὲ ἐς ὕστερον δεδικάσονται,* ubi *ἐκδικασθήσονται* dictum oportuit. Non minus foedum est 52, 29. *καί μοι δοκεῖτε εἰς καλὸν διατεθήσεσθαι τὴν διατριβήν* pro *διαθήσεσθαι.* Librarii peccarunt in *Timone* § 53. *διώρυκται* pro *διορώρυκται*, 15, 48. *ὀσφρᾶται* pro *ὀσφραίνεται.* In 37, 35. editur *ἀγνώμων ἂν εἴην ὀκνῶν ὑπὸ ἰχθύων καταδασθῆναι τοσούτους αὐτὸς ἰχθῦς καταφαγών*, pro *καταδασθῆναι*, quod ne *Graecum* quidem est, emenda *κατεδεσθῆναι.* Scribitur 58, 14. *ἀνοιγείσης* barbare pro *ἀνοιχθείσης* et barbare 70, 11. *εὐωχήσωνται* ubi repone: *ὅπως θύσουσι καὶ εὐωχήσονται.* Non melioris notae ibidem legitur verbum ab ipso BEKKERO fictum *μονοχιτωνῶν*: debuerat *μονοχίτων ὢν* dare. Soloecum est 60, 16. *φέρε ἀπολογήσομαι* pro *ἀπολογήσωμαι* et 65, 7. *προκατεδεῖται* pro *προκατέδεται* et 67, 7, 3. *καταλείψασαν* pro *καταλιποῦσαν*, ibidem male *προσίῃ* legitur pro *προσίεσαι* et *ἀπεμύκτισας* pro *ἀπεμυκτήρισας.* Turpiter editur 67, 15, 2. *πρυτανεῦσι* pro *πρυτάνεσι.* Suspecta mihi admodum forma est, quae occurrit

Digitized by Google

24, 2. *Φασὶ πυρεταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ* pro *πυρέττοντας*: certa labes est et Editori pudenda in *ἀπ' αὐτοῦ* pro *ὑπ' αὐτοῦ*. ne hoc quidem LUCIANO est imputandum quod praecedit *ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτούς*. si *ἔπαυσε* dedisset *λοιμώττοντας* addidisset, dedit *ἐποίησε*. Corrigendum erat 8, 22, 1. *παιδοποιεῖς* in *παιδοποιεῖ*., nam constanter *παιδοποιεῖσθαι* dicebant. Male BEKKERUS servavit 26, 29. et 46, 23. *ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν* et *ἐπὶ ξενίᾳ σε καλοῦμεν*, quae scriptura, quamquam sexcenties in codicibus recurrit, manifesto absurda est. Qui civem ad coenam vocat dicitur *ἐπὶ δεῖπνον καλεῖν*, qui *hospitem καλεῖν ἐπὶ ξένια*, eaque res *τὸ δεῖπνον* appellatur et *τὰ ξένια*; saepe *ξενίων* et *ξενίοις* legitur: nihil horum movit librarios, qui fere ubique *ἐπὶ ξενίᾳ* dare solent: scribarum auctoritas doctos trahit, quod contra oportebat. Soloecum est 1, 2. *ἑρμογλυφεύς*, quae forma aeque vitiosa est ac si quis *ζωγραφεύς* vel *κοροπλαθεύς* voluisset dicere. *Graecum* est *ἑρμογλύφος*, quod in eodem libro paulo ante recte legitur. Pro *ἔνορχιν*. 8, 4, 1. et alibi reponendum fuerat *ἐνόρχην*. In *Lexiphane* 34, 11. *θεοεχθρίᾳ σχεθείς* plane barbarum est, a *θεοῖς ἐχθρός* derivabant *θεοισεχθρία*, quod apud ARISTOPHANEM et DEMOSTHENEM vix evasit. Exstincta est a Graeculis forma vetus 46, 24. ubi quaerit ex ICAROMENIPPO IUPITER an sibi *Athenienses τὸ Ὀλύμπιον ἐπιτελέσαι διανοοῦνται*: quantum periculi a Graeculis impendeat formis, in quibus *ιει* concurrant, ostendet hic locus in *Lexico* PHOTII v. *Ὀλύμπια: τὰ ἐν Πίσῃ Ὀλύμπια καὶ τὸ ἱερὸν Ὀλύμπιον πενταουλλάβως ὡς Ἀσκληπιεῖον*: qui ne hic quidem *Ὀλυμπίειον* dederunt, quid alibi fecisse censeas? Nihil est quod ab illis non exspectaveris. Scribae, qui scholion ad *Odyss. θ.* 186. de forma *Attica ᾗ* pro *ἦν* describebant, in omnibus exemplis, quibus haec doctrina confirmatur, pro *ᾗ* omnes *ἦν* dederunt. In BEKKERI *Anecd.* I. p. 449, 31. *ἀρχιερέων: οὐκ ἀρχιερέα, Πλάτων ἐνδεκάτῳ Νόμων, ὀξεῖαν μέσην συλλαβήν*: neque librario neque BEKKERO in mentem venit *ἀρχιέρεων* scribere. Elegans vocabulum *Atticum* intercidit 3, 12. *πρὸς τὸ καθαρὸν τῆς διαίτης μεθιστᾶσι*: nihil significat *τὸ καθαρόν*, restitue *τὸ καθάρειον*, quod inter lautitiam et sordes medium genus est, frequens apud *Athenienses*, qui elegantiores quam ditiores MENANDRO suggesserunt, quod in proverbium abiit:

Digitized by Google

*ἐς τὰ καθάρεια λιμὸς εἰσοικίζεται.*

BEKKERUS nondum perspexit *καθάρειος Graecum* esse, non *καθάριος*, quod retinuit 8, 6, 4. Quamquam *τὰ χρυσᾶ ἔπη* sunt sequioris aetatis, tamen ab hac labe immunia sunt recteque legitur vs. 35:

*Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον.*

in seq. § 13. *ὁ δὲ ἀκούων ἃ ἦν μεταξὺ ἐπαιδεύετο*, expunge *ἃ ἦν*. In *Timone* 5, 38. *ἐχρῆν μὲν ἴσως καὶ μακρὰ εἰπεῖν οὕτω πολλὰ ὑπὸ σοῦ κατηγορηθέντα*, vitium alunt haec verba, quod ita deprehendes si memineris *κατηγοροῦμαι* vel *κατηγόρημαι* vel *κατηγορήθην ἐγώ* dici non posse, sed *κατηγόρηται ἐμοῦ*: itaque *οἱ κατηγορούμενοι* apud eos tantum apparent, qui antiqui sermonis turpiter ignari sunt pro *οἱ Φεύγοντες*, ut in oratione, quae ANDOCIDEM auctorem mentitur *de Mysteriis* § 6. verba *ὥςε ὑμᾶς πολὺ ἂν ἥδιον δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν κατηγόρων ἢ παρὰ τῶν κατηγορουμένων* vel sola fraudem retegant. Dicebant *τὰ κατηγορημένα* et *τὰ κατηγορηθέντα*, idque ipsum LUCIANUS dixerat sed *πρός* intercidit, ut sexcenties, ob siglam librariis sequioribus non intellectam: restitue *πρὸς οὕτω πολλά*: similiter in vicinia § 27. *ἀμβλυώττοντες τὰ τηλικαῦτα Graecum* erit, si *πρὸς τὰ τηλικαῦτα* repones, ut 12. 1. *ἀμβλυώττω πρὸς τὸ Φῶς*. Sed leviora haec sunt et in aliud tempus seponenda: turpissimum mendum est ab ipsis Editoribus invectum in libro: *Quomodo sit Historia conscribenda* 25 § 49. ubi historico haec praecepta ponuntur: *μὴ πρὸς ἓν μέρος ὁράτω, — ἀλλ' ἐς τοὺς ςρατηγοὺς μὲν τὰ πρῶτα καὶ εἴ τι παρεκελεύσαντο κἀκεῖνο ἀκηκούσθω*: quis umquam foediorem vidit barbariem quam in *ἀκηκούσθω*?, *ἤκουσμαι* et *ἠκούσθην Graeca* sunt et saepe leguntur. Gratum PLUTARCHO feceris, si ei in vita *Marcelli* cap. V. *ἐπεὶ τρισμὸς ἠκολούθει μυός*, reddideris *ἠκούσθη*, *auditus est* soricis occentus, non *sequebatur*. Nihil est facilius quam LUCIANI manum restituere. In codicibus est *ἀκηκόστω*, *ἀκήκοστο*, *ἀκηκούστο*, *ἀκηκούστω*, *ἠκήκουστο*, corrector temerarius tandem dedit in duobus libris *ἀκηκούσθω*, idque imperite probavit FRITZSCHIUS, quem caeteri incauti sequuntur. In *ἀκηκόστω*, quae prima est mali labes, male latet vera scriptura *ἀκηκοέτω*, quales formae LUCIANO sunt in deliciis, ut in eadem § *ἐοικέτω*. ibid. § 45. *βεβηκέτω*. 51, 23. *κεχηνέτω*. 70, 17. *ὀξὺ δεδορκέτω*. Hae for-

mae omnes neque antiquae sunt neque probae: apud veteres paucae quaedam sunt formae a perfectis derivatae, omnes in -θι exeuntes ἕϛαθι, τέθναθι, βέβαθι, τέτλαθι, κέκραχθι, δέδιθι, ἴσθι, πέπισθι (non πέπεισθι. AESCHYL. *Eumenid.* 598 sq.:

πέποιθ', ἀρωγὰς δ' ἐκ τάφου πέμπει πατήρ.
νεκροῖσί νυν πέπισθι μητέρα κτανών.

vulgata scriptura nihilo est deterior quam εἶσθι pro ἴσθι) ἄνωχθι, in quibus omnibus reliquae personae in penultima extra syncopen retinent vocalem α ex ipsa natura *Graeci* sermonis. Κεχηνέτω, δεδοικέτω, ἑϛηκέτω, βεβηκέτω, ἐοικέτω cet. tam prava sunt atque si quis pro λεξάτω aut ἀρήξατε vellet λεξέτω dicere aut ἀρήξετε. Apud Graeculos fictae sunt formae, quas pueri didicimus, τέτυφε, τετυφέτω κτέ. hinc labes *Atticos* infecit. In *Vespis* vs. 415:

ὦγαθοί, τὸ πρᾶγμ' ἀκούσατ', ἀλλὰ μὴ κεκράγετε,

nuperrime demum recepta est scriptura codicis *Ravennatis* κεκράγατε. In *Acharnensibus* vs. 133 vulgata scriptura erat:

ὑμεῖς δὲ πρεσβεύεσθε καὶ κεχήνατε,

quum ELMSLEIUS perperam κεχήνετε recepit idque usque ad BERGKIUM inveteravit. Nesciebat haec omnia LUCIANUS et cum aequalibus credo omnibus errabat dederatque ἀκηκοέτω, in qua forma gliscentem in codicibus labem et correctorum temeritatem est operae pretium cognoscere.

Quam vitiose editur 66, 32. οὐδεὶς γὰρ ὁ ἐναντιωθησόμενος ἡμῖν τὰ ὅπλα, quam prope abest vera lectio ἐναντία θησόμενος. In eodem loco pro ἐπιβάντες ἐπὶ τὰς τριήρεις verum est ἐμβάντες ἐς τὰς τριήρεις mox in τὰ πλοῖα διαρκῆ expunge articulum et in τὰς πόλεις ἀτειχίϛους λαβόντες supple ἀτειχίϛους οὔσας: in sequenti § ὕπαρχοι ἑκάϛῳ ἔθνει ἐπεισαχθέντες sensit BEKKERUS subesse vitium et ἐπιταχθέντες recepit, sed non ita *Graeci* loquuntur sed ἐπιϛαθέντες. Quod legitur 5, 56. σοῦ δὲ αὐτοῦ χάριν nemo dicebat sed σὴν δ' αὐτοῦ. In 8, 2, 2. retinent vitium, quod alibi perite sustulerunt, βοϛρύχους τῇ μίτρᾳ ἀνειλημμένος, et hic ἀνειλημένος erat revocandum. ibidem male legitur ὑποδέου χρυσίδας, repone ὑποδοῦ. Passim sine vitio scribitur ἀναδούμενος, διαδούμενος, ὑποδοῦνται. Simili modo 33, 18. pro περιδέοντες, rescribe περιδοῦντες, 42, 38. προσδοῦσι pro προσδέουσι. Recte scriptum est ἀνκδοῦντι et ὑποδοῦνται 52, 11

et 15. Eadem negligentia in verbo *λούειν* formis probis veterum substituit formas sequiores. Antiqui constanter breves vocales post diphthongum elidebant, ut nemo nescit. Dicebant *ἔλου*, *ἐλοῦμεν*, *λοῦμαι*, *λοῦσθαι*, *λούμενος*. Graeculi nihil horum retinuerunt: hinc *λούεσθαι*, *λουόμενος* et similia vel in *Atheniensium* scripta se insinuarunt. Quis ferat in LYSIA orat. I § 9. *ὁπότε λούεσθαι δέοι* pro *λοῦσθαι*? In XENOPHONTIS *Hellen.* VII. II. 22. bene DINDORFIUS edidit *κατελάμβανον τοὺς μὲν λουμένους* pro librorum scriptura *λουομένους*. LUCIANO passim hae formae sunt restituendae. Editur *λούεται* 52, 19. *λουόμεθα* 26, 34. *λούεσθαι* 70, 17. *λουομένη* 9, 13, 1. *ἔλουε* 11, 7. *λουόμενος* 37, 42. et 58, 23. *συλλουομένην* 67, 3, 2 alibi. Certum vestigium formae antiquae apparet 45, 9 ubi codices *λελοῦσθαι* exhibent, requiritur praesens *λοῦσθαι*. Si quis forte dubitet satisne recte tribuatur *Graecis* sequioribus, quod antiquioribus solis fuerit in usu, ei hunc scrupulum eximet locus apud LUCIANUM 34, 2. *χαίρω δὲ μετὰ κάματον ἀπολούμενος*, ut ATHENAEUM III. p. 97, *ἀπολούμενος*, *ἦν δ' ἐγώ*, *ἐπείγομαι* et pag. 98. *πρότερον γὰρ συντριβησόμεθον ἔπειθ' οὕτως ἀπολούμεθον*, nempe ridiculi *ὀνοματοθῆραι* *notam* et *vulgarem* formam male componentes ad istas ineptias delabebantur. Confusa consuetudo veterum et sequiorum iterum apparet in verbo *ῥιγῶ*: veteres *ῥιγῷ* dicebant et *ῥιγῶν* pro *ῥιγοῦν*, *ῥιγῶσα*, *ῥιγῶντες*, *ῥιγῴην*, Graeculi *ῥιγοῖ*, *ῥιγοῦν*, *ῥιγοῦσα*, *ῥιγοῦντες*, *ῥιγοίην*. Qui elegantius scribebant imitabantur *Atticos*, scribae et his et illis obtrudunt formas suas. Recte apud LUCIANUM 50, 11. perduravit *ἵνα μὴ ῥιγῷεν*, at in eodem libro § 16. *τὸ μὴ ῥιγοῦν* invectum est pro *ῥιγῶν*. Cf. PIERS. ad MOERID. p. 336 et 339.

Recurrunt in LUCIANO pleraque vitia, quae in ALCIPHRONE reprehendimus, ut digito monstrasse sufficiat. Nimium patienter omnes et BEKKERUS 10, 3, 2. tulerunt *ποῦ ἀπελήλυθε*; et sic saepius *ποῦ*, *που* et *ὅπου* leguntur ubi nemo dubitare possit revocare *ποῖ*, *ποι* et *ὅποι*. BEKKERUS tamen non nisi dubitanter 66, 12. in verbis *οὐκ οἶδ' ὅπου ὑμεῖς ἀπέςητε* suadet ut *ὅποι* scribamus. Nil mali suspicatur 1, 11. *κἄν που ἀποδημῇς* et in *παραβύσῃς που* 34, 24.

Plane eiusdemmodi error commissus est 25, 29. in verbis *ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔργῳ, ἐπειδὰν ὁμοῦ ἴωσιν*, namque *ὁμοῦ*, *ὁμόσε* et

Digitized by Google

ὁμόθεν suam quodque certam sedem habent, ut ἐν ταυτῷ, ἐς ταυτόν et ἐκ ταυτοῦ, quae prorsus idem significant. Itaque ἰέναι et χωρεῖν ὁμόσε *Graecum* est, sed ὁμοῦ εἶναι et corrigendum ὁμοῦ ὦσιν. Subinde apparent composita, quale est λειποψυχοῦντα, 10, 14, 5. λειποταξίου 47, 13, λειπόνεως 16, 3. Nemo improbat 10, 12, 22. νεκροδοχεῖα, ἐμβρυοδόχον 34, 6. ψυχροδόχον 53, 7. ἐξενοδόχησε 38, 47. similia.

Ut apud ALCIPHRONEM, sic apud LUCIANUM aliquoties confusae sunt formae dualium et saepe ταῖν θεαῖν legitur, saepius ταῖν χεροῖν et similiter: turpiter 51, 6. δύο γάρ ἐστον (ὁδώ), αἳ πρὸς τὴν ῥητορικὴν ἄγετον, ubi ὣ pro αἳ emendandum. Peius etiam habitus est locus 15, 20. μὴ διαίρει τὼ τέχνα, μία γάρ ἐστον δύ' εἶναι δοκοῦσαι, in multis libris τώ evasit, in caeteris τὰ τέχνα est, in quo fraus tenetur, at δοκοῦντε interiit, quod prius in δοκούσα abiit, unde δοκοῦσαι natum. Tertium exemplum est 41, 23. ubi αὐταῖν occurrit pro αὐτοῖν.

Εὑρεῖν et εὑρέσθαι permixta sunt et alibi et 68, 16. ubi εὗρε τό in εὕρετο coeat. Quae diximus de formis in -μα penultimam apud veteres producentibus arguunt errorem in ἀρόματα 34, 2. ἐγὼ δὲ περιελθὼν τὰ ἀρόματα, quam deterrimam scripturam primus invexit IACOBITZIUS, quem BEKKERUS sequitur neque analogiam *Graecam* respiciens neque usum *Atticorum*, quem aperuit Grammaticus in ipsius *Anecd.* I. p. 450, 22. ἀρώματα: οὐ τὰ θυμιάματα ἀλλὰ τὰ ἐσπαρμένα. vid. ARIST. *Pac.* 1158, ubi in scholiis est τἀρόματα Graeculorum more, qui πόμα, δόμα, εὕρεμα, ἄνθεμα, ἔνδυμα media brevi dicebant omnes et in hunc modum corrumpebant exemplaria veterum, qui ἄροσις dicebant et ἀροτήρ sed ἄρωμα, ut πόσις, ποτόν, συμπότης sed πῶμα, quamquam nunc plerique omnes πόμα coacti sunt dicere. Ne LUCIANUM quidem et aequales in ea re deseruisse antiquorum auctoritatem docebit paronomasia 34, 20. in πῶμα et πτῶμα. Alius error in re eadem committitur 49, 1. in χρῖσμα, in quo vetus Graecitas et novicia miscentur, κέχριμαι media longa antiquum est, κέχρισμαι correpta vocali novicium, itaque χρῖμα veteres, χρίσμα dicebant sequiores et χρῖσμα nihil est. Caeterum in accentuum ratione LUCIANI editores nihil magnopere erraverunt quod sit operae pretium referre: saepiuscule peccarunt negligentia adversus ea, quae ipsi non

Digitized by Google

nesciebant, aut prosodiae non satis memores vel gnari. Unum tantum est in hoc genere vitium, quod LUCIANO proderit indicasse. 52, 10 ἤπια φάρμακα πάττοντες ἐθεράπευον τοὺς νοσοῦντας, οὐ λέοντας καὶ μυγαλᾶς περιάπτοντες, non illi *leones* aegrotantibus alligabant sed *leoninas pelles*, opinor: non λέοντας igitur sed λεοντᾶς. Eadem opera corrige 25, 10. τὴν Ὀμφάλην τὸν λέοντα τοῦ Ἡρακλέους περιβεβλημένην, credo τὴν λεοντῆν sanius esse.

BEKKERUS ut ἀρόματα et χρῖσμα a IACOBITZIO sumsit incautus, sic saepe verba et formas vitiosas et pessimas retinuit aut revocavit, olim doctiorum consensu damnatas et maximam partem a DINDORFIO abiectas. BEKKERUS revocavit 42, § 27. συναποδράσαντος pro συναποδράντος, γηρωκομεῖν pro γηροκομεῖν. 41, 22. Συρακούσιος pro Συρακόσιος. 20, 54. καταπτῶμαι pro κατάπτωμαι. 46, 13. διολισθαίνοντες pro διολισθάνοντες. 49, 1. θριπηδεςάτους, quo non vidi stolidius Graeculorum vitium pro θριπηδέςους. 34, 13. νειφέτω pro νιφέτω. 46, 26. quamquam nemo vivit, qui plures quam BEKKERUS *antiquos* codices versavit et saepius hunc errorem animadvertit, qui in antiquissimo quoque libro sexcenties recurrit. PHERECRATIS fragmentum est apud HARPOCRATIONEM v. καρκίνος, quod BEKKERUS ita constituit:

ὁπόταν σχολάζῃς, νεῖψον ἵνα τὰ λήϊα
συγκαρκινωθῇ.

codices in νῆψον consentiunt, VALESIUS aliud agens νίψον corrigebat, putans *irriga* sic dici posse. Lege νῖψον: nescio quis petit ab IOVE, *ut nivem velit immittere satis*. Saepe vitia librorum veterum emendaturis proderit meminisse hanc esse scribarum consuetudinem, ut in PLUTARCHI *Sylla* cap. VI. ὁ Βόκχος τῷ Σύλλᾳ χαριζόμενος ἀνέθηκεν εἰκόνας ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τροπαιοφόρους, vetus mendum in ANΘΘΗΚΘΝΘΙΚΟΝΑC latet. PLUTARCHUS scripsit ἀνέθηκε Νίκας, quod olim sic scribebant ΑΝΘΘΗΚΘΝΘΙΚΑC. Ne quis dubitare possit, dabo fideiussorem PLUTARCHUM ipsum in *Mario* cap. 32. Βόκχος ὁ Νομὰς ἔςησεν ἐν Καπιτωλίῳ Νίκας τροπαιοφόρους. In eiusdem vita *Lycurgi* c. 16. hinc nata est scriptura εἴλην pro ἴλην, eademque origo est vitiorum in nominibus propriis ὁ Πείσων, ὁ Δείδιος, ὁ Λεῖρις, alia permulta. In codicibus minus antiquis frequentior etiam est contrarius error, ut ει in ι abeat, in qua re nihil morantur

Digitized by Google

Editores certam analogiam auctoritate poëtarum munitam et Grammaticorum testimoniis confirmatam. Quia ad PLUTARCHUM devenimus huius rei exempla quaedam e *Vitis* a SINTENISIO editis adscribam. In *Theseo* c. 36. commemorat Ποσειδῶνα cognomine Ἀσφάλιον, in *Lycurgo* 12. ἄνδρια *Cretensium* pro ἀνδρεῖα. 21. καθαριότητος pro καθαρειότητος. 28. κρυπτία pro κρυπτεία. in *Cimone* 4. ἐν τῇ Πλησιανακτίῳ ϛοᾷ pro Πεισιανακτείῳ. in *Pompeio* 31. Σπαρτακίοις pro Σπαρτακείοις. 32. Ὑψικρατία pro Ὑψικράτεια, in *Lysandro* 18. τὰ Λυσάνδρια pro Λυσάνδρεια, in *Arato* 53. τὸ Ἀράτιον turpe vitium pro Ἀράτειον, qua analogia nihil est constantius et pluribus exemplis stabilitum, ut τὰ Κιμώνεια (μνήματα), τὸ Θησεῖον, Αἰγεῖον, Αἰάντειον, Μαυσώλειον, Τιμολεόντειον (PLUT. in *Timol.* 39). Ridicule peccarunt librarii in BEKKERI *Anecd.* I. p. 360, 10. *Αἰαί: ἀκόντιον Ἀθήνησι. καὶ τοῦ* Αἰακοῦ *τέμενος* pro *Αἰακεῖον: τὸ Ἀθήνησι τοῦ Αἰακοῦ τέμενος.* SINTENISIUS, qui haec omnia bene scripta esse credidit, sedulo formam ΝЄΙΦΩ recepit in *Bruto* 25. *Mario* 23. *Lucullo* 11, 24, 32. Multo antiquior est hic ipse error in veteri verbo Ionico et *Attico* ΙΛΛΩ et compositis ἐξίλλω, ἀνίλλω, ὑπίλλω, κατίλλω, ἐνίλλω, in quibus quum ῑ sit natura productum nata est et passim inveteravit scriptura ЄΙΛΛΩ, quod eiusdemmodi est atque ΤЄΙΜΗ vel ΝЄΙΚΗ vel ΠΟΛЄΙΤΑΙ et millena de genere hoc in nummis, inscriptionibus, codicibus paullo vetustioribus, ut ὑπ' ἐκείνου apud DIONEM CHRYS. p. 446 pro ὑπεκίνουν. Pro ἴλλειν *Attici* minus veteres εἰλεῖν coeperunt dicere: hinc ἴλλω, εἴλλω et εἰλῶ perpetuo de loco pugnant in simplici et compositis. Ea lis non difficulter ita componi potest, ut ἴλλω cum compositis addicatur antiquioribus, sequiores εἰλῶ et composita sibi habeant, denique vitiosae merces εἴλλω, εἴλω, ἴλω, ἵλω, ἵλλω abiiciantur. Legat mihi quis ad haec quae HEMSTERHUSIUS RUHNKENIO suppeditavit ad TIMAEUM v. γῆν ἰλλομένην p. 71, et RUHNKENIUS ipse collegit ad v. ἀνείλλεται p. 34, et εἰλομένων p. 94, et satis superque habebit unde hanc rationem confirmet. Videbis scripturam ЄΙΛΛЄΙΝ imposuisse tantum non omnibus, sed iidem docti Magistri in ea re tam saepe et in verbis tam manifestis caecutire solent, ut nemini religionem facere aut scrupulum iniicere debeant. Unus HESYCHIUS affatim dabit exemplorum, cui εἰδίω est *sudo*, εἴκετο: ἦλθεν, εἱμείρεται: ἐπιθυμεῖ,

Digitized by Google

*εἶνες*: *νεῦρα*, *εἶπος*: *παγίς*, *Εἶρος*: *πτωχός*, dabit idem *εἰθύφαλλον*, *εἰλαδόν*, *εἶλας*, *εἰλιγγιᾶν*, *εἰλύς*, alia multa. Etiam brevem vocalem sic corrumpit: *εἶτω* ei est *ito*, *εἰσείασιν* et *εἰσείοις* scribuntur *κατὰ ςοιχεῖον* suo loco. Idem contrario errore recepit *ἴδαρ*: *βρῶμα*, *ἴθαρ*: *εὐθέως*, *ἰκασθείς*: *ὁμοιωθείς*, *ἰκόσι* pro *εἰκόσι*, *ἵματα*: *ἱμάτια*, *ἴσομαι*: *γνώσομαι*, *ἴσατο*: *ὡμοιώθη*, *ἰνατέρων*, ne *ἰρωνεία* quidem dubitat recipere et *ἰσόκεν*: *ἕως ἄν*. I nunc et istum consule utra scriptura sit ubique potior. Non est tamen eius inscitia insignior quam reliquorum, qui *λέξεις* condiderunt et linguam veterem aequalibus interpretati sunt. HARPOCRATION, apud quem *νῖψον* pro *νεῖψον* diximus reponendum, ipse sic errare potuit, quemadmodum erravit in *Δείνῳ ἀντὶ τοῦ δεινήσει* pro *δίνῳ* et *δινήσει* et in *Κεινέας*. cf. et v. *Σείρινα*. Minus etiam quam his, doctis videlicet, credi potest scribarum nationi omnium rerum imperitae. Saepissime iuvabit in tempore meminisse perinde esse utrum *ει* an *ι* sit scriptum in libris et ubique nobis ipsis esse videndum utra lectione sit opus. Apud HOMERUM tandem *γείνεαι*, *γεινόμεθα*, *γεινομένῳ* cessere emendatis lectionibus *γίγνεαι*, *γιγνόμεθα*, *γιγνομένῳ*, at qui restituit BEKKERUS non constat sibi in LUCIANO servans 43, 1. *ὁπόσα ἂν αὗται ἐπινήσωσι γεινομένῳ ἑκάςῳ*. NICANDER creditur in *Theriacis* vs. 50 dixisse *κρειοφάγος* pro *carnes vorans*, satis ipse commisit peccatorum, quo minus aliorum vitiis est urguendus: dederat *κριοφάγος*, ut saepe *κριός* abiit in *κρειός*, vide VALCKENAERIUM ad *Phoen.*. vs. 44. Addam unum ex HERODOTO, in quo, nisi vehementer fallor, nos ludificatur forma hinc nata *ὑπείσας* III. 126 et V. 103. Fingunt docti formam *ὑφέω*, *in insidiis colloco*, male comparantes HOMERICA *εἶσα*, *λόχον εἶσαν*, similia. Qui in insidiis collocati sunt dicuntur proprie *ὑφῆσθαι* vel *ὑποκαθῆσθαι*, cui verbo respondebat *ὑφίζω* ut *καθῆσθαι* habet sibi respondentem formam *καθίζω*: igitur HERODOTUS quemadmodum I. 89. scripsit *κάτισον φυλάκους* et 88. *αὐτὸν κάτισε*, sic illic *ὑπίσας* et *ὑπίσαντες* scripserat. Minus etiam dubitabis si videris ne *κάτισε* quidem sine periculo fuisse, nam codices perboni *κατεῖσε* et *κάτεισε* exhibent.

Satis procul nos BEKKERIANUM *νειφέτω* abduxit, revocat me LUCIANUS, cui ea ipsa observatio poterit prodesse 70, 33 ubi dicuntur convivae pauperculi apud divitem coenantes in po-

Digitized by Google

culis aureis et alia mirari et τῆς ἱϛορίας τὸ ἀκριβές, non vidi *historiam* ineptius commemoratam; tu repone τῆς τορείας τὸ ἀκριβές. Nunc primum e LUCIANO pauca quaedam alia eximam menda in verborum formis, tum aliud genus mendorum persequar, quod syntacticam rationem *Graeci* sermonis corrumpit. Nemo dixerit quid sit χολωτῶν in 34, 20. ubi dicit medicus κατὰ θεὸν γὰρ τῶν χολωτῶν τινὶ Φάρμακον τουτὶ κερασάμενος ἀπῄειν, excidit littera, cuius vicem in unciali scriptura lineola in fine versuum supplere solebat. ΧΟΛΩ̄ — ΤΩΝ est χολώντων. Notum est morbi genus eorum qui χολᾶν dicuntur a recentioribus *Graecis*, μελαγχολᾶν ab antiquis. Vitiosa forma est χαμόθεν passim invecta a scribis pro χαμᾶθεν, non tantum in LUCIANUM 42, 30. et alibi, sed in *Atticorum* quoque libros, ut in XENOPHONTIS *Hellen.* VII. II. 7, ubi DINDORFIUS soloecismum reliquit. Admonuit MOERIS p. 409 sed frustra. Ὀπτανεῖον quoque in LUCIANO inveteravit: legitur τοὐπτανεῖον 42, 30; 70, 35 et alibi, quamquam liquido constat τοὐπτάνιον esse dicendum; docet hoc PHRYNICHUS p. 276, confirmant poëtarum testimonia, in quibus saepius Graeculorum fraus ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenditur, qui non dubitant scribere:

ἐγὼ γὰρ εἰς τοὐπτανεῖον οὐκ εἰσέρχομαι

ATHEN. III. p. 102. f. quo iure istic omnes τοὐπτάνιον reponunt, eodem ubique in eadem re utendum. Quod legitur 45, 14 τὸ τρυβλίον ὑφελόμενος ᾤχετο ὑπὸ μάλην ἔχων violat certam loquendi legem et ab omnium perpetuo usu deflectit: utraque de causa ὑπὸ μάλης est rescribendum. Qui ira et furore percitus *frendit dentibus* dicitur πρίειν τοὺς ὀδόντας ut in *Ranis* 927 μὴ πρῖε τοὺς ὀδόντας. Adversus hunc usum duplici modo in LUCIANO peccarunt scribae, si quid iudico, non ipse. Editur 67, 12, 2, τί με ὑποβλέπεις καὶ πρίῃ τοὺς ὀδόντας pro πρίεις et 1, 14. τὼ χεῖρε συνεκρότει καὶ τοὺς ὀδόντας συνέπριε, praepositio ex praecedenti verbo perperam repetita, (nota est haec scribarum hallucinatio) et restituendum ἔπριε. Non erat LUCIANO ab Editore relinquendus turpis error 15, 12. ἐπὶ πόδας αὖ εὐθὺς ἀνέϛρεφον, namque ἐπὶ πόδα cogitari potest et dici solet de eo, qui *pedem refert* et, ut HOMERUS ait, παλίνορσος ἀπέϛη, at ἐπὶ πόδας neque cogitari potest neque dici. Alio infortunio eadem locutio usa est 24, 3. ἐδέδοκτο αὐτῷ ἐπὶ πόδα



Digitized by Google

εὐθὺς [ὀπίσω] χωρεῖν, difficile est sine risu videre ὀπίσω adiectum. Finem faciam in perelegante locutione *Attica* in vitam revocanda, quae misere periit in 58, 1. οἴει μὲν γὰρ ἐν παιδείᾳ καὶ αὐτὸς εἶναί τις δόξειν σπουδῇ συνωνούμενος τὰ κάλλιστα τῶν βιβλίων. τὸ δέ σοι περὶ τὰ κάτω χωρεῖ. Nemo intelligit quomodo et quo sensu ista dicantur. *Athenienses* olim pro περιτρέπειν κάτω dicebant περὶ κάτω τρέπειν. Strattis apud Athen. XI. p. 467 e.

οἶσθ' ᾧ προσέοικεν, ὦ Κρέων, τὸ βρέγμα σου;
ἐγῷδα δείνῳ περὶ κάτω τετραμμένῳ.

in δεῖνος non solus Harpocration peccat, ut vides, pro δῖνος. Sic tum consuetum erat omnibus dicere, teste Photio in v. περὶ κάτω τραπήσεται: ἀντὶ τοῦ περιτραπήσεται κάτω, συνήθως λέγουσι, at huius rei in codicibus nostris nec vola nec vestigium est, tam sedulo haec interpolando deleverunt. In uno loco deprehendi fraudem, apud Aristophanem in *Ecclesiaz.* vs. 730 et 733:

χώρει σὺ δεῦρο κιναχύρα καλὴ καλῶς
πολλοὺς κάτω δὴ θυλακοὺς ςρέψασ' ἐμούς.

quemvis Aristophanis amicum arbitrum adigo scripseritne:

πολλοὺς περὶ κάτω θυλακοὺς τρέψασ' ἐμούς.

sic igitur dedisse Lucianum suspicor περὶ κάτω χωρεῖ, quemadmodum περιιέναι, περιίςασθαι ἐπὶ τὰ χείρω, εἰς τοὐναντίον et similia dicuntur.

Indicabo nunc menda quaedam et errores ex eo genere, quo violatur sinceritas *Graecae* syntaxeos videturque imperitorum homuncionum negligentia Lucianus in eas leges peccare, quibus omnes tenentur quasque nemo nostrum, quibus *Graecitatis* scientia non σύντροφος sed ἐπίκτητος est, facile credo tam graviter violasset atque illum nunc subinde videmus. Sunt qui credant acutos et ingeniosos scriptores tamquam legibus solutos novare etiam in his nonnihil et quod nemo dixerit nonnumquam maluisse dicere quam protrita omnium vestigia legere. Qui sapiebant, credo, id probabant quod Longini verbis dicam ex *Arte Rhetor.* p. 561, in Bakii edit. p. 138: τηρητέον ἐςί σοι καὶ φυλακτέον τῆς φωνῆς τὸν τύπον· σαυτὸν γὰρ οὐ θήσεις οὐδ' εἰσοίσεις ἴδιον νόμον ᾧ δεῖ προσνέμειν. οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ὁ νόμος τῶν λόγων ἀλλ' ἡμεῖς ἐπὶ τῷ νόμῳ, ne ipse Longinus alia prae-

Digitized by Google

cipiat aliis, alia faciat ipse, emendandum erit σαυτῷ γάρ et ᾧ δεῖ προσέχειν. LUCIANUS utique non eo ingenio erat ut dicendi genus sectaretur novum et quod probum esset ac sanum desereret, quia caeteri omnes sequerentur. Quis nostrum, qui accurate *Graece* didicimus, scripsisset quemadmodum scriptum est 70, 33. πρὸς γὰρ τῷ χρηστοὺς καὶ φιλανθρώπους ἀκούειν καὶ τοῦ φθονεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἔξω γενήσεσθε? Equidem χρηστοὶ καὶ φιλάνθρωποι et ipse scripsissem et LUCIANUM dedisse non suspicor sed certo scio. Multo serius nati sunt qui hoc nesciebant et *Romanos* imitabantur: iidem coeperunt antiquam consuetudinem loquendi interpolando obscurare, sicubi nominativus et accusativus concurrerent. His debetur apud HERODOTUM male sana lectio 1. 56. ὁ Κροῖσος ἥσθη ἐλπίζων ἡμίονον οὐδαμὰ ἀντ' ἀνδρὸς βασιλεύσειν Μήδων. οὐδ' ὦν αὐτὸς οὐδὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ παύσεσθαί κοτε τῆς ἀρχῆς, necessarium est οὐδὲ τοὺς ἐξ αὐτοῦ. Apud DEMOSTHENEM πρὸς Λεωχάρην p. 1080, αἴτιός ἐστι Λεωχάρης οὑτοσὶ τοῦ καὶ αὐτὸν κρίνεσθαι καὶ ἐμὲ νεώτερον ὄντα λέγειν ἐν ὑμῖν, non est exspectandum a libris praesidium lectioni αὐτός, quae satis habet in se ipsa praesidii.

Coniunctivo opus est pro indicativo in his 42, 25. τί ποιοῦμεν; respondetur — ἐπιρρίψωμεν κτέ. nihil certius est quam τί ποιῶμεν requiri. Eodem remedio utendum 44, 52. ἡμεῖς δὲ τί ποιοῦμεν ἐπὶ τούτοις;

Multo foedius etiam idem vitium neglectum est in 47, 4. τί οὖν, ὦ Ἑρμῆ, δοκεῖ; προτίθεμεν αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν ἢ θέλεις ἐς νέωτα παραγγελοῦμεν, foedum est, inquam, nondum παραγγείλωμεν esse emendatum: praeterea προθῶμεν rescriptum oportuit. Etiam in praestantissimos *Atticorum* huiusmodi menda aequo animo feruntur, ut in PLATONIS *Protagora* pag. 320 c.: πότερον ὑμῖν — μῦθον λέγων ἐπιδείξω ἢ λόγῳ διεξελθών; reponendum est διεξέλθω; et brevi post p. 322 c.: τίνα οὖν τρόπον δοίη δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις, qui totum locum diligenter perpenderit sentiet δῷ esse corrigendum. Correxerat idem vitium 47, 14. DINDORFIUS, at BEKKERUS retinuit βούλει καὶ ταύτας ἀποκληροῦμεν pro ἀποκληρῶμεν. Duplici modo depravarunt Editores verba LUCIANI 15, 22, ubi dedit IACOBITZIUS, προελόμενοί τινα ἐξ ἁπάντων ὅστις ἄριστα κατηγορῆσαι ἂν δοκῇ, ubi alibi libri κατηγορήσειν δοκῇ aut κατηγορήσειν δοκεῖ, DINDORFIUS IACOBITZIUM sequi-



Digitized by Google

tur, Bekkerus κατηγορήσειν ἂν δοκῇ recepit, omnes errant et certam loquendi legem violant. Non est difficilis optio in his, quia δοκεῖ prorsus est necessarium et perinde est utrum κατηγορήσειν an κατηγορῆσαι ἂν scribatur: in talibus ἂν ad infinitivum refertur, at librarii ad verbum finitum referunt idque suo arbitratu ex indicativo aut in coniunctivum aut (quod multo est frequentius) in optativum mutant. In Aristophanis *Vespis* vs. 1404 sq. Bergkius edidit:

εἰ νὴ Δί' ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης ποθὲν
πυροὺς πρίαιο σωφρονεῖν ἄν μοι δοκοῖς,

quamquam δοκοῖς pro δοκοίης in Aristophane ferri non potest, et in omnibus hisce δοκεῖς solum rectum est. κατηγορήσειν ἂν videtur hodieque tantum non omnibus bene *Graece* dici posse: item κατηγορήσων ἂν aequissimo animo omnes propemodum tolerant. Sunt tamen haec non minus prava et soloeca, ac si quis κατηγορήσω ἂν vel ἔσομαι ἂν vellet dicere. Istae sordes ex plebeio sermone et inscitia τῶν ἰδιωτῶν paulatim gliscente insinuarunt sese in omnia Antiquorum exemplaria et ea nunc est exemplorum frequentia, ut etiam prudentiores videantur ab emendatione deterriti, quae sexcenties passim sit facienda. Non debet ea res nobis moram facere, ubi constabit haec Graeculos identidem invexisse de suo, et quis morabitur testes istiusmodi qui *sentiat* ita dici et scribi non posse? In Demosthenis oratione *de Corona* pag. 284, 17. τὴν Ἐλάτειαν κατέλαβεν ὡς οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο ἔτι συμπνευσόντων ἂν ἡμῶν καὶ τῶν Θηβαίων, neminem umquam offendit συμπνευσόντων, quamquam nemo nesciebat συμπνευσόντων eiusdem farinae esse atque ληψόντων pro ληψομένων, sed aliud est, ut videtur, aliquid non nescire, aliud ita scire, ut semper in tempore memineris. Tandem Dobraeus admonuit συμπνευσάντων esse emendandum. Quis est tam pertinax et ferreus, vel plumbeus potius, ut audeat dissentire? At nihilo incertior res est, etiam absque immani barbarismo, ubicumque ἂν cum futuro monstrose copulatur, quod tamen apud Demosthenem saepe, saepe apud alios factum esse videbis. Docti nonnihil addubitant sed molliter et leviter, et si multa exempla tamquam machinae admoventur, propere veluti deditionem faciunt et arcem sanioris doctrinae τοῖς βαρβαρίζουσι tradunt. In Thucydide V. 15. tolerant γνόντες νῦν μᾶλλον ἂν ἐνδεξομένους

Digitized by Google

V. 94. οὐκ ἂν δέξοισθε, VI. 66. οἱ ἱππῆς ἔμελλον ἥκις' ἂν αὐτοὺς λυπήσειν II. 80 et VIII 25. νομίζοντες ῥᾳδίως ἂν προσχωρήσειν, VIII. 71. νομίζων οὐκ ἂν ἡσυχάσειν, haec ferme sunt genera errorum, quae apud omnes *Athenienses* frequenter nunc recurrunt, olim nemini umquam audita aut lecta, et possumus fere digito monstrare eos, quorum socordia factum sit ut tanta appareat soloecismorum frequentia. Qui imperitum Grammaticum soloecismis ultro commissis ludificatur apud LUCIANUM 76, 2. etiam in hoc exemplo eius inscitiam explodit: οὐ γὰρ ἐθέλεις ἕπεσθαι συνήσων ἂν εἴπερ ἐθελήσειας: nihil homini subolet, ita ipse solebat dicere et alios audire dicentes, respondet igitur: ἀλλ' ἐγὼ βούλομαι. σὺ δ' οὐδὲν εἶπας ὧν ἄνθρωποι σολοικίζοντες λέγουσι. Cui ille: τὸ γὰρ νῦν ῥηθὲν μικρόν τί σοι φαίνεται κακὸν εἶναι; quid diceret si nostrum DEMOSTHENEM, ISOCRATEM, PLATONEM, alios, videret subinde ita scribentes? Apud veteres fere perinde est εἴποιμ' ἂν aut ἐρῶ dicere, nisi quod illud lenius et urbanius dicitur, hoc paulo acrius et incitatius. Numquis putet sic εἴποιμι solum posse dici vel ἐρῶ ἄν? Nemo hercle. Quid si exempla complura utriusque vitii proferentur, quod facile factu est? an omnis illa assensio elabetur? itaque DEMOSTHENEM deseres, ut stolidos scribas sequaris. Num putas pro ἡδέως ἂν ἐρωτήσαιμι, ἡδέως ἂν πυθοίμην recte dici ἡδέως ἂν ἐρωτήσω vel ἡδέως ἂν πεύσομαι? Non arbitror quemquam ita sentire, quia ne Graeculi quidem ita peccant et rara quaedam sunt ista vitia vix ab uno alteroque librario hic illic incuria commissa. Quomodo igitur concoquitis in tertia *Philippica* p. 128, τί ποιῶμεν; πάλαι τις ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων κάθηται; nam quemadmodum recte SOCRATES in PLATONIS *Apologia* disputat p. 27, τίς ἂν ἀνθρώπων θεῶν μὲν παῖδας ἡγοῖτο εἶναι, θεοὺς δὲ μή; ὁμοίως γὰρ ἂν ἄτοπον εἴη ὥσπερ ἂν εἴτις ἵππων μὲν παῖδας ἡγοῖτο ἢ καὶ ὄνων τοὺς ἡμιόνους (expunge ἢ quod nemo admonitus releget sine risu), ἵππους δὲ καὶ ὄνους μὴ ἡγοῖτο εἶναι; sic manifesto absurdum est ἐρωτήσω ἂν non esse Graecum, ἐρωτήσων ἂν nihil habere dubitationis. Eodem iure dixeris participium ἐσόμενος *Graecis* esse, indicativum ἔσομαι non esse. *At veteres membranae passim omnes in his scripturis incredibilem in modum conspirant*, inquiunt. *In hoc ipso loco* DEMOSTHENIS *admirabilis est librorum consensus*, ἐρωτήσων

Digitized by Google

*servant constanter omnes cuiuslibet aetatis et prosapiae, in his antiquitate et fide insignis codex* S *Parisinus.* Audio et ultro demonstrabo illos libros propagatos esse ex codicibus, qui vivo LUCIANO et HARPOCRATIONE habebantur in praestantissimis. Notum est quam saepe HARPOCRATION laudet τὰ Ἀττικιανά, singulari cura et diligentia descripta ab illo ATTICO, quem laudibus extollit LUCIANUS 58, 2. τὰ βιβλία, ὅσα ὁ ἀοίδιμος Ἀττικὸς σὺν ἐπιμελείᾳ τῇ πάσῃ ἔγραψεν cf. § 24. In Praefatione collegit DINDORFIUS ex tenuibus quibusdam indiciis cum *Atticianis* conspirare optima quaeque exemplaria, quae aetatem tulerint, non animadvertit in codice B *Monacensi* (qui descriptus est ex F *Marciano Veneto*) in fine orationis πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου ad p. 158 veterem subscriptionem male et imperite descriptam ita esse legendam: διωρθώθη πρὸς δύο Ἀττικιανά, unde planissime confirmatur quod aliunde collegerat. Sed Codicibus quoque nil prodest auctorem generis nobilem habere si ab eius virtutibus degeneraverint. Indignaretur ATTICUS, si videret quales hodie libri pro optimis habeantur et ad sua exemplaria exacti et correcti esse dicantur. Videret vitiosis et ineptis scripturis et soloecismis obsitos, deinde correctorum omne genus levitate et temeritate interpolatos, videret additamenta sciolorum passim adhaesisse, interpretamenta in locum genuinae lectionis irrepsisse, linguae antiquae *Atticae* usum in plurimis refictum ad recentiorem consuetudinem, orthographiae nullam certam rationem constare, denique multa esse monstra et portenta vocabulorum, syllabas sensu vacuas, temere scriptas ab illis qui quae describebant neque intelligebant neque adeo satis cernebant. Quum haud ita pridem ipsum librum *Parisiis* versarem, unum et alterum locum diligentissime descripsi, quorum unum lectoris oculis subiiciam, ut qui se librariorum fidei committunt sciant quam infirmo tibicine nitantur. Subiungam partem decreti *Byzantinorum*, quod adscriptum est in oratione *de Corona* pag. 255[1]:

---

[1]) In his diligentissime Codicis lectiones exhibui, scripturae genus, litterarum formas et accentuum et spirituum non potui exhibere, retinui tantum σ in fine, quod omnes *Graeci* ante captam *Constantinopolim* constanter ubique faciunt. Saepe proderit hoc meminisse ad veram scripturam ex syllabis perperam divisis restituendam, ut in DION. HAL. VIII. 35, εἰσ ἃ irrepsit pro ἴσα

Digitized by Google

ἐπἴεϱομνάμονοσ βοσποϱιχω
δαμαγητοσ εν τε αλιαε λεξεν
εκ τασβωλασλαβων ϱητϱαν. ε
πειδη ὁ δᾶμος ὁ ἀθηναίων εν
τε τοῖσ πϱογεναμένοισ καιϱοῖσ
ευνοέων διατελεῖ βυζαντίοισ
καὶ τοισ συμμαχοισ καὶ συγγενεσι
πεϱινθιοισ καὶ πολλὰσ καὶ με
γαλασ χϱειασ παϱάσχηται. ἐν
τετωι παϱεςακότι καιϱωι Φι
λιππωι τωι μακεδονοσ επιςα
τευσαντοσ επιτὰν χωϱαν καὶ
τὰν πόλιν επαναςασει βυζαν
τίων καὶ πεϱινθίων καὶ ταν χω
ϱαν δεοντοσ καὶ δενδϱοκοπέ
οντοσ βοηθῆσαι πλοιοισ εκα
τον καὶ εικοσι καὶ σίτωι καὶ βέλε
σι και οπλιταισ ἐξειλετο αμε
ἐκ τῶν μεγάλων κινδυνων καὶ ἀ
ποκατέςασεν τὰν πάτϱιον πο
λιτειαν καὶ τῶσ νόμωσ καὶ τῶς ά
Φωσ δεδόχθω τῶι δάμωι τῶι
βυζαντίων καὶ πεϱινθίων κτέ.

in sequentibus pro ἔγκτασιν γᾶς καὶ οἰκιᾶν in Codice est εκτασιν γᾶσ καὶ οἰκίαν, pro πόθοδον ποττὰν βωλὰν πϱάτοις πεδὰ τὰ ἱεϱά Codex ποθολον ποτι τὰν βωλὰν παϱατοισπαϱατὰἴεϱα. Videtis hominem nihil intelligere eorum, quae scribit, et opus esse, ut ex istis ipsum monumentum antiquum appareat, iis qui

---

ἴσα, εἶσα in codd.), quod HUDSONUS reperit. DIONI CHRYS. IV. p. 75 redde ἐλπίσῃ ro ἐλπὶσ ῇ, SOPHOCLI *Electr.* 1201. redditum est τοῖσ ἴσοισ pro τοῖσι σοῖσ. ertum hinc remedium paratum est LUCIANO 38, 1. ὀλίγου δεῖν Ἀϱιςείδης νόμιζον εἶναι τοῖς Μιλησιακοῖς λόγοις ὑπεϱκηλούμενος — ἄχθομαί τε ὅτι ἐπαυσαι διηγούμενος. Scribe mihi Ἀϱιςείδησ et extemplo emicabit vera ectio Ἀϱιςείδη σ' ἐνόμιζον εἶναι.

Digitized by Google

rerum et sermonis peritissimi ex absurdis scripturis eliciant veras. Qui librariorum auctoritatem et fidem criticis opponunt, defendant et tueantur εκτασιν γᾶς pro ἔγκτασιν, ποθολον pro πόθοδον, παρατοισ pro πράτοις, defendant iidem συμπνευσόντων, quod in iisdem libris est, pro συμπνευσάντων, aut si id a sano negant fieri posse, aequo animo patiantur manifestos errores adversus omnium librorum dubiam et *Punicam* fidem ubique tolli et emendari, et intelligant denique, plus esse praesidii in unius acuti et ingeniosi critici sano iudicio solidaque doctrina quam in acervis codicum ab indoctis et stolidis descriptorum.

E diverticulo in viam redeo ad illud quod dicebam, particulam ἂν ubi verbis νομίζω, δοκῶ, οἶμαι, ἡγοῦμαι, ἐλπίζω aut similibus infinitivum habentibus addita est ad infinitivum referendam esse: vitiosum est igitur 49, 17. ἐγὼ μὲν ὑμῖν ἔγραψα τοὺς νόμους, οἵους ἂν ᾤμην ὠφελιμωτάτους ἔσεσθαι τῇ πόλει, quia ἔσεσθαι ἂν dici non potest et ἂν expungendum.

Librarii, qui tam sedulo aoristis cum ἂν coniunctis substituebant futura, contra assolent futuris substituere aoristos coniunctivi post coniunctionem ὅπως et ὡς, quae apud recentiores saepissime pro ὅπως usurpatur. Est hoc vitium in paucis frequentissimum apud *omnes*, in libris *omnibus*, etiam vetustissimis, sed crescit copia ut quisque liber est recentior: in recentissimis fere perpetuum est. Nihil est, quod homunciones ab eo errore retrahat: iugulant metrum, immanes barbarismos securi committunt idque eo facilius quia una tantum vocalis aut diphthongus discrimen hoc facit. In ARISTOPHANIS *Nubibus* vs. 258:

ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.

libri scripti omnes cum praestantissimis *Ravennate* et *Veneto* servant θύσητε, quod nemo, spero, recipiet. Pleni sunt huiusmodi errorum *omnes* Veterum libri, et qui volet unde volet magnam copiam colliget, qua optime utatur ad similia menda aliunde eluenda. Tenentur in manifesta fraude interpolatores, ubi futurum et aoristus non una vocali sed tota forma differunt, at illi antiquum obtinent mutantque terminationem, unde nascitur mera barbaries. Dabo pauca exempla. STOB. *Floril.* 19, 16. ὅπως ἀντιδήξηται, 18, 38. ὅπως διαφεύξωνται HEROD., V. 23. codd. ὅκως ἀπίξηται, DIO CHRYS. 8. p. 136. ὅπως μὴ ἔσωνται.

Digitized by Google

15. p. 222. ὅπως βιώσηται, 31. p. 318. ὅπως τεύξωνται, 34. p. 415. ὅπως φανήσωνται. DIONYS. HALIC. I. 45. ὅπως συνάξωσιν, IV. 75. ὅπως μὴ κάθοδον ἕξωσιν, VI. 57. ὅπως κατάξωσιν et 58. ὅπως μὴ λήσῃ, quibus permulta alia adderem, si tam utile quam facile foret. Grassatur idem malum in optimi cuiusque *Attici* Codicibus et Editionibus. Quia DEMOSTHENES ad manum est, pro omnibus mihi testimonium dicito. Sine barbarismo peccatum est, p. 9, 17. βοηθήσητε, recte βοηθήσετε BEKKERUS. 18, 10. ὅπως μὴ δόξωμεν, idem δόξομεν. 29, 1. ὅπως σώσωμεν, receptum est σώσομεν, 45, 20. ὅπως μὴ ποιήσητε, BEKKERUS bene ποιήσετε. Barbarismi apparent p. 21, 18. ὅπως μὴ ἐροῦσι, in antiquo *Marciano* ex *Atticianis* correcto duplex scriptura fertur ἐροῦσι et supra scriptum ἐρῶσι, mirifica forma pro εἴπωσι, p. 28, 6. ὅπως μὴ πεισόμεθα, in multis πεισώμεθα, p. 60, 19. ὅπως μὴ πραξόμεθα, alii libri πραξώμεθα, et sic per omnes *Atticos* caeterosque idem malum grassatur, saepe a criticis sanatum, saepius passim sanandum. Exempla ut apud alios, sic apud LUCIANUM tam magno numero legenti occurrent ut indicare non sit opus; defungar uno et altero in 70, 30. ὅπως αὐτοὶ χρήσωνται et 33. ὁρᾶτε οὖν ὅπως μηκέτι ὑμᾶς αἰτιάσωνται ἀλλὰ τιμήσωσι καὶ φιλήσωσι, non minus haec sunt emendanda quam quod legitur § 11. παρασκευαζομένους ὅπως θύσωσι καὶ εὐωχήσωνται, quia εὐωχηθῆναι *Graecum* est et εὐωχήσασθαι barbarum.

Non minus frequens est scribarum error in infinitivis aoristi pro futuris. Deceperunt omnes propemodum criticos, qui ingenti exemplorum numero expugnati faciles credunt aoristos infinitivi nescio quomodo repente futuri temporis significationem nactos esse. Apud XENOPHONTEM legitur in *Hellen.* V. IV. 7. εἰ δὲ λήψονται τὴν θύραν ἀνεῳγμένην ἠπείλησαν ἀποκτεῖναι ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ οἰκίᾳ, retinuit ἀποκτεῖναι DINDORFIUS, qui similia menda perite correxerat in vicinia, V. I. 32. οὐκ ἔφη δέξασθαι τοὺς ὅρκους ἐὰν μὴ ὀμνύωσι κτέ. et 35. ὀμωμόκεσαν ἐμμένειν τῇ εἰρήνῃ. V. III. 26. ὀμόσαντες ταύτας ἐμμένειν, bene recepit δέξεσθαι et ἐμμενεῖν. Δέξασθαι ita demum recte habebit, si in recta oratione bene dicetur ἐδεξάμην, at AGESILAUS ipse, credo, dixerat οὐ δέξομαι τοὺς ὅρκους ἐὰν μὴ ὀμνύητε, et quam ineptum et absurdum est eum in ea re ἐδεξάμην inducere dicentem tam vitiosum et absonum est δέξασθαι pro δέξεσθαι et ἠπείλησαν ἀπο-

Digitized by Google

*κτεῖναι* pro *ἀποκτενεῖν*. Eadem est ratio verborum *οὔ φημι*, *ὄμνυμι*, *ἐλπίζω*, *προσδοκῶ*, *νομίζω*, *οἴομαι*, *ἡγοῦμαι*, *ὑπισχνοῦμαι* ut futurum infinitivi sit necessarium, ubicumque in recta oratione positum tempus idem requireretur. In XENOPHONTIS *Anabasi* I. II. 2. *ὑποσχόμενος μὴ πρόσθεν παύσασθαι* propterea absurdum est, quia absurde CYRUS credetur dixisse *οὐ πρόσθεν ἐπαυσάμην* pro *παύσομαι*. Ita loquebantur Graeculi, qui id traxisse videntur ex locis ubi *ἄν* cum infinitivi aoristis coniunctum prorsus futuri temporis instar videretur habere, *ἄν* in talibus frequentissime aut excidit aut cum verbo coalescit: quod quum millies esset factum, ut in Codicibus nostris apparet, paulatim assuefacti sunt ita dicere et vitiosa consuetudo vertit in naturam. Perutile est in tali re eorum sententias audire, qui in his litteris familiam ducunt. Graeculi imposuerunt HEMSTERHUSIO, quem vide in *Miscell. Observatt.* Tom. IV. p. 286. in clara luce dubitantem: imposuerunt HEINDORFIO ad PLATONIS *Phaedonem* pag. 48 et *Protagoram* p. 487, at iidem HENRICO STEPHANO imponere non potuerunt, qui passim in optimo quoque scriptore *Graeco* aut futuri formam restituit aut latentem voculam *ἄν* in lucem revocavit. In ARISTOPHANIS *Ranis* vs. 548 sq.:

*οὐ μὲν οὖν με προσεδόκας*
*ὁτιὴ κοθόρνους εἶχες ἀναγνῶναί σ' ἔτι.*

quis dubitet quin rectissime repositum sit *ἂν γνῶναι*, quod vel *ἔτι* demonstrat. In PLATONIS *Protagora* p. 316 c. *τοῦτο δὲ οἴεταί οἱ μάλιστα γενέσθαι εἰ σοὶ συγγένοιτο*, ratione, prope dixerim, mathematica quod verum est indagari et demonstrari potest. Recta oratio est: *τοῦτό μοι μάλιστ' ἂν γένοιτο εἰ τῷ Πρωταγόρᾳ συγγενοίμην*; nemo *Graece* sciens serio contendet in his *ἄν* omitti posse: si haec in indirectam orationem convertenda sunt et e verbo *οἴομαι* suspendenda, ecquid causae dices cur *ἄν* abiiciatur? Qui solus in huiusmodi re et argumentatione dubitationem iniicere potest, usus loquendi, non tantum non adversatur sed in longe plurimis quod ratio praecipit tam luculenter confirmat, ut nemo ambigat: hoc volunt utroque modo dici posse, STEPHANI sententiam et ratione et usu niti, suam multis multorum locis, quos omnes esse depravatos sibi non satis probabile videri. Dicam igitur paucis, nam dignissima res est quae excutiatur et libero hoc genere scripturae utimur ut

Digitized by Google

liceat nonnumquam exspatiari, si quid memorabile ex propinquo obiiciatur, dicam igitur quibus modis bona pars exemplorum, quo solo praesidio utuntur, adversariis possit extorqueri, ut tandem veluti copiis suis fusis fugatisque deditionem facere velint et saniori scientiae manus dare. Librarii futurorum formas vertunt in aoristos tam stolida constantia ut nullum barbarismum reformident vel agnoscant. HEMSTERHUSIUM dixi in clara luce dubitare, quia ne *συγκαταβιώσασθαι* quidem et *προσάξασθαι* eum permoverunt. Istarum formarum magna copia est in libris scriptis, quas Editor quilibet abiicit: quale est apud DEMOSTHENEM p. 181, 9. *πῶς χρὴ προσδοκᾶν τινα ὑπακούσεσθαι*, in antiquo *Marciano* est *ὑπακούσασθαι* et quisquilias istiusmodi nullus non scriptus liber multas continet. Non aliunde explicabitur quomodo ista barbaries tam saepe nasci potuerit, nisi scribas intellexeris in his formis eo modo, quo dixi, turbare solere. Perraro pro aoristo futurum subrepit, contra frequentissime. Etiam aliud est eiusdem fraudis indicium, quum aoristi et futura male et praepostere copulantur, ut in THUCYDIDE IV. 52. *κακώσειν καὶ χειρώσασθαι*. VI. 24. *οἴσειν καὶ προσκτήσασθαι*. Idem genus vitii est ibidem VI. 42. *ὁρμιεῖσθαί τε καὶ ϛρατοπεδεύεσθαι*. VIII. 75. *πολέμιοί τε ἔσεσθαι καὶ οὐδὲν ἐπικηρυκεύεσθαι* et quo nihil foedius vidi VIII. 5. *ἐνόμιζε κομιεῖσθαι — καὶ ποιήσειν καὶ Ἀμόργην — ἢ ζῶντα ἄξειν ἢ ἀ π ο κ τ ε ί ν ε ι ν*, si quis in huiusmodi loco admonitus non sentiet a THUCYDIDE *ἀποκτενεῖν* scriptum esse, cum eo de aliis rebus quibuslibet malim quam de re grammatica aut critica disceptare. Sciendum autem est ex permultis Codicibus apparere librarios incertum qua de causa in verbis liquidatis futurum in praesentis formam refingere et depravare solere: sicubi *ἀποφανῶ* requiritur, apparere solet *ἀποφαίνω*, pro *ϛελῶ ϛέλλω*, pro *φθερῶ φθείρω*, pro *κτενῶ κτείνω*, satis constanter *μένω* pro *μενῶ*, idem in aliis conspicitur. In PLATONIS *Phaedone* p. 116 c. pro *ἦλθεν ἀγγέλλων* restitue *ἀγγελῶν*. In THUCYDIDE IV. 127. pro *διαφθείρειν* rescribe *διαφθερεῖν*. Emenda LYCURGI *Leocrateam* § 126 *ἀποκτείνειν συνώμοσαν* et 127. *διομωμόκατε κτείνειν*. ISAEUM IX. 30. *ἐπηγγέλλετο ἀποφαίνειν*. V. 51. *ὡμολόγησαν ἐμμένειν* et 53. *ὀρκώσαντες ἦ μὴν ἐμμένειν* et 55 lege *ὡς ἐγὼ ἀποφανῶ* pro *ἀποφαίνω*. Apud DEMOSTHENEM *πρὸς Φαίνιππον* pag. 1044 non tantum patienter

Digitized by Google

retinent *ὑπεσχόμην ἀποφαίνειν τὴν ἄλλην οὐσίαν* sed, quod rem conficit, *ἔθεσθε νόμον — τοὺς ἀντιδιδόντας ἀλλήλοις, ὅταν ὀμόσαντες ἀποφαίνωσι τὴν οὐσίαν προσομνύειν τόνδε τὸν ὅρκον· ἀποφαίνω τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ*, quis umquam audivit sic iurantem aut *Athenis* hanc esse formam iurisiurandi credet pro *ἀποφανῶ*? In HERODOTI libro IV. c. 147 codex *Archiep.* exhibet *οὐκ ἔφη μένειν ἀλλ' ἀποπλεύσασθαι*, alii libri *ἀποπλεύσεσθαι* dederunt, *μενεῖν* STEPHANUS, melius DINDORFIUS *μενέειν*. In LUCIANO quoque non desunt luculenta exempla, ut 25, 35. *οὐ γὰρ ὁντινοῦν ἀποφαίνειν συγγραφέα φαμὲν, ἀλλ' ὑποδείξειν ὁδούς τινας*, in § 34 et 35 *ἀποφαίνειν φησί, ὑπόσχοιντ' ἂν ἀποφαίνειν* et *πολὺ ἀμείνω ἀποφαίνειν* ubique restitue *ἀποφανεῖν* et mox *εἰ δὴ τοιαῦται φανοῦνται* pro *φαίνονται*. Recte BEKKERUS in § 34 pro *συγγράφοντα* dedit *συγγράψοντα* sed nihil proderit donec *δεῖν* suppleveris post *ἥκειν*. Ridiculum vitium praetervidit in § 35. *οὐκ ἐς ποίησιν τῶν προσόντων*, nam actum agit, qui vult *ποιεῖν τὰ προσόντα*: emenda *τῶν οὐ προσόντων*. Non minus certa res est in 37, 1. *ἔμελλεν — ἔσεσθαι καὶ ἐκφαίνειν* pro *ἐκφανεῖν*. Tertium indicium corruptelae est voculae *ἂν* in sexcentis locis vitiosa omissio: nulla est vocula, quae facilius intercidat: eius salus saepissime a tenui lineola pendebat, ut oculatiores etiam, quam scribae describendi taedium vix devorantes, dubii haereant utrum ΜΑΛΙϹΤΑ an ΜΑΛΙϹΤᾹ id est *μάλιϛ' ἂν* scriptum sit in Codice, quem teneant manibus. Levissima de causa *ἂν* perit, sive quid praecedit sive sequitur quod non multum discrepet, particula absorbetur. In *Phaedone* p. 84 c. nemo offendit in his: *εἰ δέ τι περὶ τούτων ἀπορεῖτον μὴ ὀκνήσητε καὶ αὐτοὶ εἰπεῖν εἴ πῃ ὑμῖν φαίνεται βέλτιον λεχθῆναι*, omnes recte ita accipiunt ac si *βέλτιον ἂν λεχθῆναι* esset scriptum, sed ut hoc intelligatur necesse est ut ita scribatur. Apud THUCYDIDEM VI. 24. *νομίζων ἢ ἀποτρέψειν ἢ μάλιϛα οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι* sunt qui *μάλιϛ' ἂν* requirant, quibus assentior, alii negant opus esse. Scire velim an iidem in eodem cap. in verbis *ὡς ἢ καταϛρεψομένοις ἐφ' ἃ ἔπλεον ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν* aequo animo laturi sint, si *ἂν* removeretur. Piget fere, quum isti errores praestantissimos veterum deforment, in LUCIANO eos tollere, sed defungar uno loco, unde digressus sum 70, 31. ubi nemo

Digitized by Google

offendit in ἔφην ἄμεινον σκέψασθαι τὸν Δία et ἀπειλοῦσι προσκαλέσασθαι, in § 35. IACOBITZIUS dedit εὔξασθαι καθ' ὑμῶν ἀπειλοῦσι, BEKKERUS nescio qua de causa εὔξεσθαι revocavit, namque ni perinde esse putasset non tam saepe id vitium intactum reliquisset. Particulae ἄν aliud periculum imminet a vocula δή, quae sexcenties in unciali scriptura eius sedem occupavit ut in 20, 64. μόνως γὰρ δὴ οὕτως εὑρεθῆναι φῄς τἀληθές; nihil aliud est εὑρεθῆναι quam *repertum esse*, requiritur *reperiri posse*: μόνως γὰρ ἂν οὕτως. Saepe γάρ solet sequentem voculam absorbere, quod et alibi saepe factum est et 46, 22. ῥᾳδίως γὰρ ᾤμην διαλαθεῖν pro γὰρ ἂν ᾤμην. LUCIANUS a Veteribus sumserat venustam locutionem, qua incitatior fertur admonentis oratio, οἶσθ' ὃ δρᾶσον, quam librarii, quia non satis intelligebant, ubique stulte interpolarunt. Editur nunc 10, 13, 6. ἀλλ' οἶσθα ὃ δράσεις; — πίε καὶ αὖθις πίε. 20, 63. οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις; ἐμοὶ μὴ πρόσεχε τὸν νοῦν. 41, 62. ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσομεν; — εἴπωμεν. Emendata scriptura ex uno codice emersit 47, 13. οἶσθ' ὃ δράσομεν; ὑπερβαλώμεθα, rectissime cod. A. δράσωμεν quod IACOBITZIUS et DINDORFIUS spreverunt, optime recepit BEKKERUS, qui tamen non perspexit reliquis tribus locis medicinam eandem apparere faciendam. Reponendum est δρᾶσον, ubi imperativus sequitur, vel coniunctivi secunda persona, δράσωμεν, ubi coniunctivi prima. Quomodo et a quibus dictum sit οἶσθ' ὃ δρᾶσον, οἶσθ' ὅτι ποίησον et similia luculenter ostendit KOENIUS ad GREGOR. CORINTH. p. 18 sq. edit. SCHAEF. Videbis ibi Graeculis placere δρᾶσον, ποίησον cet. *Attice* poni pro δράσεις, ποιήσεις cet. Noli igitur mirari, quod ex hac opinione locos veterum interpolarunt passim imperativo futurum substituentes, quamquam absurdum est dicere οἶσθ' ὃ δράσεις pro *scin quid tibi faciendum censeam?* sed animadverso eorum errore et temeritate, quod isti corruperunt confidenter restitue et δρᾶσον quidem pro δράσεις, ποίησον pro ποιήσεις iam saepe revocata sunt, vid. KOEN. l. l. PORSON. ad *Hecub.* vs. 225. Sollerter ELMSLEIUS in EURIPIDIS *Medea* vs. 600:

οἶσθ' ὡς μετεύξῃ καὶ σοφωτέρα φανεῖ.

emendavit οἶσθ' ὡς μέτευξαι. Prorsus eodem modo LUCIANUS scripserat 8, 22, 4. ubi librarii antiquum obtinent et imperativo substituunt futurum, idque barbarae formae: οἶσθ' οὖν,

Digitized by Google

*ὦ τέκνον, ὅτι χαρίσῃ μοι;* nondum poenitet in annotatt. ad Orat. *de arte interpr.* pag. 123 emendasse *ὅτι χάρισαι*. BEKKERUS idem reperit sed verum esse et necessarium non intellexit, nam dubitationis notam appinxit quasi in opinione incerta.

Aliud scribarum temeritatis indicium in genere eodem saepius apud alios, subinde apud LUCIANUM deprehendi, ubi particula *ἵνα* sic posita est ut indicativum debeat habere. Ea res istis permira et incredibilis accidit, itaque parata est interpolatio et indicativus in optativum vel coniunctivum depravatur vel particulam *ἄν* inserunt, cui nihil est in ea re loci. Habet *ἵνα* indicativum quum pendet ab ea re, quam quis factam oportuisse dicit quamve vellet factam, aut quam dicit facturum fuisse aliquem at non fecisse, omnino ab ea re quae facta non esse dicatur, at si facta fuisset id fuisse eventurum quod in *ἵνα* cum indicativo significatur. Perpetuum hoc est in *ἵνα* (rarius in *ὅπως* et *ὡς* et fere apud poëtas) ubi pendet coniunctio ab *ἐχρῆν*, *ἔδει*, *ὤφελον*, *εἴθ' ὤφελον*, *εἴθε*, *εἰ γάρ*, *ἐβουλόμην ἄν* et si quid est ex genere eodem, in quibus omnibus indicativus necessarius est, optativus aut *ἄν* additum orationem et soloecam facit et sensu vacuam. Exempla ubique satis magno numero obvia sunt apud Tragicos et Comicos, apud PLATONEM, DEMOSTHENEM et Oratores omnes, apud XENOPHONTEM multa, quae multi saepe collegerunt: satis erit VALCKENAERIUM inspexisse in *Diatr.* p. 149. et ELMSL. ad *Oed. T.* 1389. PLATO in *Prot.* scribit p. 335 c. *σὲ ἐχρῆν συγχωρεῖν, ἵνα συνουσία ἐγίγνετο,* in *Symp.* p. 181. e. *χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι, ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο*, in quibus haec fere inest sententia: *εἰ σὺ συνεχώρεις συνουσία ἂν ἐγίγνετο.* et *εἰ νόμος ἦν οὐκ ἂν εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο*, et quod tempus in hac forma requiritur, imperfectum, aoristus aut plusquamperfectum, idem in illa forma cum *ἵνα* (*ὡς*, *ὅπως*) coniungitur. Ubi dici poterat: *εἰ ἡ βουλὴ ἐζήτησεν, ἀπηλλάγμεθ' ἂν τοῦ δημαγωγοῦ τούτου*, DINARCHUS *contra Demosth.* § 20. maluit dicere *ἐχρῆν ζητεῖν, ἵν' ἀπηλλάγμεθα*. Plusquamperfectum AESCHYLO reddendum in *Prometheo* vs. 152 sq.:

*εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν — ἧκεν —*
*ὡς μήτε θεὸς μήτε τις ἄλλος,*
*τοῖσδ' ἐπεγήθει.*

Digitized by Google

*Atheniensibus* non est in usu γηθεῖν sed γεγηθέναι, non γηθῶν dicebant sed γεγηθώς. Igitur ἐπιγηθεῖν e vitio natum est et rescribendum τοῖσδ' ἐγεγήθει, id est οὕτω γὰρ ἂν οὐδεὶς τοῖσδ' ἐγεγήθει sive ἔχαιρεν. Similiter EURIPIDES in fragmento XII *Hippolyti* τοῦ καλυπτομένου dixit:

> Φεῦ, Φεῦ, τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν
> Φωνὴν, ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν.

quod perinde est ac si dixisset οὐδὲν γὰρ ἂν ἦσαν et in fragmento 'Ινοῦς XIV:

> χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὅτι πλεῖστας ἔχειν
> γυναῖκας, εἴπερ δὴ τροφὴ δόμοις παρῆν,
> ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων
> τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσώζετο,

quod idem significat atque οὕτω γὰρ ἂν τὴν μὲν κακὴν ἐξέβαλλε, τὴν δ' ἐσθλὴν ἐσώζετο. Ecquis est, qui putet in his ἐγίγνετο, ἀνηλίσκετο cet. salva sententia et *Graecitate* aut in γίγνοιτο et ἀναλίσκοιτο mutari posse, aut ἂν adiici? Nemo, opinor. Cur igitur aequis animis ferre potuerunt vitia manifesta, quale legitur in ISAEI oratione XI. 6. προσῆκε παρέχεσθαι μαρτυρίας (leg. μάρτυρας), ἵνα μᾶλλον ἂν ἐπιστεύετο, aut in *Sisypho*, incerti auctoris dialogo, qui in Platonicis circumfertur, p. 387. χθὲς σε πολὺν χρόνον ἀνεμείναμεν ὅπως ἂν ξυνηκροῶ ἡμῖν ἀνδρὸς σοφοῦ, et sic saepe peccatur apud veteres et probatos *Graecitatis* auctores. Nempe ἂν addebant isti, qui quid sibi vellent ἐπιστεύετο, ξυνηκροῶ, similia, non satis assequebantur. Apud LUCIANUM, cuius causa haec praemisi, semel tantum *Graeca* et genuina forma evasit 3, 32. ὑπὸ τῇ ῥινὶ ἐχρῆν στέφεσθαι, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς. Quis nunc non videt manifestum mendum in his 10, 6, 2. εἰδέναι ἐχρῆν πότε καὶ τεθνήξεται τῶν γερόντων ἕκαστος ἵνα μὴ μάτην ἂν ἐνίους ἐθεράπευον? satin certum est ἂν delendum esse? Non magis eidem voculae parcendum 15, 2. ἄριστον ἦν — ἵν' ἂν καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων ἀπηλλάττετο et 41, 18. εἴθε γε ἀνώμοτος ὢν ταῦτ' ἔλεγες ἵνα καὶ ἀπιστεῖν ἂν ἐδυνάμην. Non est ovum ovo similius, quam est horum locorum primus loco PLATONIS: ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο poteratque parasitus his ipsis verbis uti pro suis ἵνα μὴ μάτην ἐνίους ἐθεράπευον. Scioli quartum ἂν de suo inferserunt 46, 21. ἵν' αὐτῶν τὴν περίεργον ἂν γλῶτταν

Digitized by Google

*διέφυγον.* Aliis locis necessarium indicativum, quoniam quid sibi vellet non capiebant, in optativum mutarunt. Fecere hoc 29, 1. *ἐβουλόμην μὲν οὖν τὴν ἰατρικὴν καὶ τοιοῦτόν τι ἔχειν φάρμακον, ἵνα καὶ τοῦτο τοῦ πατρὸς τὸ νόσημα ἰασαίμην*, sensu vacuum est *ἰασαίμην*, necessarium est *ἰασάμην*, ut initio loci *ἐβουλόμην μὲν ἄν*, *vellem*, quod dicunt in ea re, quam fieri non posse sentiant, ut apud LYSIAM IV. § 3. *ἐβουλόμην δ' ἂν μὴ ἀπολαχεῖν αὐτὸν κριτὴν Διονυσίοις, ἵν' ὑμῖν φανερὸς ἐγένετο ἐμοὶ διηλλαγμένος*: est autem *ἰασαίμην* perinde absurdum atque in LYSIA foret *γένοιτο* pro *ἐγένετο*. ARISTOPH. *Ecclesiaz.* 151:

*ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἠθάδων*
*λέγειν τὰ βέλτισθ', ἵν' ἐκαθήμην ἥσυχος.*

addam alterum exemplum ex eodem, ut veteri mendo liberem. Legitur in *Vespis* vs. 960:

*ἐγὼ δ' ἐβουλόμην ἂν οὐδὲ γράμματα,*
*ἵνα μὴ κακουργῶν ἐνέγραφ' ἡμῖν τὸν λόγον.*

corrige sodes *ἔγραφεν* pro *ἐνέγραφ'*, nisi quid sit *λόγον ἐγγράφειν* in tali re expedire potes. Iterum librarii in LUCIANO sic peccarunt 71, 39. *εἰ δ' ἔδει* (lege *εἰ δὲ δεῖ*) *καὶ γυναικείου γάμου κοινὰς εἶναι ἔδει τὰς γυναῖκας, ὡς ἔξω ζήλου εἴημεν*, compone cum his verba DEMOSTHENIS p. 1273: *ἐπιδεῖξαί σε ἔδει — ἵνα μὴ λόγῳ τὸν πατέρ' ἀδικοῦντ' ἀπέφαινες* et videbis quam necessarium sit *ὡς ἔξω ζήλου ἦμεν.* Non tempero mihi quin his adiiciam locum PLATONIS in *Critone* p. 44 d. in quo librarii in re eadem alias turbas dederunt. Editur: *εἰ γὰρ ὤφελον, ὦ Κρίτων, οἷοί τε εἶναι οἱ πολλοὶ τὰ μέγιστα κακὰ ἐξεργάζεσθαι, ἵν' οἷοί τε ἦσαν αὖ καὶ ἀγαθὰ* (lege *τἀγαθὰ*) *τὰ μέγιστα, καὶ καλῶς ἂν εἶχε, νῦν δὲ οὐδέτερα οἷοί τε*, quis non perspicit insiticia et spuria esse verba tam frigida quam supervacua *καὶ καλῶς ἂν εἶχε*, quae vel in negligentissimo scriptore reprehendi debebant ea in PLATONE feremus?

Post haec omnia denique satis erit verbo admonere in *Ocypode* 81, vs. 62, 63:

*ποῖος στρατιώτης γέγονας, ἵνα παρεμβολὴν*
*βαλὼν σὺ πληγῇς;*

emendandum esse *ποῦ σὺ στρατιώτης* et *βαλὼν ἐπλήγης.*

(*Continuabitur*).

Digitized by Google

# EEN GEWAAND FRAGMENT VAN TROGUS POMPEIUS.

## IUSTINUS *Historr. Philipp.* III. Cap. 2 en 3.

In de Iste aflevering van het XIXde Supplementdeel, pag. 186 vlgg. der *Neue Jahrbücher für Philologie und Paedagogik von* J. Ch. Jahn enz. heeft Dr. R. Sascke uit *Breslau* een zoogenaamd »längeres Bruchstück aus des Trogus Pompeius verloren »gegangenem Geschichtswerke" bekend gemaakt. Tegen deze vermeende aanwinst meen ik te moeten opkomen, en hoop den *lezers* van dit tijdschrift geene ondienst te doen door hunne aandacht te vestigen op de vergissing van dezen *Breslauschen* geleerde.

Professor Bielowsky te *Lemberg* heeft een vrij belangrijk stuk van Trogus Pompeius gevonden bij gelegenheid van de uitgaaf der oudere *Poolsche* geschiedbronnen, welke eenige geleerden voorbereiden, waardoor dus het oude gerucht, dat door *Italiaansche* geestelijken een geheel afschrift van het werk van Trogus Pompeius naar *Polen* zou gebragt zijn, eenige meerdere waarschijnlijkheid verkreeg. — Genoemde professor verzamelt de overige fragmenten van Trogus, en bad nu aan den heer Sascke een afschrift verzocht van een ander onbekend fragment, dat gevonden wordt in het werk van den predikmonnik Iacobus de Cessolis of Cessulis of Cassulis uit *Picardie*, die tegen 't einde der 13de eeuw vier *tractatus* schreef *de ludo scaccorum*, waarin eenige plaatsen van *Romeinsche* schrijvers voorkomen. De Lycurgische wetgeving beschreef hij in 't einde van *Cap.* 4, *tractat.* II,



Digitized by Google

met de woorden van Trogus Pompeius, die door Dr. Sascke reeds bij voorraad aan de letterkundige wereld bekend worden gemaakt, om de verhouding te doen opmerken, waarin Trogus Pompeius staat tot het onder den naam van Iustinus doorgaande uittreksel. Te dien einde geeft hij de plaats, zooals die in twee *Breslausche* hss. gelezen wordt, en die hieronder volgt, daar ik de zeldzame uitgaaf van dezen Iacobus te *Milaan* 1479 fol. niet heb kunnen vergelijken. Als »Parallelstelle" verwijst Dr. Sascke op Iustinus III. ii. 6—12, en zegt, dat eene vergelijking het belangrijke verschil tusschen oorspronkelijk en uittreksel aantoont; verder maakt hij de gevolgtrekking, dat deze voorstelling van Trogus meer naar het anecdotengeschrijf van Plutarchus overhelt, dan naar de krachtige uiteenzetting bij Aristoteles *Polit.* II. 9 en 10, en eindigt met de opmerking, dat menig punt uit de oudheid opgehelderd zou worden, zoo wij den geheelen Trogus hadden.

Dit laatste zal niemand aan Dr. Sascke durven betwisten, al ware de plaats uit Iacobus nooit aan de vergetelheid ontrukt. Doch er is iets anders; ik beweer, dat het omgekeerde waar is van hetgeen Sascke zich voorstelt; de plaats van Iacobus is niet ontleend aan 't werk van Trogus, dat Iustinus excerpeerde, maar het is een afschrift van het excerpt van Iustinus; daar wij reeds het oorspronkelijk kenden, hebben wij niets aan het min of meer omgewerkte en verkorte stuk van Iacobus.

Het is bekend, dat de *Historiae Philippicae* van Iustinus in de middeleeuwen onder den naam van Trogus Pompeius doorgingen, en de schrijver begint met te verklaren, dat de meeste in *Polen* gevondene fragmenten van Trogus later bleken te zijn plaatsen uit Iustinus. Juist hetzelfde heeft plaats bij onzen Iacobus, die Trogus noemde, doch Iustinus afschreef. De heer Sascke zag dit niet, daar hij, reeds tevreden met § 6—12 van *Caput* II, verzuimde het volgende *Caput* van Iustinus te vergelijken; en meende dat hetgeen in § 6—12 staat een excerpt zou zijn over de Lycurgische wetgeving, waarvan de ongerijmdheid uit den inhoud van die woorden blijkt. Neen, Iacobus schreef het verhaal der geheele wetgeving van Iustinus af, *Cap.* II. 8—12 en *Cap.* III. 1—12, zoo als ieder ten duidelijkste zal zien uit de vergelijking van het volgende:

Digitized by Google

## IUSTINUS

**uitg. v. GRAEV. L. B. 1701. 8°.**

Cap. III. § 10. **Haec (de opgenoemde wetten van Lycurgus) quoniam primo, solutis ante moribus, dura videbat esse, auctorem eorum Apollinem Delphicum fingit, et inde se ex praecepto numinis detulisse, ut consuescendi taedium metus religionis vincat.**

§ 11. **Dein ut aeternitatem legibus suis daret, iureiurando obligat civitatem, nihil eos de eius legibus mutaturos priusquam reverteretur; et simulat se ad oraculum Delphicum proficisci consulturum, quid addendum mutandumque legibus videretur.**

§ 12. **Proficiscitur autem Cretam, ibique perpetuum exilium egit, abiicique in mare ossa sua moriens iussit, ne relatis Lacedaemonem, solutos se Spartani religione iurisiurandi in dissolvendis legibus arbitrarentur.**

Cap. II.

§ 9. **Populum in obsequia principum, principes ad iustitiam imperiorum formavit.**

§ 10. **Parcimoniam omnibus suasit, existimans laborem militiae assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore.**

§ 11. **Emi singula non pecunia, sed compensatione mercium iussit.**

§ 12. **Auri argentique usum velut omnium scelerum materiam sustulit.**

Cap. III. § 1. **Administrationem reipublicae per ordines divisit.**

§ 2. **Regibus potestatem bellorum, magistratibus iudicia per annuas successiones, senatui custodiam legum, populo sublegendi senatum, vel creandi quos vellet magistratus, potestatem permisit.**

§ 3. **Fundos omnium aequaliter inter omnes divisit, ut aequata patrimonia neminem potentiorem altero redderent.**

§ 4. **Convivari omnes publice iussit,**

## IACOBUS

**volg. 't perkamenths. van de 14° eeuw. Codex Rhedigeranus.**

**.... quemadmodum refert Trogus Pompeius, de Liguteo[1] quodam nobile rege[2], qui finxit quasdam leges[3] observandas et iuramento astrinxit civitatem et populum. Auctor vero ipsarum fuerat Apollo delphicus pythicus. Cum eas populus propter earum duritiem[4] solvere vellet et Liguteus[5], quia iustae erant, populum et civitatem iuramento astrinxisset, quod eas non solverent[6] donec consuluisset Apollinem et[7] reversus responsum portaret,**

**ad Cretam insulam in exilium ivit, ibique perpetuum peregit exilium, ut praedictae leges per populum[8] servarentur. Cumque morti appropinquasset[9], ossa sua in mari proiici mandavit, ne, si forte mortui ossa ad civitatem adiuratam fuissent delata, existimarent se solutos a iuramento; praedictas autem leges, quia iustae erant et utiles hic scribemus[10].**

**Prima lege populum in obsequium principum et principes[11] ad custodiam populi ad iustitiam impiorum formavit.**

**2°. lege parsymoniam[12] persuasit existimans[13] laborem militiae assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore.**

**3°. emi singula non pecunia, sed compensatione mercium iussit[14].**

**4°. auri et argenti velud[15] omnium viliorum materiam constituit[16].**

**5°. ad ministrationem reipublicae per ordinem divisit; regibus potestatem bellorum; magistratibus iudicia et annulas[17] sanctiones; senatui custodiam legum; populo eligendi vel creandi quos velit magistratus potestatem permisit.**

**6°. fundos omnes equaliter divisit, ut equa essent[18] patrimonia et neminem aliis potentiorem redderent.**

**7°. convivari[19] omnes publice ius-**



Digitized by Google

| IUSTINUS. | IACOBUS. Cod. Rhedig. |
|---|---|
| ne cuius divitiae vel luxuria in occulto essent. | sit, ne cui divitiae sint causa luxuriae in occulto. |
| § 5. Iuvenibus non amplius una veste uti toto anno permisit, nec quemquam cultius quam alterum progredi; nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriam verteretur. | 8⁰. iuvenibus tum [20] non amplius nisi una veste uti toto anno permisit. |
| § 6. Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci praecepit, ut primos annos non in luxuria sed in opere et laboribus agerent. | 9⁰. pueros pauperes non in foro sed in agro deduci iussit [21], ut primos [22] annos non in luxuria [23] nec ioco sed in opere agerent. |
| § 7. Nihil eos somni causa substernere, et vitam sine pulmento degere, neque prius in urbem redire, quam viri facti essent, statuit. | |
| § 8. Virgines sine dote nubere iussit, | 10⁰. statuit virgines sine dote nubere. |
| ut uxores eligerentur, non pecuniae; severiusque matrimonia sua viri coercerent, cum nullis dotis frenis tenerentur. | 11⁰. ut uxores eligerentur, non pecunia iussit. |
| § 9. Maximum honorem non divitum et potentium, sed pro gradu aetatis senum esse voluit. Nec sane usquam terrarum locum honoratiorem senectus habet. | 12⁰. et ultima [24] maximum honorem non divitum, sed per gradum [25] aetatis senum esse voluit. |
| Cap. II. § 8. nihil lege ulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se documenta daret. | Nulla autem lege aliquid sanctivit, cuius primus [26] ipse servando aliis non fuerit in exemplum. |

Men wachte zich dus, het hoog geroemde fragment onder die van TROGUS op te nemen, en late het slechte afschrift van JACOBUS voor goed rusten met al de gevolgtrekkingen van den *Breslauschen* geleerde.

---

Verschil van lezing volgens het *Breslausche* papier- en perkamenths. in de Akademische Bibliotheek, 4. fol. 64.

1) Ligurco. — 2) nobili milite. — 3) achter leges volgt: et quia populo durae videbantur, tamen, quia iustae erant, auctorem earum Apollinem delphicum dixit fuisse. — 4) dementiam. — 5) Ligurcus populum in civitate. — 6) solvant. — 7) Delphicum ac. — 8) ontbreekt: per populum. — 9) appropinquasset morti. — 10) subscripsimus. — 11) principes in obsequium populi atque in iustitiam. — 12) parsimoniam. — 13) aestimans. — 14) mandavit. — 15) velut. — 16) instituit. 17) annuas. — 18) ut etiam patrimonia neminem. 19) comminari. — 20) ontbr. tum. — 21) iubet. — 22) primo. — 23) in ludo aut ioco. — 24) ontbr. et ultima. — 25) pro gradu. — 26) primo.

Digitized by Google

Niet ligt zal men kunnen bewijzen welke afwijkingen met de woorden van IUSTINUS wij op rekening van de afschrijvers moeten zetten, en welke wij aan den predikmonnik verschuldigd zijn. Ik kan mij evenwel niet weêrhouden om eenige bepaalde fouten der afschrijvers aan te toonen. Zoo houd ik mij overtuigd dat de lezing *demtiam* d. i. *dementiam*, waaraan ook SASCKE zich stoot, ontstaan is uit *duritiam;* dat in de negende wet de *s* van *primos* in *Cod. Wrat.* in de pen bleef, even als de lezing in de twaalfde *per gradum* in *Cod. Rhed.* voor *pro gradu* uit de verwarring der *compendia* ontstond. Drie andere afwijkingen van den tekst van IUSTINUS moeten, al staan zij ook in beide hss., aan de afschrijvers geweten worden en niet aan IACOBUS. Ik kan mij namelijk niet voorstellen, dat de vrome monnik in de eerste wet de vorsten aan de regtvaardigheid der *goddeloozen* zou hebben overgelaten, »principes" zegt hij, »ad iustitiam »*impiorum* formavit," welke onzin terstond verdwijnt bij 't vergelijken van de woorden van IUSTINUS, die *imperiorum* schreef, even als IACOBUS moet gedaan hebben; de hss. zullen wel hebben *impiorum*. Evenmin kan de predikmonnik in de vierde wet het goud en zilver met de *materia omnium viliorum* gelijk gesteld hebben; het omgekeerde kan plaats hebben, 't zij men door *viliora* al wat leelijk is versta, 't zij al wat goedkoop is; men zal 't dus wel met mij eens zijn, dat IACOBUS het woord *scelerum* weêrgaf door *vitiorum*. Verder zou LYCURGUS eene wijze bepaling gemaakt hebben in de negende wet, opdat de *arme* knapen hunne eerste jaren niet in *weelde* zouden doorbrengen; hiertoe is zelden kans en was te *Sparta* wel 't minst gelegenheid; gelukkig dat uit de woorden van IUSTINUS in § 7 ten duidelijkste blijkt, dat er in plaats van *pauperes* door IACOBUS is gelezen geworden *puberes*. — Dat IACOBUS evenwel in 't afschrijven niet naauwkeurig is te werk gegaan, blijkt daaruit dat hij de *considerans* van de tiende wet tot eene elfde verhief; welligt las hij voor *at* bij IUSTINUS *et;* tenzij men dit aan het twaalftal moet toeschrijven, waartoe IACOBUS de Lycurgische wetten bragt.

*Leiden, Januarij* 1854. W. N. DU RIEU.

Digitized by Google

# AANTEEKENINGEN OP CAESAR [1].

## DE B. G. II. XII. 1.

»*Postridie — in fines duxit et magno itinere confecto ad oppi-* »*dum Noviodunum contendit.*"

Etsi Iamblichi de *Aegyptiorum* mysteriis librum Thomas Galeus anno 1678 *Oxoniis* ita divulgavit, ut quae erat tum horum studiorum conditio haud male meruisse de litteris dicendus sit: tamen si quis hodie in emendando eo volumine operam ponere velit, ei plurima menda quibus etiam nunc Iamblichi oratio scatet tollenda esse vix est quod doceam. Quod quum perspexisset Fridericus Iacobsius, elegantissimi vir ingenii, quo tempore bibliothecae *Monacensi* praeerat, scriptori a philologis neglecto luminis aliquid allaturus codicem olim *Augustanum*, nunc *Monacensem* qui est inter graecos CCCCXC, cum edito exemplo conferre coepit. Sed sive legendi difficultate a pervolutando codice deterritus, sive argumenti in quo scriptor versatur obscuritate parum delectatus et ad alia transgressus opus praeclare inchoatum, quantum coniici licet, non absolvit. Tanta autem in eo negotio usus est diligentia, ut non modo potiorem, sed omnem scripturae varietatem excerperet, ne levissimis quidem librarii mendis praeteritis. Cum igitur divendita post Iacobsii obitum amplissima eius bibliotheca casu nactus sim primam plagulam libelli in quo codicis illius lectiones notaverat, neque resciverim, perieritne reliqua schedarum pars omnem lectionum quae desiderantur copiam complexa, an etiam nunc alicubi lateat: visus mihi sum antiquarum litterarum studiosis aliquantulum profuturus esse ac simul debitam Iacobsii manibus laudem tribuere posse, si quae mihi forte

Digitized by Google

fortuna contigerunt e membranis *Monacensibus* excerpta ephemeridi huic, quae ad iuvandam antiquarum rerum disciplinam comparata est, insererem. Adscribam igitur varias lectiones, ita tamen, ut meum iudicium fere nusquam interponam. Neque enim sine uberiore de *Aegyptiorum* mysteriis disputatione, quae ab hoc loco aliena est, corrupta emendare singulorumque locorum sensum declarare licet, quamquam pleraque eorum in quibus librarius *Monacensis* peccavit, ne monitis quidem lectoribus corrigi possunt.

## Scripturae varietas excerpta e Cod. *Monac.* CCCCXC ad illustrandum IAMBLICHI de *Aegyptiorum* mysteriis librum.

Titulus: *Ἰαμβλίχου τοῦ μεγάλου εἰς τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Πορφυρίου Ἀβάμωνος* G. (Al. *Ἀβάμμωνος διδασκάλου πρὸς τὴν Πορφυρίου πρὸς Ἀνεβὼ ἐπιστολὴν ἀπόκρισις καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἀπορημάτων λύσεις* MULLACH).

*Cap.* I. *pag.* 1. *vs.* 1. *θεὸς ὁ. πρὸς ὁ.* G. In marg. *θεὸς* man. REINES. *ὁ Ἑρμῆς. ὁ* om. G. 6 *τὰ αὐτῶν. αὐτῶν* G. 11. *ἅτινα εἰς γνῶσιν τοῖς ἱερεῦσιν. ἀγνῶς* (leg. *ἀγνὼς*) *ἀγνῶσι τοῖς.* G. Verbo *ὡς Φιλοῦσι* om. cod. IACOBSIUS videtur coniicere: *σύ τε καλῶς ποιεῖς ἀγνὼς γνῶσιν τοῖς ἱερεῦσιν περὶ θεολογίας προτείνων ἐρωτήματα*, quod non probandum. 17. *οὐδὲ γὰρ εἴη. εἶεν* cod. Post *Πυθαγόραν* addit *μὲν.* 22. *ἱερογραμμάτων.* — *Pag.* 2. *vs.* 1. *τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην.* 7. *ὥσπερ ἐπέστειλας.* 10. *βέλτιον οἶμαι* haec om. cod. duarum vocum praetermissione vacuo spatio indicata. 12. *τὰ δὲ λεγόμενα περισκόπει.* 18. *θεολογιῶν* om. cod. ubi item lacuna exstat. 24. *ἕκαστα* om. cod. ubi sic exhibetur sententia: *δι' ἣν ἐστί τε οὑτωσὶ καὶ νοεῖται.* 27. *προβαλλόμενα* cod. confirmans GALEI correctionem. 28. *ἀπαιτεῖ, ἀπετεῖ* cod.

*Cap.* II. *pag.* 3. *vs.* 1. *Ἀσυρίων.* 8. *παρὰ τῶν* cod. corr. *περὶ.* 10. *εἴ τι προβάλλεις. εἴ τοι παρα.* (supra: *προ*) sic cod. 12. *ἤδη πρόσθεν* om. cod. ubi horum verborum loco lacuna est. Sic et vs. 14 verborum *τὰ δ' ἀλλόφυλα* loco lacuna comparet. 18. *ὅσα προχωροῦσι.* 22. *δυνατὸν μόνον διὰ λόγων, δυνατὸν* om. cod. ubi denu-

Digitized by Google

o lacuna apparet atque hoc vocabulum post *λόγων* ponitur. 23. *τε καθαιρεῖσθαι* haec om. cod. 26. *περιάγεσθαι. παράγεσθαι* cod. 27. *διαλόγων*. 28. pro *τούτων οὐδέν* quae omittuntur vacuum spatium est. 29. *τελέαν*. 31. *θεουργικῶς δὲ τὰ θεουργικὰ ἀποκρινόμεθα* cod., quae verba cum reliquis melius conveniunt, si ab una voce *ἀποκρινόμεθα* discesseris. 35. *συνεξακολουθοῦντες*.

*Cap.* III. *pag.* 4, 6. *ἀποδείξεως ὑπάρχει*. 11. *τἀληθὲς. διείργεται γὰρ αὐτή. πως*. 15. *καὶ ἀδιάκριτος* om. cod. hic quoque lacunam exhibens. 20. *ὡς κυρίους ὄντας*. 21. *ὄντως αὐτὴν*. 31. *ἀι δεῖ*. sic cod. 32. *δώσεως*. — *Pag.* 5. *vs.* 3. *ὥσπερ οὖν. οὖν* om. cod.

*Cap.* IV. *pag.* 6, 14. *κεχώρισται ἰδιώματα* om. 15. *τῶν τελευταίων*. 17. *ὡσπερεὶ*. 92. *ἑαυτῆς*. [*ἑαυτοῖς* ap. Gal. errorem typographicum esse apparet ex Notis p. 187]. 36. *τῆς ψυχῆς μερῶν*. 40. *παραπομένων* [*παρεπ.*] — *Pag.* 7, 14. *ἐνέργειαι κινήσεις* omisso *καί*. 16. *αὗται* recte. 17. *εἰ δὲ οὐσίαι*. 18. *αὗται*. 28. *ὑπολαμβάνης* (sic). 30. *ὥσπερ ἐστὶν ἐμπλησθῆναι*. [quod latinus interpres reddidit]. 31. *ἀφώρισται*. 39. *ἐπὶ τῶν ἀναφερόντων ἀναλογιζόμενος*. [ut cod. reg. et *Fesch.*]. 46. *δυνατὴ γίνεσθαι*.

Cap. V. *pag.* 8, 8. *μὲν αὐτῶν* omnino *οὖν*. 9. *ἀποσπόμενον*. 12. *τῶν σωμάτων*. 14. *πρὸς τῆς*. 17. *ἀποχή*. 18. *οἷαν*. 28. *ἄκρων ὅρων*. 32. *ἀγαθοῖς οὖσι* [sic Gal. corrigendum vidit]. 35. *ὁμοειδῆ*. — *Pag.* 9, 5. *καὶ ἐκφαίνουσαν*. 18. *ψυγῶν ἀδιάλυτον* omisso *καί*. 21. *ἀδιαίρετον*. 38. *ἀποδόσεις*. 43. *τὸ μονίμως* cod. [confirmans Galei correctionem. Neque aliter legit interpres.]. 44. *καὶ τὸ ἀκίνητον*. — *Pag.* 10, 4. *πάντα δὴ* ex emendatione cod. [firmans Galei coniecturam]. 10. *πρωτουργοῦ*.

*Cap.* VI. *pag.* 10, 18. *πᾶσιν ἀπὸ*. tum *καί* ante *συμπληροῖ* om. 19. *καὶ ἐνταῦθα τῶν ἄκρων*. 22. *φίλον ἐν*. 28. *τὰ συγγενεῖ*. 34. *ὄντως*. — *Pag.* 11, 8. *γεννῶν*. 17. *παραδεικνύναι*.

*Cap.* VII. *pag.* 12, 5. *λοιπόν τε παντ.* om. 7. *τέχνη τε δημ.* 9. *τελέως καὶ ἂν καὶ ἀνενδεῶς*. [sic codex interposito intervallo. Fortasse rescribendum *καὶ αὐτοτελῶς καὶ ἀνενδεῶς*, quod Iacobsius coniecit.]. 15. *αἰτίων*. 17. *ἡ ει*. sic cod. 24. *ἐξαρκεῖν*. 33. *ἐννοήσειε* [sic corr. Galeus].

*Cap.* VIII. *pag.* 13, 1. *τὴν ὑπὸ σοῦ* recte. 14. *ὑπηρετεῖ*. 17. *ἡγουμονεύει*. (sic). 28. *ἐπεισιοῦσα εὔλογος*. [sic cod. reg. probante Galeo, ut statim etiam *πρὸς δὴ τούτοις*. 30. *τὰ σώματα*



Digitized by Google

*καὶ ἧττο* (sic) *ποιεῖ*. 33. *καὶ τὰ κατ' οὐσίαν* et *ἐντίθησιν*. — *Pag*. 14, 13. *τοιοῦτον γάρ*. Inductum *γὰρ* et *καὶ* superscriptum. 16. *αὐτῆς τὴν τελ*. 19. *τὰ ἀσώματα*. 25. *ἐν ὑπάρχουσι*. 31. *τῶν ἀνωτέρω*. 34. *αὐτοῖς τὸ τοῖς*. 37. *τὸ ἄμετρον*. 40. *ἐπιῤῥεῖ* ut coniecit Galeus. 47. *κόπτει* quod idem Galeus iam vidit. — *Pag*. 15, 3. *ποιοῖς*. 11. *καὶ τὸ ἀνεῖργον* [ut supra *καὶ τὸ διακωλῦον*. Fortasse: *καὶ τί τὸ ἀνεῖργον*]. 12. *ὥστε εἶναι*. 14. *αἰτίας* om. 15. *μέρεσι*. 17. *πανταχοῦ εἰσὶν*. in margine *εἶσιν*. 33. *οἱ ἱεροῖς*. 36. *εἴπερ μηδένα*. 42. *καί* ante *περιέχουσι* om. — *Pag*. 16, 2. *προϋπάρχοντας*. 7. *ἐν αὐτῇ οὐσίας*. 12. *ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ*. 15. *ἐναρμόζομεν* et *ἀπηρτημένην*, utrumque ut in Feschii cod.

*Cap*. IX. *pag*. 16, 19. *οὐκἀκεῖνο*. *α* est in litura. 20. *μόνως*. 31. *μερισταῖς περιγραφαῖς διειργουμένων*. — *Pag*. 17, 5. quae inde sequuntur usque ad *p*. 18, 7 habentur in cod. *Monac*. apposita sigla A. — 12. *ἐλάμπον* (sic). 16. *ἐν αὐτῷ* A. et G. 17. *ὄντων ὅλων* A. G. 20. *ἀποτεμέσθαι* A. G. 24. *ἓν καὶ ἀμέριστον*. A. 28. *ἀπείρῳ δηλονότι* A. 30. *ἐν αὐτῷ* A. G. 31. *τέλει*. 35. *πάντα τὰ*. A. 36. *φερόμενα συνέχει μέτροις δέ* [*τε* A.] *τοῖς ἴσοις ἀφορίζει καὶ ποῤῥωτάτω διωκισμένα* A. G. 38. *μίαν τε συνέχειαν*. A. G. 40. *τὸ δὲ τῶν*. 41. *οὕτως ἡνωμένων*. G. *ἡνωμένον*. A. — *Pag*. 18, 10. *οὐσίαν ἢ δύναμιν*. 10. *πῶς*. 14. *ἀντιπαράστασις*. 17. *ἐν δίκῃ*. 20. *ἃ δή*. — *ἡ τῶν ἔργων*. 22. *διαίρεσιν οἰκειότητα*.

*Cap*. X. *pag*. 18, 25. *μετὰ ταύτην*. 27. *διαφορά*. 33. *ἤ τινα*. 36. *τοῦ πάσχειν ἢ μὴ πάσχειν*. — *Pag*. 19, 2. *κατὰ τοῦτο*. 5. *εἰ βούλει*. 8. *ὑπερφυὲς οὖσα*. 22. *καὶ ἐν ἑνὶ εἴδει μένουσα*. 23. *καθ' αὐτήν* (sic). 27. *ἔχοι*. 30. *αὐτή*. 35. *ἀφ' ἑαυτῶν*. 44. *ἑτερώτητα* mendose pro *ἑτερότητα*. — *Pag*. 20, 3. *ἐπίκτητον*. 9. *συνοπαδοί*. 12. *ἀπολείπουσιν*. *τοῦτο δὴ οὖν ἄλλῳ*.

*Cap*. XI. *pag*. 21, 3. *ἡμῖν συμβαινόντων*. 16. *προλαμβάνουσα*. 17. *ἐνδεῆ*. — *τὴν ἑαυτοῖς*. 21. *ἀχράντου*. 22. *ἄλλως* om. vacuo spatio interposito. 27. *τι εἶναι φαμὲν*. 28. *προκαλεῖσθαι*. 32. *ἀπογένησιν*. *τὰς δ' αἰσχροῤῥημοσύνας*. 37. *τοσοῦτο*. 39. *μεταδιώκει τὰ τῶν*. 41. *καὶ τὸ μὲν ἔργον τῶν αἰσχρῶν ἀποτρέπει*. — *Pag*. 22, 2. *τοιούτων*. 3. *εἰργόμεναι*. 22. *ἐξακουόμενα*.

*Cap*. XII. *pag*. 22, 23 *ἀλλ' αἱ*. 28. *αὐτοθελής*. — *Pag*. 23, 14. *ἀντηλλάξατο*. 11. *πάθη τις*. 21. *κλῆσις* om. 26. *τῆς θείας φιλίας*. 28. *οὐχ ὡς τὸ ὄνομα*.

*Cap*. XIII. *pag*. 24, 14. *προαγαγεῖν*. 23. *πάθος τι*. 25. *γίγνοιτο*. —

Digitized by Google

ἐπικαλεῖται. 26. διὰ τῶν. 32. τινὰ ἀσώματον. 35. ἀποτρέπουσα.

*Cap.* XIV. *pag.* 25, 2. θεῶν εἰσὶν ἀνάγκαι. 4. κατὰ μίαν. 6. τὸ πάντῃ. 10. τὸ ταυτὸν. 14. οὔ σὺ συνελογίσω.

*Cap.* XV. *pag.* 25, 22. ὡς ἐν ὑπο. (sic). — *Pag.* 26, 4. ἀπὸ μὲν τῶν δαιμόνων ἐπὶ τὰς ψυχὰς ἀποφερόμενα. 8. τί οὖν δὴ ταῦτα. 18. ἐγὼ οὐδ'. 21. ἐθέλοις. 27. ταῖς εὐχαῖς. 30. ἐν αὐτοῖς. — οὔτε δή. 32. τὰς εὐχάς. 34. τῶν λόγων. 38. ὡς ἕτερον πρὸς τὸ ἕτερον. 42. δι' αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο. — *Pag.* 27, 9. ἱερετικάς. 20. φησὶν. 35. θεῖα ἤδη. 37. ὥστε καὶ περὶ.

*Cap.* XVI. *pag.* 28, 3. μακρῷ δέ τίνι. 6. μὴ δικάσαι. 9. καὶ πρότερον. 12. ταῦτα τὰ ὀνόματα. 19. τίς οὖν ὑπολάβοι. 27. ἀποφαίνει.

*Cap.* XVII. *pag.* 29, 6. ἀσώματοί εἰσι μόνως. 14. μεταξύ om. 18. ἐπαστασίας (sic). 26. καὶ τάς. 32. ζωὴν. 33. διαφερόντως. — *Pag.* 30, 2. δι' ὅλως. — κονοειδῆ (sic). 6. τῆς τῶν προτέρων. 8. ὅλως.

*Cap.* XVIII. *pag.* 30, 22. ἀγαθὸν ἀποβλέποντες ἐν. 23. κατὰ μόνον. 27. προϊούσας τὴν φύσιν. 31. περὶ μὲν οὖν. 35. συμμιγμένων. — *Pag.* 31, 9. ἀδιαφόρων μάχεται· παθητῶς. 19. ἄτοπον. 25. οὐδ' ἂν ἦν. 34. αὐτάς. 35. ἡ τοῦ χρόνου. 37. ἠπατική (sic). 43. παθητήν. — *Pag.* 32, 1. καὶ τὴν καθαιρωτάτην (sic). 4. εἴ τις κάμνων. 7. εἰπεῖν om. 8. ὁ ἥλιος om. 12. σωτηρίᾳ. 21. πάλιν δὲ οὖν. 22. γίγνεται. 25. ἐν αὐτῷ. 28. κατοποιοὶ (sic).

*Cap.* XIX. *pag.* 32, 36. αὐτῶν ἤδη. — *Pag.* 33, 10. ὑπογεννᾶται. 18. ἤδη τοῖς. 22. τὴν διάνοιαν. 35. συνάγει. 37. προϋπάρχοντας. 43. ἑτερουσίων. — *Pag.* 34, 2. χρόνον. 9. ἐν ἑαυτῇ. 14. αὐτὸ φυόμενα. 19. ὅτι ποτε (sic). 23. πρῶτα δίδωσι τοῖς. 24. δίδωσι om.

*Cap.* XX. *pag.* 35, 2. ἐπαναλαμβάνης (sic). 4. ἐπειδὴ τά. 9. τέλεόν τι. 13. θεῶν, ἀφανεῖς μὲν συν. 24. κατ' αὐτὴν τὴν τοῦ. 28. ἐνόλου προσέχουσι. 30. ἢ ὡς ἐπί. 31. τί οὖν τῶν ἐμφανῶν. 38. δαιμόνων, κἂν παρὰ γῆν ὑπάρχῃ τῶν ἀερίων βασιλεύει δαιμόνων. οὐ γάρ. — *Pag.* 36. ὅλη ἡ οὐσία. 6. ἐποῦντες. 20. οὐ τὸ σωμάτων. 23. καὶ ἐπέστρεπται πρὸς αὐτήν. 24. ἀλλὰ τῷ τῇ (sic). 29. τοῖς ἐν τοῖς. 31. αὐτουργίαν τὸ χρώμενον. 37. οὖν πᾶσι τοῖςδε τῆς κρίσεως.

*Cap.* XXI. *pag.* 37, 1. ἣν δὲ σὺ ἀνερεῖς διαίρεσιν. 5. αἰτίας· οὐ μήν. 7. ἐλήλεγκται. 12. καταρχάς. 13. μιμεῖτε (sic). 18. οἷς κατὰ μέν, 19. ἐκφωνεῖται. 29. δὲ εἶναι δυνατὸν φ. ὅλοι. 30. ἑαυ-



Digitized by Google

τῶν τὰ ἀνθρ. — *Pag.* 38, 2. οἷον προκυλίσεων. 8. γενέσθαι om. 14. ἀπεργοζομένῳ (sic).

*Sectio* II. *cap.* 1. *pag.* 39. 6. ποῤῥωτάτῳ (sic). 9. τοῖς θεοῖς. 11. ἐπ' αὐτῶν. 12. γενομένης. Verba τῆς τῶν δ. καὶ ἡ φύσεως om. 14. ἀνάγκη om. 22. καὶ τοῦ συνδέσμου τῶν ψυχῶν ἡγεμονικὴν ὑπάρχειν τὴν τῶν ἡρώων· δυνάμεις δὲ τοῖς μὲν δαίμοσι γονίμους ἐπιστατικάς τε τῆς φύσεως καὶ τοῦ συνδέσμου τῶν ψυχῶν εἰς τά. 23. ζωοποιὸς.

*Cap.* II. *pag.* 40, 2. διοριστέον καὶ μᾶλλον μὲν περικοσμίους θετέον τὰς τῶν δαιμόνων καὶ διατεινούσας. 8. οὕτω. 9. δευτέρα καταλήγουσα. 15. προςβάλλουσα. 16. ἑκάστην τε χώραν. 17. ζωαῖς. in marg. legitur ζώναις manu REINESII. 18. ἃ οἷς ἄν. 22. γινομένοις. 25. συνεπλέκοντο. 29. ἔλλαμψιν. 35. οὐσίας καὶ οὐσίας λόγους. 38. κοινοῦσα. — *Pag.* 41, 1. καθ' ὅλα. 4. φύσεως. 5. καθ' ὅσον.

*Cap.* III. *pag.* 41, 23. ὡς δὲ καθ'. 28. τοῖς θεοῖς. 31. ποικιλία. 32. διακεκοσμημένως. 33. ποικιλώτερα. 35. παντοδαπά. — *Pag.* 42, 7. ἐνεξουσιάζουσι. 20. καὶ κατὰ τῶν. 24. τὰ δ' αὖ τῶν. 30. ἀπηλλαγμένον. — διακεκοσμένον (sic). 31. ἡσυχαίων. 37. μονόμως. In margine legitur μονίμως. 41. τούτοις τοῖς. 42. τὰ μὲν θεῖα. 43. ἀποστράπτει. — *Pag.* 43, 9. τὴν ἀνδρείαν 12. ἐπισκευαστήν.

*Cap.* IV. *pag.* 43, 44. λέγω μέν. 27. ἐν αὐτοῖς — εἰσιν αὗται περὶ δέ. — *Pag.* 44, 15. ἀφαινομένων. 16. μοῖρα. 25. μεγαλοφροσύνην. 29. ἀλαζόνεια (sic). post hoc vocabulum magna est foliorum perturbatio in codice, ubi sequuntur quae in ed. GAL. habentur *p.* 70, 12 inde a verbis καὶ ἀποκάθαρσιν, quae autem h. l. debebant legi sequuntur post verba τάξιν ἑκατέραν *p.* 75, 12. — 30. οὐκ ἴσαμεν (sic). 35. ἀναξουσιάζουσιν. 38. δὴ τούτων. 39. λόγους om. 44. τέλεια θεωρεῖται. — *Pag.* 45, 5. σκιοειδῆ. 9. φωτεινά. 23. ἢ πρὸς. 25. τῶν ἀρχαγγέλων. 27. μερισμοῦ. 40. πάντη σταθερόν ἐστιν ἴδ. τὸ δὲ τῶν. 41. μέτοχον ἠρεμίας, τὸ δὲ αὖ τῶν. 42. τῶν ἡρώων. — ὀξύρροπον.

*Cap.* V. *pag.* 46, 1. ἀποκαρτερικὸν. 13. ὃ πᾶν. 17. δίδου τοῖς. 30. ὅπερ ἔχον. 31. ὑλικῶν ἰχώρων εἰσιν. 37. βραχὺ αὐτοῖς.

Reliqua desiderantur.

*Berolini.* F. G. A. MULLACH.

Digitized by Google

# DE CYRILLI, ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, LEXICO INEDITO.

ACCEDUNT EMENDATIONES SELECTAE IN GRAMMATICIS GRAECIS.

Quum ante hos paucos annos *Campeni* commorarer, forte fortuna allatus mihi est liber Graecus manu scriptus, quem, licet ab initio esset mutilus, mox vidi, glossarii Graeci esse fragmentum, cuius de auctore, quum nullibi nomen asscriptum esset neque cum ullo eorum, quae mihi cognita et in promptu erant, lexicorum Graecorum opus conspiraret, dubius mansi, donec necopinato lacero libro quae deerant folia ab eodem mihi tradita sunt, cui omnia illa accepta debeo. Inspecto libri titulo manibus me tenere vidi lexici CYRILLI exemplar. Ita enim erat inscriptus: Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον. Neque me latere potuit, non codicem *Graecum* antiquitate sua commendabilem, sed codicis cuiusdam apographum me possidere, a viro quodam docto confectum. Ut enim et charta et literarum forma et atramenti color manifesto indicabant, librum ante saeculum decimum octavum non potuisse scriptum esse, ita pulcrae correctiones, in ipso textu vitiosae lectioni superscriptae, et alius generis observationes in margine additae ab eadem manu, quae textum exaraverat, mihi quidem documento erant, docti philologi diligentiae apographum illud deberi. Felici vero casu quum eodem tempore, quo apographum nactus eram, omnium fere, qui superiore saeculo in his regionibus floruerant, philologorum epistolas, ipsorum manu scriptas, penes me haberem, occasionem in apographi auctorem accuratius inquirendi haud dimittendam esse arbitrabar. Itaque singulis omnibus accurate collatis persua-

Digitized by Google

sum mihi est, apographum PETRI BONDAMI manu esse scriptum. Quem quum studiis grammaticis insigniter constat delectatum fuisse (quorum fructus magnam partem in viri egregii schedis iacent absconditi et sepulti), tum eius bibliothecam apparatumque philologum una cum filio maximam partem *Campenum* migrasse consideranti facile intelligetur, quo pacto liber *τοίων ἀνδρῶν* potuerit *ἐς γαῖαν ἱκάνειν.*

CYRILLI glossas memineram passim laudatas et e libris manu scriptis excerptas me legere, explicationis gratia ab HESYCHII, ZONARAE, TIMAEI, MOERIDIS, AMMONII editoribus cum horum glossis collatas, vel hic illic in VALCKENAERII, WESSELINGII, HEMSTERHUSII[1] aliorum commentariis commemoratas, integra vero CYRILLI lexici editio, quantum quidem sciebam, nondum erat parata. Circumspicienti mihi, quo rectius accuratiusque *Ἑρμαῖον* aestimarem, quid de CYRILLO publici iuris iam esset factum, cognitum est, in libro ARETINI *Beiträge zur Geschichte und Litteratur* IX. p. 1253 sqq. virum doctissimum B. F. DOCEN e Codice *Monaceni* literas M et N, et ex alius codicis foliis fragmenta quaedam edidisse, porro CHR. FR. MATTHAEI descripsisse lexicon CYRILLIANUM e Codice *Mosquensi*, et ipsum literas Φ, X, Ψ et Ω exprimendas curavisse in libro, qui 1774 *Mosquae* prodiit sub titulo: Glossaria *Graeca* minora et alia *Anecdota Graeca*, I. pag. 11 sqq. Postea TITTMANNUS apographum MATTHAEI nactus totum (sed in brevius contractum) in editionem ZONARAE recepit; sed quod omnium maxime laetabar, vidi, in bibliotheca *Leidensi* CYRILLI codicem asservari, quem idem, cuius benevolentiam identidem iam eram expertus — et quis non expertus est, cui nostratium haec studia curae cordique sunt? — IACOBUS GEELIUS per otium inspiciendi et conferendi potestatem fecit. Codex, e bibliotheca ISAACI VOSSII (*Ms. Gr. Voss.* Q. 63, Catal. p. 398), pergamenus, forma quarta minore, saeculi XV vel XVI, nitidissime ac perpaucis iisque simplicissimis com-

1) In F. OSANNI libri, *Auctarium lexicorum Graecorum*, censura (*Bibl. Crit. Nov.* III. p. 185) vir doct. J. T. BERGMAN e margine STEPHANI HEMSTERHUSIANI in aliis ut novum vocabulum *Graecum*, lexicis addendum, proposuit vocem *ἀναβλυστᾶν, ἀναπηγάζειν·* CYRILL. Sed frustra vocabulum apud CYRILLUM inquisivi. Videtur HEMSTERHUSIUS respexisse ad glossam *ἀναβλαστάνειν, ἀναπηγάζειν*, quae in lexico CYRILLIANO exstat.

Digitized by Google

pendiis scriptus, continet 152 foliis (303 paginis) *τοῦ ἁγίου* Κυ*ρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον.* Incipit a vocabulo Ἄ *ἄ: σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα*, et explicit in voce *ὥς: ἀντὶ τοῦ ὅπως καὶ ὅτι.* In margine passim correctiunculae a manu docta sunt asscriptae, ut i. v. Γ*αργάρεον*: *γάργανον λέγεται τὸ ἄκρον.* In margine *γάργαρον.* — Γ*έθλια*: *ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἐπιφοιτῶσα τοῦ τεθνεῶτος ἢ τοῦ βασιλεύσαντος μνήμη.* In marg. *γενέθλια.* — *Δέρσα*: *βάρσα.* In marg. *Δέρμα.* Pro *βάρσα* legendum *βύρσα.* — *Δηθεῶνες*: *μακραίωνες, μακρόβιοι.* In marg. *Δηθαίωνες.* — *Δοκίμων*: *δοκῶν. καλοῦνται δὲ καὶ ἐπιθετικῶς καί τινες τῶν ἀστέρων δοκίδες.* In marg. *Δοκίδων.* — Ἐ*θρίσκευον*: *ἐτίμων, ἐσέβοντο, προσεκύνουν.* In marg. *ἐθρήσκευον.* — Ἔ*κπαμα*: *ἐκπληκτικά.* In marg. Ἔ*κπαγλα.* — Ἑ*λκοειδῶς*: Κ*υκλοειδῶς.* In marg. Ἑ*λικοειδῶς.* — Ἐ*ριγμάτων*: *πραγμάτων.* In marg. *ἐργμάτων.* — Ἐ*ρηρύων*: Τ*ιμωρῶν, δαιμόνων.* In marg. Ἐ*ρινύων.* — Ε*ὐδώσω*: *ἑτοιμάσω, ὁδηγήσω.* In marg. *εὐοδώσω.* — Ἐ*φετῶν*: *ἐπιθυμητῶν.* In marg. *ἐφιετῶν.* — Ἐ*φεμή*: *ἐντολή, νουθεσία καὶ ἐπιστολή.* In marg. *ἐφετμή.* — Ζ*ώννυσθαι*: *καλλοπίζεσθαι.* In marg. *καθοπλίζεσθαι.* — Ἤ*θεα*: *τοὺς συνήθεις τρόπους.* In marg. *τόπους*[2]. — Θ*είναις*: *οἱ σωροὶ τῆς ψάμμου.* In marg. Θ*ῖνες.* — Θ*ρία σημαίνει φύλλα σίκης* (leg. *συκῆς*) *ἢ ἀμπέλου. ἐς τρία γὰρ διαιρεῖται.* In marg. *θρία*, cui vero coniecturae non subscripserim. — Κ*αλιᾶ*: *ὁ ξύλινος οἶκος καὶ ἡ νοσία.* In marg. *νοσσία.* — Κ*εχηνώς*: *χαῦνος, ἐνεὸς ἢ χαίρων.* In marg. *χαίνων.* — Κ*οδάαν τίς*: *λεπτὰ δύο ἢ τὸ πᾶν.* In marg. Κ*οδράντης.* — Ν*ηρίτης σημαίνει τὸν κόγχλον.* In marg. *κόγχον.* Quae emendationes, nisi omnia me fallunt, ab ipsa sunt Isaaci Vossii manu oriundae.

Vocabula re vera *κατὰ στοιχεῖον* sunt digesta, eatenus saltem, quatenus in antiquioribus glossariis fieri solet. In binis scilicet prioribus literis ubique alphabetici ordinis ratio est habita. Nullius enim est in ea re diiudicanda momenti, quod aliquoties vocabulum alieno loco interpositum ordinem turbavit.

---

2) Contrarium vitium apparet apud Bekkerum, *An. Gr.* pag. 350: *Ἀθέλδεται* (apud Hesychium *ἀθέλβεται*): *διηθεῖται. Διοκλῆς* Μ*ελίσσαις·*
*Καὶ διὰ τεθρημένων ἀθέλδεται τύπων.*
Videtur legendum esse *τρυπῶν.*

Digitized by Google

Quod librario conniventi — nec mirum, qui tale opus describeret — crimini est vertendum. Perpaucis tantum locis, in fine potissimum στοιχείων, glossae aliquot aliunde videntur esse assutae, ut v. c. in litera Γ post Γώρυτος sequuntur Γουνῶ et Γυνή. Fraus inde fit manifesta, quod utraque vox iam in iis, quae praecedunt, apparet, sed non eadem addita explicatione. Neque docto aliquatenus saltem archiepiscopo imputem glossas, quas illatas esse ab homine barbaro primo obtutu apparet. Ita inter Ἠνδρίζετο et Ἠνίαις irrepsit glossa Ἡνεοθελής: ἡ νεοστὴ βλασθήσασα. Legebatur olim, undecunque glossa decerpta est: Ἡ νεοθηλής: ἡ νεωστὶ βλασθήσασα. Consimilis generis sunt, quae in litera O deinceps leguntur post Ὀψωνία quatuor glossae: Ὀωκύμωρος: ὁ ταχυθάνατος. — Ὀωμιστής: ὁ ὠμάβρεα ἐσθίων. — Ὀωκύματος: ὁ ταχύτατος. — Ὀών: ὁ ζῶν, ὁ ἀεὶ ὑπάρχων, ὁ ἀεὶ ὤν, τουτέστιν ὁ θεός. Quae omnia olim ita sonabant: Ὁ ὠκυμόρος (exstat vocabulum sic recte scriptum in litera Ω): ὁ ταχυθάνατος. — Ὁ ὠμηστής: ὁ ὠμὰ κρέα ἐσθίων. — Ὁ ὠκύτατος: ὁ ταχύτατος. — Ὁ ὤν: ὁ ζῶν κτέ. In litera T huius generis exempla abundant, neque fugit librarium, τὰ προσπίπτοντα v. c. in duo vocabula esse dirimendum. Quo vero frequentiora in litera T huius erroris sunt exempla, eo minus fit vero simile, omnia aliunde esse invecta. Videtur, qui primus hasce glossas congessit, vitium — nam est vitium profecto — commisisse, non quo ignoraret, τὰ ὅπλα, τοῦ ἄστεως etc. substantiva esse cum articulis coniuncta, sed quod eam unicam normam in glossis disponendis est secutus, quae vocabulorum prima esset litera. At prioris generis mendarum exemplis annumerem glossam: Ὤρπηξ: κλάδος, inter Ὤρσαν et Ὤρθαι (sic!) collocatam. Voluit, qui glossam scripsit, ὅρπηξ. Quibus addo: Θοῖς: ὁ αἰγιαλός. Leg. θίς. Κίδη: τὰ πένθη. Leg. κήδη. Aliquot locis turbatus literarum ordo corruptelam eiusque medicinam demonstrat. Inter Κλισιάδες et Κλύειν exstat Κυδώνιον: κῦμα. Quid certius, quam Κλυδώνιον fuisse scriptum? Inter Φακλούς et Φαλακρός legimus Φύλαξ: τάξις συνεστηκυῖα ἐξ ἑκατὸν εἴκοσι ἀνδρῶν. Restitue: Φάλαγξ. Inter Λουτρόν et Λυγρόν invenitur Λεγίζειν: ὀρχεῖσθαι. Legendum: λυγίζειν.

Post CYRILLI lexicon in eodem volumine atque ab eadem ma-

Digitized by Google

nu scriptum exstat alterum glossarium, quod ita est inscriptum: ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν λέξεων τῆς ὀκτατεύχου. Sequuntur Λέξεις τῶν βασιλειῶν, τῶν ψαλμῶν, τῶν ᾠδῶν etc. Describam, ut talium rerum curiosis satisfiat, pauculas quasdam, statim ab initio: Ἀνεζωπύρησεν: ἀνεκτήσατο τὴν ψυχήν. — Ἀνενεώσατο: παρεμυθήθη (παρηβήθη?). — Ἀστεῖον: καλόν, ἐπίχαριν, κεχαριτωμένον. — Ἀλείψουσι: χρήσουσι (leg. χρίσουσι)[3]. — Ἀναφορεῖς: οἷαν ἔχοντες, οἱ βαστάζοντες (leg. οἱ ἀνέχοντες). Haec sufficiant, reliqua omnia eiusdem sunt generis atque farinae.

Quod arbitratus eram, antiquioris Codicis apographum me possidere, id simulatque librum meum cum Codice *Leidensi* contuli, luce factum est clarius. Est ille Bondami, credo, liber e *Leidensi* tam accurate et anxie descriptus, ut vel emendationes in margine Codicis adiectae in apographi quoque margine appareant, neque statim in textum sint receptae. Continet apographum glossarium Cyrilli integrum, additorum vero minorum vocabulariorum aliquam tantum partem. In priore libri parte, in litera A potissimum, Codicis vitiosa multis locis scriptura diligenter correcta, atque glossae in severiorem, qualem nos in lexicis disponendis observare consuimus, ordinem sunt redactae. Mox vero de opere, quicumque fuit ille corrector, (nam est alia atque Bondami manus, magnamque cum *Ruhnkeniana* similitudinem referens), fatigatus et nauseabundus destitisse, atque in sequentibus ea tantum videtur correxisse, ad quae casu delapsus erat. Quarum emendationum speciminis causa unam et alteram proponam. Ἀάμον: ἄπληκτον. Correxit Ἀάλιον. — Ἀβύρκηλον: ἀνίσχυτον. Corr. ἀναίσχυντον. — Ἅβραι: νέαι, δοῦλαι, θεραπευνῆδες, νεώτεραι. Corr. θεραπαινίδες. — Ἀγηαλέει: ἀναγκαλεῖ. Corr. ἀγκαλέει. — Ἀγηήθης: ἀβλαβής. Corr. ἀγκήθης. — Ἄγκωνες: δόρατα. Corr. ἄγγωνες. — Ἀκείτερος: ὁ ἀπρεπαίτερος. Corr. ἀεικέστερος: ὁ ἀπρεπέστερος. — Αἴγηνα: μῆσος. Corr. Αἴγινα: νῆσος. — Quibus exemplis multa possem addere; sed

3) Idem vitium est in glossa χριστός, χρῖσμα διὰ τοῦ ι, ἀπὸ τῆς τοῦ ἐλαίου χρήσεως. Leg. χρίσεως. Quis vero, talia suis oculis qui legerit, librariorum genus contendat non esse plumbeum et ligneum?

Digitized by Google

omnia ita sunt comparata, ut veram lectionem unusquisque, vel nemine hortante, statim per librariorum stuporem videat perlucentem.

Qui lexico auctor inscriptus est CYRILLUS, archiepiscopus *Alexandrinus*, eum constat vixisse saeculo post Ch. n. quinto, et obiisse circa annum 444. Multis alius generis scriptis inclaruit nec magnopere, edito glossario, laudem inde partam auctum iri credo. Nulla enim peculiari sua laude CYRILLI glossarium commendatur, atque lexicorum illorum, quae sat multa et magna aetatem tulerunt, maiore parte longe est inferius. Glossarum bona pars ad LXX pertinet interpretes. Quod obiter in rem inquirenti factum est manifestum; quum nec huius loci nec mei sit instituti, unde singulae glossae desumptae sint, demonstrare et indicare. Tamen, ne in hac parte nimis indiligenter videar versatus esse, aliquot huius generis glossas e litera Δ expiscabor. *Δαλός: ἄνθραξ* pertinet ad *Zach.* 3, 2. — *Δασύποδα: τὰ λαγῷα*, ad *Deut.* 14, 7. — *Δέδειχα: ἔδειξα* ad *Deut.* 4, 5. — *Δεδέημαι: ἐδεήθην* ad III *Reg.* 8, 60. — *Δειλός: ὁ ἀσθενής* ad *Deut.* 20, 8. — *Δεῖναι: τὰ κοιλώματα τῶν ὑδάτων* ad *Iob.* 13. 11. — *Δέλτος· βίβλος* ad 1 *Mac.* 8, 22. — *Δημηγορῆσαι: ἔνδημα* (*leg. ἐν δήμῳ*) *λαλῆσαι* ad *Neh.* 8, 6. — *Δίδραγμον* (*leg. δίδραχμον*): *συντέλεσις* ad *Exod.* 30, 13 etc. Eodem referenda est glossa, aliunde notissima: *Βάναυσος: πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος· βάναυσος* (*leg. βαῦνος*) *γὰρ ἡ κάμινος.* Veterum scriptorum nova fragmenta non inveni, quin immo in fontibus, unde sua hauserit, excitandis, adeo parcus fuit scriptor, ut perpaucis tantum locis *Graecorum* scriptorum nomina appareant. Quos, literarum ordinem secutus, apponam. *Βάσσαρος: ἀλώπηξ κατὰ* Ἡρόδοτον (vult *βασσάριον.* Cf. HER. IV. 192). — *Αὐθέντης: κυρίως ὁ ἑαυτὸν ἀναιρῶν· διὸ παρὰ Σωκράτει* (*ΣοΦοκλεῖ? O. R.* 107) *καὶ Θουκυδίδῃ οὐ λέγεται αὐθέντης, ἀλλ' αὐτοέντης, ὅ ἐστιν αὐτεξούσιος.* — *Γαῦλος: ἐξ ἀλλοτρίων ζῶν. λέγεται δὲ καὶ τὸ σκάφος* (*suppl. γαῦλος*) *διὰ τὸ κοιλὸν* (*suppl. εἶναι*) *καὶ πλεῖστα δέχεσθαι, ὡς* Ἡρώδοτος (sic!) *ἐν τρίτῃ ἱστοριῶν* [4]. — Ἐκμαγεῖον: *ἡ Φαντασία. Φησὶν ὁ* Πλάτων

[4]) In Codice CYRILLI *Vindobonensi* CCXLIV, de quo infra agetur, eadem glossa exstat, at HERODOTI nomini solemni vitio HERODIANUS substituitur, ὡς

(*Theaet.* 194. E) διὰ τὸ ἐκμάττεσθαι καὶ ὑποσυλᾶν τὰ εἴδη ἀπὸ τῆς ὕλης. — Ἐξεστηκώς: δίχως λέγεται παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ Πινδάρῳ, ὅτε μὲν τὸ μένεσθαι (*leg.* μαίνεσθαι) καὶ ἔκφονα (*leg.* ἔκφρονα) εἶναι, ὅτε δὲ τὸ ὑπαναχωρεῖν καὶ ὑπεξέρχεσθαι ἢ ἀφίστασθαι. — Ἐπιστῇ (*leg.* ἐπίστῃ): οἶδας, ἐπιστήμη ὡς εἰς ἐπίστασιν ἄγουσα τὸν νοῦν. Φησὶν ὁ Πορφυρίων. Sunt duo glossae, quae in unam coaluerunt. Distinguendum post οἶδας. — Κέραμος: τὸ δεσμωτήριον παρὰ τοῖς γλωσσογράφοις, παρὰ δὲ Κυπρίοις τὸ ἀγγεῖον, παρὰ δὲ Ἀριστάρχῳ ὁ πίθος (cf. *Schol.* Hom. *Il.* E. 387: κεράμῳ: ἀγγείῳ, πίθῳ, ἢ δεσμωτηρίῳ· οἱ γὰρ Κύπριοι τὸ δεσμωτήριον κέραμον καλοῦσιν). — Κλῆρος: ὁ καλῶν ἐφ' ἑαυτὸν τὸν λαχόντα· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς παρὰ τὸ κάλον, τὸ ξύλον, ἐπεὶ ἐν ξύλοις ἐχαράσσοντο οἱ κλῆροι. — Λιπέρνητες: Ἀριστοτέλης[5] τοὺς ἁλιεῖς φησίν. — Μοχλός: παρὰ τὸ ὀχλεῖν καὶ ὀχλίζειν, τὸ μετὰ βίας κινεῖν· σημαίνει παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἄλλοις τῶν παλαιῶν καὶ τὸ ὀχλῶ. .... Φιλόξενος δέ φησι, ὅτι οὐ κατὰ τὴν νῦν χρῆσιν εἴρηται ὁ μοχλὸς παρ' Ὁμήρῳ. — Πάππας φίλος· εἴρηκεν Ὅμηρος· οὕτω καὶ ἐλέγετο παρὰ Συρακουσίοις ὁ πατήρ. πᾶς καὶ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν παπᾶς καὶ πλεονασμῷ τοῦ π πάππας, τουτέστι φίλος. — Σταυρός: παρὰ τὴν στάσιν καὶ τὸ εὖρος, ὃ σημαίνει τὸ πλάτος, οἱονεὶ ὁ μῆκος καὶ πλάτος ἔχων. παρὰ δὲ τῷ ποιητῇ σταυροὶ λέγονται τὰ ἀποξυμμένα ξύλα, ἅπερ καὶ σκόλοπας καλεῖ. — Σῶμα: διὰ τὸ σῶον αἷμα, ἢ παρὰ τὸ σῖμα (*leg.* σῆμα), ὃ σημαίνει τὸν τάφον κατὰ Πλάτωνα· τάφος γὰρ τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ. — Τορύνη: τὸ κοχλιάριον. Ἀριστοφάνης[6] δὲ τὸν χυτρόποδα. — Φυλακή: τὸ τρίτον μέρος τῆς νυκτὸς παρ' Ὁμήρῳ. — Ὡς ἄημα: ὡς πνεῦμα, ὡς ἄνεμον· ἄημα γὰρ τὸ πνέον· παρὰ Διογενιανῷ.

Quae praeter scriptorum *Graecorum* locos modo laudatos de-

---

φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ γ' τῶν ἱστοριῶν. Confusionis causa in utriusque nominis compendio consimili sita est.

5) Legendum esse videtur Ἀριστοφάνης. Cf. Phot. i. v. Λιπέρνητες: ἤτοι λιποπόλεις ἢ πένητες· τὸ δὲ ὄνομα παρὰ τοῖς Κωμικοῖς, ὅτ' ἂν παρῳδῶσι τοὺς Ἴωνας. Fortasse respicitur ad Arist. *Pac.* 603:

ὦ σοφώτατοι γεωργοί, τἀμὰ δὴ ξυνίετε,

ubi olim a quibusdam lectum fuisse:

ὦ λιπέρνητες γεωργοὶ κτέ,

auctor est Diod Sic. XII. 40.

6) Cf. Aristoph. *Equit.* 984, ibique *Schol.*: τορύνη δὲ τὸ κινητήριον τῆς χύτρας.

prehendere licuit eruditionis atque doctrinae vestigia, non minus sunt exilia et pusilla. Unum et alterum eorum, quae reliquis aliquo modo praestant, speciminis causa decerpam: *Ἄγειν καὶ φέρειν*: *τὸ λῃστεύειν καὶ ἁρπάζειν. ἄγεται μὲν γὰρ τὰ ἔμψυχα, φέρεται δὲ τὰ ἄψυχα* (cf. BEKK. *An. Gr.* p. 206. 14; v. LEHRS, *Aristarch.*, p. 142 sqq.). — *Ἀκέατος*: *ἀθεράπευτος* (vid. VALCKENAER. de *Schol. Hom.* [VIRG. *Illustr.*] p. 17). — *Ἀκόρητος*: *ἀκόσμητος· κορεῖν γὰρ τὸ σαίρειν παρὰ Ἀθηναίοις.* — *Ἅλιε*: *ἥλιε.* — *Ἀναξυρίδες*: *φιμινάλια, βρακία· ἢ τὰ βαθέα καὶ ἄβατα ὑποδήματα, οἷον ἀνασυρίδας παρὰ τὸ ἀνασύρεσθαι, τροπῇ τοῦ σ εἰς τὸ ξ* (cf. BEKKER. *An. Gr.* pag. 391). — *Ἀσφάραγος*: *ὁ λεγόμενος λάρυξ* (cf. VALCKEN. l. l. p. 38). — *Βαλίος*: *ἵππος τοῦ Ἀχιλλέως* (cf. SUID. i. v.). — *Βασιλεῖα* (-ῆα?): *Ἀττικῶς τὸν βασιλέα.* — *Βόλβιτον*: *ἀφόδευμα βοός* (cf PHRYN. *Epit.* p. 357 LOB.). — *Εἵνεκα τοῦ οὕνεκα διαφέρει· τὸ μὲν εἵνεκα τούτου χάριν σημαίνει, τὰ δὲ οὕνεκα σημαίνει τὸ διότι.* — *Ἐξωμίς*: *Ἀττικὸν τὸ λεξίδιον· σημαίνει δὲ χιτόνα* (leg. *χιτῶνα*) *ἐλευθέριον, οὐκέτι σκεπάζοντα τοὺς βραχίονας.* — *Ζάκορος*: *νεοκόρος* (leg. *νεωκ.*), *ἤγουν ἡ διακονοῦσα περὶ τὸν* (leg. *τὸ*) *ἱερὸν, ἢ ὁ ἱερεὺς ὁ τὸν ναὸν σορῶν* (leg. *σαρῶν*)· *κορεῖν γὰρ τὸ σαρεῖν Ἀττικῶς* (cf. SUID. i. v., PHOT. i. v.). — *Ἡοῦς*: *τῆς ἡμέρας. Ἀττικῶς* (cf. PHOT. i. v. Ἠώς). — *Κλείσιον* (sic!): *σημαίνει τόπον, ἔνθα ἵστανται τὰ ζεύγη* (cf. VALCKEN. l. l. p. 100). — *Λάκων*: *σπαρτία τὶς* (leg. *Σπαρτιατὴς*) *ἀντικρὺς τῶν Ἀθηνῶν* (leg. *Ἀθηναίων*)[7]. — *Μάκτρα*: *ἐν ᾗ ἔμασσον, ἣν οἱ Ἀττικοὶ κάρδοπον ἐκάλουν* (cf. HELLAD. ap. LOBECK. ad PHRYN. p. 90). — *Νάος*: *νεώς, Ἀττικῶς* (cf. MOER. ed. PIERS. p. 265). — *Σιφλόσειον* (leg. *σιφλώσειεν*): *ἡ λέξις τῶν νεωτέρων, καὶ οἱ μὲν κακώσειεν, οἱ δὲ μωμητὸν ποιήσειεν· φλῶ γὰρ ἐστι τὸ ὁρμὴν ἔχω, ὅθεν καὶ οἰνόφλοιξ* (leg. — *φλυξ*). (cf. PHOT. i. v. *σιφλώσειεν*). — *Στοιχεῖα*: *Ἀθηναῖοι μὲν γράμματες* (leg. — *τα*), *γραμματικοὶ δὲ πῦρ, ὕδωρ, ἀφ' ὧν τὰ σώμα* (leg. *σώματα*) *συνίσταται* (cf. DIONYS. *Thrax* ap. BEKK. *An. Gr.* p. 789). — *Τένθης*: *ὁ γαστρίμαργος· οἱ γὰρ Ἀττικοί τένθην καλοῦσι τὸν γαστρίμαργον* (cff. TIMAEUS et PHOT. i. v.). — *Τετρακτύς ἐστιν, ἣν καὶ ὅρκον οἱ Πυθαγόρειοι*

---

7) Corrige simile vitium apud PHILOSTRATUM, *Vit. Apoll.* I. 18. 155: *περὶ μυστηρίων ὥραν, ὅτε Ἀθηναῖοι πολυανθρωπότατοι.* Leg. *Ἀθήναι εἰ πολυανθρωπόταται.*

Digitized by Google

ποιοῦνται, μῦθος· σιγή· νοῦς καὶ ἀλήθεια. In his paucisque horum similibus ex antiquioribus et reliquis aliquanto limpidioribus fontibus hausisse glossographum coniicias; aliis locis proprio Marte, ut videtur, quaestionibus grammaticis dirimendis vocabulorumque indagandis etymis operam dat, adeo eam infelicem, ut iis, quae enixus est, absurdiora et magis ridicula vix excogitari queant. Quid dicas de grammatico, talia serio deblaterante, qualia legi v. c. in voce Ἀδελφός: παρὰ τὸ δέλφυς, ὃ σημαίνει τὴν μήτραν (sic!)· τουτέστιν ἐκ τῆς αὐτῆς δελφύος, τουτέστι γαστρός. — Βίος: ἡ ζωὴ καὶ βιώτης (leg. βιότης) προσαγορεύεται παρὰ τὸ βέω τὸ πορεύομαι· τί γάρ ἐστι βίος ἡ ὁδὸς καὶ ἡ πόρεια (leg. ἡ ὁδὸς καὶ πόρεια). — Γάμος, οἷον δάμος τις οὖσα· ὁ δαμαστικὸς καὶ ὑποτακτικὸς τῶν θηλείων· ὅθεν καὶ τὰς παρθένους ἀδαμάστους λέγουσιν. — Δεῖπνον: τὸ παρ' ἡμῖν ἄριστον, μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν. — Ἐλέφας: ἐλέβας: ἐπιβαίνει γὰρ τῇ θηλείᾳ οὐκ ἐπὶ γῆς, διὰ τὸν ὄγκον, ἀλλ' ἐπὶ ὕδατος ἑλώδους, ὅπου νέμονται. — Θάσια: τὰ ἀμύγδαλα· ἀπὸ τοῦ θᾶσσον καρπεύειν· προϊμὰ γὰρ ὑπὲρ τὰ λοιπὰ δένδρα. Mirifice lapsus est interpres. Cf. v. c. Athen. II. p. 64 A., ubi in amygdalarum variis enumerandis generibus: τῶν δὲ ξηρῶν, inquit, τὰ Θάσια καὶ Κύπρια, ἁπαλὰ ὄντα, εὐεκκριτώτερά ἐστιν. — Λάμβδα: οἱονεὶ λαβάτιον: παρὰ τὸ λείως βαίνειν ἐν τοῖς μέτροις καὶ ἀσθενὲς εἶναι πρὸς τὸ μηκύνειν τὰς συλλάβας. — Φῖ, ὅτι φαιὸν, τὸ μέλαν· μέλαν δέ ἐστι τὸ σκοτεινόν· οὕτω καὶ τοῦτο περὶ τὴν ἐκφώνησιν· κακόφωνον γάρ. Atque hoc exemplorum agmen claudat. Lexicographi enim mei speciosiorem ingenii foetum vix credo me esse investigaturum. Ex iis vero, quae hucusque protuli, cave ne credas, de omnibus vocabulis tam prolixe disputatum esse. In longe maiore glossarum parte auctor munere suo satis accurate et religiose sibi videtur esse functus, si lemmati brevem subiungebat explicationem; plerumque nil addit, nisi vocabulum synonymum.

Perpensis atque consideratis omnibus, quae de Cyrilli lexico disputavi, vix dignum censeas opus, quod ab innumeris, quas librarius adsperserat, mendis liberatum, a squalore et situ vindicetur et e bibliothecae tenebris in publicam lucem provolet. Nec tamen quod amplexus eram consilium temere putabam esse abiiciendum. Quum enim de hoc genus scriptoribus edendis omnino ita arbitrer iudicandum esse, ut fecit vir in paucis do-

ctus, sagax et elegans, P. HOFMANN PEERLKAMP, in *Bibl. Crit. Nova*, T. II, p. 1 et 2, tum CYRILLI glossae, quantumvis ieiunae et futiles, videbantur mihi in corruptis praestantiorum lexicographorum, TIMAEI v. c. et HESYCHII, emendandis et redintegrandis λέξεσι plus semel opem posse ferre haud sane spernendam. Quum vero scirem, CYRILLIANI lexici codicum numerum haud exiguum (duorum, unius *Urbinatis* 157, alterius *Vaticani* 1751 (?) mentio fit apud BEKKERUM, *An. Gr.* p. 1094 et 1096) per bibliothecas *Europae* asservari, nil me praestiturum esse, quod operae pretium esset, probe intellexi, si ex uno codice accurate descriptum textum typis exprimendum curarem. Itaque operis edendi consilium haud sane deponendum, sed differendum ratus, donec mihi contingeret, in una et altera maiorum bibliothecarum CYRILLI Codices cum meo libro conferre, interea ea de re literas dedi ad eos viros, qui de studiis meis disserentem benigne atque libenter me audire solebant.

Atque ita rem meam me instituisse, mox habebam, quod magnopere mihi gratularer. Etenim de CYRILLO meo retuleram et ad alios, et ad CAROLUM FRIDERICUM HERMANNUM virum clarissimum. Qui humanissime ad literas meas quum responderet, I. F. CH. SCHUBARTUM, celebrem PAUSANIAE editorem, docuit me olim CYRILLO diligentem operam navasse. Adii, HERMANNI auctoritate nisus, literis SCHUBARTUM. CYRILLI edendi consilium si nondum abiecisset, e Codice *Leidensi* me suppeditaturum esse, significavi, quaecunque in ea re rite administranda alicuius possent esse usus; CYRILLUS vero ubi gravioribus doctorumque cura dignioribus antiquitatis testibus locum cessisset, ut suis copiis meam inopiam adiuvaret, enixe rogavi. Nec frustra ad viri humanissimi humanitatem provocaveram. De consilio illo olim agitato dudum se destitisse mihi respondit. Quum *Vindobonae* complures per annos castra posuisset, e CYRILLI codicibus in bibliotheca Vindobonensi asservatis compluscula se excerpsisse, non quo editionem pararet, sed ut de operis codicumque praestantia maiore vel minore sibi constaret. Id vero vel ex iis, quae collegisset, speciminibus, satis luculenter posse demonstrari, CYRILLI futuro editori, qui quidem rite munere suo vellet fungi, non in eo esse acquiescendum, ut unum alterumve Codicem inspiceret ad eiusque exemplar textum typis mandan-

Digitized by Google

dum curaret. Adeo enim inter se differre varios codices, »ut saepe non eiusdem operis apographum, sed diversum plane librum oculis usurpare credas.” Itaque qui Cyrillum neque omnia ea simul edere cuperet, quibus Cyrilli liber a variis, οὐ μιᾷ χειρὶ δωρουμένοις, ἀλλ' ἀμφοῖν, κατὰ τὴν παροιμίαν, vario tempore esset interpolatus, ei complures codices conferendos omniaque ea secernenda esse, quae postea addita esse codicum dissensus ostenderet. Brevi post quam has literas accepi, misit ad me vir humanissimus quam qui maxime, quaecumque e Codicibus Vindobonensibus Cyrilli excerpserat, quibus ut meis uterer. Addita erat codicum accurata descriptio et prolegomena de eorum fide et auctoritate. Pro qua eximia humanitate et liberalitate viro egregio debitas sincerasque gratias publice persolvo. Si qua in his utiliter sunt disputata, ad eum velim omnia referantur, quae *domum* et ad dominum *cum laude redeunto.* Si continget, quod vehementer cupio, Cyrillum aliquando integrum edere, maior laudis, si qua erit, pars ei debebitur, qui et me docuit, qua unica Cyrilli editor munita via possit incedere, et hanc viam ingredienti opes suas tamquam utilissima mihi permisit ἐφόδια.

Quam vero iudicaverit Schubartus, vel meo codice Leidensi cum excerptis Vindobonensibus collatis in aprico est. Tantum variorum Codicum est discrimen, ut tum demum suum aliqua veri specie Cyrillo restitui possit, si qui e magno Codicum numero ea erit expiscatus, quae in omnibus eodem modo leguntur, πολλῆς πείρας sane et laboriosum opus variisque difficultatibus implicitum. Donec ulterius progredi licebit, ut primam operis partem textum, qualem Codex *Leidensis* repraesentat, a vitiis purgare conatus sum, quibus librarii culpa scatet. Codices *Monacenses* et *Vindobonenses* hoc ipso fortasse anno conferre licebit; in aliis opitulabitur, spero, ὁ μέγας χρόνος. Neque quis ut immaturam inutilemque hanc meam diatribam repudiet. Ut enim opus esse videtur vario nomine utile et minime ineptum, in tam illustri exemplo grassantis tam manifestae interpolationis deprehendere et ostendere vestigia, ita hac occasione utor, ut studia mea *Cyrilliana* commendem, si qui forte philologorum, Schubarto liberalitate haud minores, penes se habeant, quibus apparatum meum augere velint.

Digitized by Google

In nullo scriptorum genere tam facilis et proclivis est interpolatio, quam in lexicis et glossariis; quae natura sua scribentes aeque ac legentes tamquam pelliciunt ad interpolandum. Quicumque tali libro utebatur, inter lineas et in marginibus addere solebant glossas, quas alii deinde in ipsius operis corpus recipiebant, atque hic lexica adulterandi mos adeo est antiquus, ut ne iis quidem collectis, quae in omnibus Codicibus legantur, sincerum CYRILLUM refinxeris. Nam in antiquissimis libris multa iam haud secus atque in recentioribus ab aliena manu possunt invecta esse. Interpolationis manifesta exempla e Codicibus Vindobonensibus collegit SCHUBARTUS. CYRILLUM dixi floruisse saeculo p. Ch. n. quinto. In *Cod. Vind. Philol. Philos.* CCCXIX laudatur TREBONIANUS quaestor (i. v. Τρεβουνιανός), qui vixit saeculo sexto medio, laudatur (i. v. Γέται) THEOPHYLACTUS SIMOCATTA, qui floruit circa annum 630, laudatur ipse CYRILLUS in commentario ad *Hoseam* (i. v. μουνιός). In Codicibus CCXII et CCXLIV *Digesta* commemorantur (δίγεστα· ὑποτυπώματα· ῥωμαϊκὴ ἡ λέξις, CCXLIV, et διγέστων, φανερῶν ὑποτυπωμάτων CCXII). Iidem glossam habent Γαλλικά: Φραγγικά, quae ante saeculum sextum scribi non potuit. Vix minus manifesta interpolationis exempla in Codice *Leidensi* inveni. Insunt enim glossae aliquot, quarum ratio a reliquis toto coelo differt. Plerumque enim, iis exceptis, de quibus supra dixi, glossis brevis accedit explicatio; in iis, quas volo, verbosa apponitur de vocabuli etymo et indole disputatio. Quas variis scriptoribus surreptas atque a librariis lectoribusve illatas esse contendo. I. v. Γνώμη: διάφορα σημαίνει· ποτὲ μὲν γὰρ δηλοῖ τὴν παραίνεσιν, ὥς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος κτέ. IOH. DAMASCENUS, est expilatus; glossa Θέριστρα: θερινὸν ἱμάτιον κτέ., vocabulum ea significatione perquam rari usus (apud LXX interpretes enim idem significat atque θεριστήριον h. e. *falx*) ex ipso CYRILLO videtur esse desumpta, cuius haec verba in *Glaph.* p. 194: καὶ περιεβάλλετο θέριστρον. IOHANNI DAMASCENO item tribuendum quod legitur i. v. Φύσις: οὐσία, ἡ προαίρεσις. χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἔμψυχον τὸ φυτὸν διὰ τὸ ἔχειν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν καὶ γεννητικὴν δύναμιν· ἀναισθητὸν δέ· οὐ γὰρ ἔχει αἴσθησιν. Glossa (quam eandem e *Cod. Vindob.* CCXLIV, ubi in margine est scripta, excerpserat SCHUBARTUS): Δαμασκός· πόλις Συρίας παρὰ τὸν Ἀντιλίβανον;

Digitized by Google

εἴρεται (leg. εἴρηται) δὲ ὅτι Δαμάσων (sic! Cod. CCXLIV Δαμᾶς leg. Δαμᾶς) στρατεύων μετὰ Διονύσου ἐκεῖσε σκηνὴν πηξάμενος ἱδρύσατο ἐκεῖθεν (Cod. CCXLIV Συρίας) θέας ξόανον e STEPHANO *Byzantio* est inserta. Sequuntur in *Vind. Cod.* haecce: ἡ οὖν Δαμᾶ σκήνη Δαμασκός. ἢ ὅτι εἷς τῶν γιγάντων Ἄσκος ὄνομα, Λυκούργῳ δήσας τὸν Διόνυσον ἔρριψεν τῷ ποταμῷ· ἐφονεύθη δὲ ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Ἄσκος ἐδάρη καὶ ἐκεῖ ἐτάφη καὶ ἐκ τούτου ἡ πόλις Δαμασκὸς ἐκλήθη, καὶ τὰ οἰνοδόχεια (leg. οἰνοδόχα) δέρματα ἀσκοὺς καλοῦσι. λέγεται καὶ ἡ Δαμασκός. Quibus exemplis plura glossarnm e MICHAËLE PSELLO, DIONYSIO *Thrace* aliis in CYRILLUM transcriptorum exempla adderem, si in manibus haberem libros, quibus olim observata probare possem.

*Briellae, Idibus Martiis* 1854. E. MEHLER.

## BLADVULLINGEN.

In het II^e deel bl. 394 der *Mnemosyne* vind ik eene voor de palaeographie gewigtige plaats van HIERONYMUS *in Praef. ad librum Iobi* aldus, naar ECKHEL, opgegeven:

> *Habeant, qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos vel uncialibus, ut vulgo aiunt, litteris,* onera *magis* exarata quam *codices, dummodo mihi meisque permittant pauperes habere schedulas et non tam pulchros codices quam emendatos.*

De woorden: *onera magis exarata quam codices* komen mij bedenkelijk voor. Wat zijn *onera exarata?* Te sterk en te hard ware de uitdrukking, zoo men haar als *beschrevene ballasten* opnam; en toch, welken zin kunnen zij anders opleveren? Zou HIERONYMUS die fraaije *codices* wel *onera* genoemd hebben? Deze woorden zien, dunkt mij, meer op *het schrift*, dan op de *codices* zelve. Ik zou dus overhellen tot de gissing, dat HIERONYMUS oorspronkelijk geschreven heeft, *oneratos magis quam exaratos codices, meer beladene dan wel beschrevene handschriften.* De *emendati codd.* worden ten slotte tegen de *pul-*

*chri* overgesteld; deze waren met die gouden en zilveren letters of met die groote en zware *uncialen* meer *belast*, dan *beschreven*. Maar voor den minder gegoeden en meer geleerden HIERONYMUS kwam het vooral daar op aan, of de *codd.* *zonder fouten* waren, hij moest er onverschillig over zijn, *met welke stoffen* of *met welke letters* zij waren beschreven.

---

### SUIDAS *art.* Ἴβυκος *verbeterd.*

Ἴβυκος — γένει Ῥηγῖνος· ἐνθένδε εἰς Σάμον ἦλθεν, ὅτι αὐτῆς ἦρχεν ὁ Πολυκράτης, ὁ τοῦ τυράννου πατήρ· χρόνος δὲ ἦν οὗτος ἐπὶ Κροίσου Ὀλυμπιὰς νδ′.

De ongerijmdheid dezer plaats kan ligt verminderd worden, indien men eenvoudig ἢ ὁ τοῦ τυράννου πατήρ leest of, wil men, ἢ Αἰάκης, ὁ τοῦ τ. π.; dan strekt dit bijgevoegde, om de geheele opgave beter met de daarop volgende tijdrekenkundige bepaling in overeenstemming te brengen. Men behoeft het ἦρχεν niet zóó streng te nemen, dat AEACES reeds even als zijn zoon, *tyran* van *Samos* zou geweest zijn: hij was aldaar in aanzien en rijkdom de eerste[1]. Deze meening blijkt ook dááruit, dat POLYCRATES bepaaldelijk *de tyran* genoemd wordt. Te onderstellen, dat IBYCUS, toen hij *tyran* van *Rhegium* had kunnen worden, gelijk ons de *paroemiographi* verzekeren, deze zijne vaderstad verliet, om zich naar een *tyran* te begeven, ware inderdaad ἀρχαιότερον Ἰβύκου.

---

### *Novus* ARCHILOCHI *versus.*

Latet ARCHILOCHI versus ex *Epodis* apud MARIUM PLOTIUM SACERDOTEM, sive potius M. CLAUDIUM SACERDOTEM, *de Metris* sub titulo *de pentametro catalecto iambico*[1] in illis: »Hoc potest dividi in dimetrum acatalectum Archilochium, de quo supra *docui*:

*Fregit trementis ilices.*"

---

1) Vgl. D. J. VERGENS, Disp. Litt. *de Polycrate Samio*, Amsteled. 1839. p. 15 sq. en p. 71.

1) cap. 4. p. 277, 31 GAISF.

Digitized by Google

In notam demisit Gaisfordius hanc litterarum farraginem in codice *Leidensi*:

*docui* ΦΑΒΟΤΛΟCΕCΘCΘΙΛΟΙC.

Sed apparet ex iis, *Graecum* exemplum *Latino* pro more fuisse praemissum. Superiori autem loco[2] *de acatalecto dimetro Archilochio* agens Sacerdos, qui vulgo Plotius dicitur, hunc versiculum applicuerat:

Τί μακρὰ δὴ φρονέεις τάλαν;

quem Archilocho recte vindicavit Bergkius. Itaque et hoc loco Archilochi versu usum esse Sacerdotem haud absurde statuas. Ex litteris illis mirum in modum et dimotis et perplexis contractisque hunc ἐπῳδὸν extricavi:

Ἄβουλος εἶς σὺ σοῖς φίλοις.

*Appingadami.* B. ten Brink.

---

(Superioribus aliquantulum addere libet. Obiter moneo, Gaisfordum edidisse φρονεῖς, pro quo recte Brinkius φρονέεις, quod Archilocho unice convenit. At in ceteris etiam plura sunt, quae a Gaisfordo secundum Bondami collationem tradita a codice discrepant. Est ille codex e *Vossianis*, forma quadrata, numerum in fronte gerens 79, exhibetque locum priorem sic:

Hoc potest diuidi in dime
trum.acatalectū.archilocium. de quo supa docui. ΦαΒΟΤΛΟCΕC
ΘCΘΙΛΟΙC; Fragi trementes ilic est·
& in trimetrū catalecticū, de quo similiter supa tractaui

Ultimum C vs. 2 in ipso margine, qui interius, quam ceteri, abscissus est. — Hunc codicem nono decimove seculo scriptum esse iudicat Geelius.

Codex chartaceus, e *Scaligeranis* 53, eundem hunc locum sic habet:

Hoc potest dividi
in dimetrum acatalectum Archilochium: de quo
supra docui fragi Trahi
trementes ilic est et in tetrametrum catalecticum, de quo similiter supra tractavi

---

2) p. 270, 14.



Digitized by Google

Vs. 1. *v* in *dividi* alii litterae supraductum est, *Trahi* vs. 3 lineola subductum, *te* et *a* vs. 4 erasa, lacunae ut indicavi.

Unde apparet recte BRINKIUM assumpsisse, exemplum *Graecum* olim *Latino* praemissum nunc desiderari, et hoc ipsum latere in litterarum farragine, quam accurate reddidit. Ea vero sic legenda est

φ ἄβουλος ἐς θεὸς φίλοις

fui igitur, opinor, a poeta scriptum:

ἄβουλος ἐς φίλους θεός.

Quae mutatio ne cui nimis violenta videatur, alterum etiam locum ex iisdem codicibus describam, quo pacto iterum apparebit, quam indiligenter hucusque libri manuscripti soleant conferri. Est ille locus, ubi GAISFORDUS edidit:

τί μακρὰ δὴ φρονεῖς τάλαν;

at codex *Vossianus*:

DE CATALECTO DIMETRO AR CHILOCIO

Acatalectum archilocium dimetrum iambicum fit addita syllaba anacreontio dimetro catalectico. ut est TICCαKPPα· PHIPG ΦPOGNG; Oblivionē sensibus anacreunteus (*l.* Anacreonta Teium).

*u* in anacreunteus erasum est. Codex autem *Scaligeranus* habet:

IIII De | acatalectico dimetro Archilochio

Acatalectum Archilochum dimetrum Iambicum fit addita syllaba Anacreontio dimetro catalectico. ut est,

τίς σὰς παρήειρε φρένας;

Oblivionem sensibus: Anacreontêus.

Vs. 1. *tico*, 4 *ὰς* in *σὰς*, 5 *Oblivionem sensibus* et *ê* in *Anacreontêus* lineolis subducuntur. Locus autem, quem adducit hic codex (seculo sexto decimo posteriorem eum dicit GEELIUS) aeque probum metri *Archilochii* exemplum est ac *Gaisfordianus*, cuius originem non assequor. Nostrum autem etiam in *Vossiano* codice latere quis peritus dubitet? itaque is certe genuinus est. Quibus traditis si cui lectori satisfecero, PLOTIUM inspexisse non poenitebit).

*L.*, 13 *mensis Martii* 1854. E. J. K.

Digitized by Google

# VERBETERINGEN OP CICERO.

## (Ed. Orelli, *Turici* 1826—1838).

(*De verbeteringen zonder naamsopgaaf zijn niet van de Redactie*).

(Waar emendaties, die Orelli reeds in zijne aanteekeningen heeft opgenomen, hier om bijzondere redenen op nieuw vermeld zijn, wordt dit telkens medegedeeld. — De emendatiën van Ruhnkenius zijn uit diens *Adversaria* geput, waarover men zie *Mnem.* II. 252.

Pro P. Quintio xv. 49. Etenim mors honesta saepe vitam quoque turpem exornat: vita *turpis* ne morti quidem *honestae* locum relinquit. — L. vita *honesta* ne m. q. *turpi* l. r. — N.

Divin. in Caec. I. ii. 4. Dicebam, habere eos actorem Q. Caecilium, qui praesertim quaestor in eadem provincia post me quaestorem *fuisset. Quo* ego adiumento sperabam hanc a me molestiam posse dimoveri, id mihi erat adversarium maxime. — »Excidit *sed* ob pr(aecedens) .... *set.*" R. (Ruhnkenius).

In C. Verrem Act. I. i. 1. Inveteravit enim iam opinio .... his iudiciis, [*quae nunc sint*], pecuniosum hominem, quamvis sit nocens, neminem posse damnari. — De tusschen haakjes staande woorden zijn onecht. Men vergel. in Verr. Act. II. Lib. I. ii. 6.

Ibid. ix. 26. Reperio, iudices, haec ab istis consilia inita et constituta, ut quacumque *opus esset* ratione, res ita duceretur, ut apud M. Metellum praetorem causa diceretur. — L. *posset*.

Ibid. xi. 33. Nunc, quoniam pugnare contra me instituisti, non tam ex tua natura, quam ex istius tempore et causa [*ma-*

Digitized by Google

*litiose*]: necesse est, istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. — Het woord *malitiose* is onecht.

In C. Verrem Act. II. Lib. I. XIII. 35. Sperat, sibi auram posse aliquam *afflari*, in hoc crimine, voluntatis cet. — L. *afflare* en vergel. Epp. ad Attic. XVI. 5. C.

Ibid. Lib. II. II. 5. Itaque ad omnes res *Sicilia* provincia semper usi sumus, ut cet. — L. *sic illa*, C.

Ibid. XXII. 54. Qui statim, quum *praesensisset*, iubet cuidam suorum amicorum numerari IIS LXXX. — L. *rem sensisset*. C.

Ibid. XXXV. 87. Qui *fuit* Himerae, sed et est, et fuit tota Graecia summo propter ingenium honore et nomine. —L. *floruit*. C.

Ibid. XL. 98. Citatus accusator, M. Pacilius, nescio quo casu, non respondit, [*non adfuit*]. — De beide laatste woorden zijn niet van Cicero.

Ibid. LV. 138. Nam locupletissimi cuiusque *census* extenuarant, tenuissimi auxerant. — L. *censum*.

Ibid. LXIX. 166 f. Quem omnes mortales oderunt, eum quoque *vobis* odio esse oportere. — L. *his*. C.

Ibid. LXX. 171. *Portum* autem et scripturam eadem societas habebat. — L. *portorium*. C.

Ibid. LXXIII. 179 init. Meminero, me non *sumpsisse*, quem accusarem: sed recepisse, quos defenderem. — L. *suscepisse*. C.

Ibid. LXXIII. 180. Multa enim .... praetermittam. Tantum agam de hoc toto *nomine* societatis. — L. *crimine*. C.

Ibid. LXXVIII. 192. An ab hac eius *infamia*, *nequitia*, vestros animos in aliam partem, fortitudinis commemoratione, traducat? — Tusschen *infamia* en *nequitia* is het woord *libidine* uitgevallen.

Ibid. Lib. III. LXXXVI. 198. Cogantur etiam nummi ab aratore? *quomodo*? quo iure? quo exemplo? — L. *quo more*? R.

Ibid. Lib. IV. XXXI. 70. Audisti, et audies *omni* e conventu Syracusano, qui ita dicant. — L. *homines*. C.

Ibid. XLVIII. 104. Quem ego hominem accuso? quem legibus ac [*iudiciali*] iure persequor? — L. *sociali*. C.

Verleidelijk, vooral voor iemand wien de epische *cyclus* door het hoofd speelt, is de reeds vermelde gissing, waarbij *in den tekst* de woorden *ἐπὶ κόγκυλω* in *ἐπικὸν κύκλον* of *ἐπικῷ κύκλῳ* veranderd worden. Cramer kwam het eerst hierop. Doch daar deze woorden niet in het verband passen, wilde Ritschl[32] aanvullende lezen: .... *Ὀνομακρίτῳ Ἀθηναίῳ καὶ* [............ *τοῖς καὶ διαθεῖσι τὸν*] *κακλ*[*ούμενον*] *ἐπικὸν κύκλον*. Waardoor dan op eens de *fameuse* quaestie zou beslist zijn in dien zin, dat de zoogenaamde epische *cyclus* zou zijn zamengesteld in den tijd van Pisistratus en niet door Zenodotus. Wij ontkennen hiertegen eenvoudig, dat in de corrupteel *καὶ καγ ἐπὶ κογκυλω* de beide laatste woorden aaneengehecht moeten worden. De handelwijze van Tzetzes mag ons op geen dwaalspoor brengen. Keil[33] en Roth[34] hebben goed opgemerkt, dat Tzetzes met de bedorvene lezing van den eigennaam verlegen was. De *Epitomator Paris.*, die vroegere *Prolegomena* inzag, heeft daaruit nog *καγ* behouden, hetgeen hij zeker niet uit zich zelven invoegde; evenmin kan men bij hem aan het gebruik denken van denzelfden *codex*, d. i. de oude perkamenten bladen, die Tzetzes in zijn' tijd bezat, en met den wijdschen titel van *ἡ παλαιὰ βίβλος* bestempelde. Ἐπί meende Tzetzes nog te kunnen behouden, in het eene geval door er een *nominativus ἐπικόγκυλος* van te maken, dien hij echter nog niet voor een' eigennaam durfde doen doorgaan; in het andere door *ἐπί* eenvoudig voor den, nu tot eigennaam verheven', *genitivus*, buitendien reeds door het verband vereischt, zinstorend te laten staan; welk *ἐπί* door den *Italiaan* in het fraaije *videlicet* schijnt gemetamorphoseerd te zijn. Bij den Parijschen *grammaticus* is, waarschijnlijk om te vermijden, dat een geheel bedorven naam de eerste plaats bekleedde, de orde der vier namen willekeurig omgekeerd, gelijk ook het geval is in de

32) ibid. p. 49 sq. 33) p. 257. 34) p. 186.

*Exeg. Il.* met de namen van Aristarchus en Zenodotus, bij welke in de beide *Prolegomena* en in het *Scholion* telkens de tijdorde is in acht genomen. Nu komt in dat *epitome* de corrupteel wel, als het hinkende paard, achteraan, maar is tevens zoo getrouw afgeschreven, dat de oorsprong er van veel beter voor oogen ligt. Dat Orpheus van *Croton* niet de voornaamste persoon in het viertal was, behoeft geen betoog. Vóór Onomacritus mag niemand geplaatst worden dan Cercops, die met zijn *gentile* bijna geheel verdwenen en in den naam van Athenodorus *Cordylion* is opgegaan. Bij den *Epitomator* dient gelezen te worden: ........ Ὀνομακρίτῳ Ἀθηναίῳ καὶ Κέρκοπι (sic) Μιλησίῳ παρ' Ἀθηνοδώρῳ ἐπίκλην Κορδυλίωνι. Omgekeerd moet er in het oorspronkelijke ongeveer dit gestaan hebben: Ἡ ἐπὶ Πεισιστράτου διόρθωσις ἀναφέρεται καὶ τέσσαρσί τισι παρ' Ἀθηνοδώρῳ ἐπίκλην Κορδυλίωνι· Κέρκοπι Μιλησίῳ, Ὀνομακρίτῳ Ἀθηναίῳ, Ζωπύρῳ Ἡρακλεώτῃ καὶ Ὀρφεῖ Κροτωνιάτῃ. Ritschl [35] is eerst, zonder het zelf regt te weten [36], de waarheid zeer nabij geweest; maar is, door eigene sceptiek en eene opmerking van Marckscheffel teruggehouden, ter halver wege blijven staan. Hij zegt immers: »Quodsi com»mendata ab Hasio via tenenda sit, non video quem huc con»venire e notioribus hominibus praeter unum *Cercopem* Pytha»goreum dicam, Onomacriti, Orphei et Zopyri etiam in pan»gendis carminibus Orphicis socium ..... Atque non incommode »in literarum haec vestigia *και καγ ἐπὶ* quadrare bina vocabula

*καὶ κέρκωπι*

»apparet: nam *e chartarum labe omnem repetere corruptelam non »dubitamus.* Consequens est, ut patria Cercopis lateat in *κογκυλω*. »Quodsi *Milesius* ille fuerit, hoc quidem nomen ab istarum simi»litudine litterarum tantum distat, ut in hac via persisti nequeat. »Sed illud etsi nos de Bibl. Alex., p. 54 statueramus Muellerum »secuti, tamen ........ *nunc* ....... prorsus diversos esse an»tiquum Cercopem Milesium epicum poetam atque hunc, cuius patria ignoratur, Cercopem Pythagoreum acre iudicium Marckscheffeli evicit. (*Commentat. Hesiod.* I. 5, 158—166.) .......

---

35) *Coroll.* p. 48 sq. vgl. *Rhein. Mus.* 1849. VII. 189.
36) »ego nescire me fateor." zegt hij.



Digitized by Google

»Cuias autem fuerit ille Orphicorum conditor et, nisi coniectura »fallit, Homericorum διαθέτης, *assequi divinando velle ineptum »sit.*" Marckscheffel heeft het opgegeven vraagstuk alles behalve opgelost en is, blijkens eigene bekentenis [37], in het geheel met de vraag naar den *auteur* van den *Aegimius* (waarover later) zeer verlegen en in de war [38].

Men moet in het algemeen bij kantteekenaars uit de twaalfde en volgende eeuwen niet die kennis onderstellen, dat zij uit eigen beweging aan zoo weinig bekende, hoezeer in hunnen tijd beroemde, *grammatici*, als Sostratus en Athenodorus, zouden kunnen gedacht hebben. Aangenomen dus, dat de inhoud der bedoelde aanteekeningen aan *het oude boek* van Tzetzes ontleend is, komt de slotsom van het onderzoek hierop neer: *de bijzonderheden omtrent de letterkundige werkzaamheden en den leeftijd van* Callimachus *en* Eratosthenes, *de betrekking hunner werkzaamheid, van den eenen als* πινακογράφος, *van den anderen als bibliothecaris tot die van* Alexander, Lycophron *en* Zenodotus, *welligt de geheele opgave omtrent de Alexandrijnsche bibliotheek door* Ptolemaeus *opgerigt, is aan* Sostratus, *den Aristarchischen grammaticus van* Nysa *in de eeuw vóór* Christus *te danken; en de bijzonderheid van de commissie van vier leden voor de uitgave van* Homerus *onder* Pisistratus *is ontleend aan* Athenodorus *van* Tarsus *met den bijnaam* Cordylion, *een Pergameensch grammaticus en Stoicyn.* — Het treft bijzonder en is opmerkelijk, dat Athenodorus en Sostratus benevens Asclepiades van *Myrlea*, die mede van den Crotoonschen Orpheus als een bekende van Pisistratus getuigt, tijdgenooten geweest zijn, twee Pergameners en één Aristarcheër: zoodat men mag aannemen, dat juist in dien tijd onder de *grammatici* het onderzoek omtrent de verzameling en zamenvoeging der Homerische gedichten, zoowel die te *Athene* als die te *Alexandrie* plaats had gehad, vrij levendig was.

*Appingadam, April* 1854. B. ten Brink.

---

37) p. 159 sq. en 163 sq.

38) p. 166 maakt hij er zich eindelijk, als zeker vosje, dus af: »sed *inutilis* est quaestio, *nec quae ad liquidum perduci queat.*"

Digitized by Google

# BLADVULLINGEN.

*Odyss.* ι. 283 vlgg.

> Νέα μέν μοι κατέαξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
> πρὸς πέτρῃσι βαλών, ὑμῆς ἐπὶ πείρασι γαίης,
> ἄκρῃ προσπελάσας· ἄνεμος δ' ἐκ πόντου ἔνεικεν.
> αὐτὰρ ἐγὼ σὺν τοῖσδε ὑπέκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον.

Al dadelijk stoot de lezer, die met de epische taal genoegzaam bekend is, op de woorden Νέα μέν μοι, teregt begrijpende, dat, zoo al de *Odyssea*, of ten minste dit gedeelte daarvan, niet tot het oudste en beste tijdperk der epische dichtkunst behoort, de dichter toch noodwendig νῆϝα of νέϝα moet gezegd hebben, hetwelk alle mogelijkheid tot *synekphonesis* (νέα) uitsluit. Daarbij komt, dat de *accus. sing.* νέα alleen hier voorkomt: de *accus. plur.* νέας daarentegen meermalen. Zie Seber. *Ind.* Zeer opmerkelijk is het *scholion Harleianum* op deze plaats (zie *schol. Odyss. e Cod. Ambros.* A. Maii, *ed.* Buttm. ad h. l.). Die *Scholiast* namelijk stelt als *lemma:* Νῆα, en, als *scholion:* Νέα μέν μοι, οὕτως Ἀρίσταρχος. Indien nu, zoo als schijnt te blijken, vóór Aristarchus Νῆα in den tekst gestaan heeft, kan er onmogelijk op gevolgd hebben μέν μοι. Ik vermoed dus, dat in de oudste (voor-euclidische) HSS., die Aristarchus kan gebruikt hebben, geschreven stond:

NEFAMEN κτἑ.

en dat hij, zulks verkeerd opvattende, teruggegeven heeft:

NEAMEN (d. i. νέα μέν)

en, om het *metrum* (zoo als hij meende) in orde te brengen, ons na μέν het *pronomen* μοί op de koop heeft toegegeven; zoo als hij ook kennelijk gedaan heeft eenige verzen vroeger, t. w. v. 279: ἀλλά μοι εἴφ' voor: ἀλλ' ἄγε ϝείφ'. Uit welk een en ander middagklaar blijkt, dat hij hier nog al aan het kalefateren geweest is. Ik voor mij geloof, dat de lezing der oudste HSS. geheel anders moet worden opgevat en dat de dichter gezegd heeft:

NEFAMENKATEFAΞE κτἑ.,

I. i. Νῆϝ' ἀμὴν κατέϝαξε κτἑ.

Men zou kunnen aanvoeren, dat *ἁμήν* een *meervoudig possessivum* is en beteekent: *ons* schip. Maar vooreerst is de vraag of ULYSSES, die hier *incognito* handelt, wel weten wil, dat juist hij het opperhoofd is en het schip hem alleen toebehoort, hetgeen, het gansche verhaal in zijn verband beschouwd, niet aannemelijk is. Ten andere heeft *ἁμός* niet altijd de beteekenis van een *pluralis*, maar wordt, even als het Latijnsche *noster*, wel eens voor het *enkelv. possess. ἐμός* gebruikt. Immers *Il.* Z, 414 zegt ANDROMACHE:

*ἤτοι γὰρ πατέρ' ἁμὸν ἀπέκτανε δῖϝος Ἀχιλλεύς.*

en zoo ook *Od.* μ. 481 en meermalen; gelijk op onze plaats, waar v. 284 ULYSSES tot POLYPHEMUS zegt: *ὑμῆς ἐπὶ πείρασι γαίης.* Wijders kan de *particula μέν* zeer goed gemist worden, zoo als zulks bij *vragen* en bij regtstreeks daarop gegevene *antwoorden* het geval is. Zie v. 364, waar insgelijks *αὐτάρ* volgt zonder een voorafgaand *μέν*. Vergel. *Il.* K. 378. X. 157; welke laatste plaats met de onze volmaakt overeen stemt. *Αὐτάρ* is hier meer *redevoortzettend* dan *tegenstellend* (= *autem*).

Wat betreft v. 286 ..., daar leze men voor *τοῖσδε ὑπέκφυγον* om den hiaat: *τοῖσδεσ' ὑπέκφυγον.*

Eindelijk mag deze plaats hoogst opmerkelijk genoemd worden als proeve van de kritiek van ARISTARCHUS; daar men er eenigermate uit kan opmaken, hoe hij bij het constitueren van den tekst van HOMERUS (*διόρθωσις*) is te werk gegaan; alsmede tot welke soort van fouten het overgieten van het voor-euclidische schrift in het na-euclidische heeft aanleiding gegeven.

*Delft*, *Febr.* 1854. J. M. VAN GENT.

---

## *De novo* ARCHILOCHI *versu additamentum.*

Gratiam habeo KIEHLIO et aliis nominibus et quod SACERDOTIS codices *Leidenses* tam diligenter inspexit, ut ex iis, quae superiori fasciculo[1] tradidit, appareat, *Graecum Archilochii* epodi exemplum, quod ego reposui, locum illum re vera tenuis-

1) *Mnem.* III. 227.

Digitized by Google

se. In digerenda autem litterarum farragine ΦΑΒΟΥΛΟCΕC ΘCΘΙΛΟΙC dissentio. Non enim ita legenda esse videtur:

Φ ἄβουλος ἐς θεὸς φίλοις,

nam etsi in codd. *Graecis* ΘC vulgo nota sit vocabuli θεός, in *Latinis* tamen codd. ita se res habet, ut eorum scriptores *Graecas* litteras scribere vix potuerint, *Latinis* saepe eas permiscentes; stolide isti litterarum formas tum iterant tum iterare negligunt, omissas quasdam alienissimo loco inserunt, omnino inepte perplexeque agunt. In hoc loco cod. *Vossiani* Φ, initio appicta, in fine deëst ante [Φ]ΙΛΟΙC, in quo C abundat. Deinde litterae CΘΙ proxime referunt σῷ; praeterea moneo, Ε hic valere ΕΙ, post ΕC litteram C aut non fuisse iteratam aut abscisso margine deperdi potuisse. Pluribus haec non persequar, ne in μικρολογίας crimen incurram. Locus autem, ubi GAISFORDIUS [2] edidit:

τί μακρὰ δὴ φρονεῖς [3] τάλαν;

sine dubio e *Putschianis* copiis repetitus est, non vero ex BONDAMI excerptis, cuius lectiones e cod. *Voss.* 79 ad hunc quidem locum non attulit GAISFORDIUS [4]. Quum vero duo hic exempla proferantur *Latina*:

*oblivionem sensibus.*

*Anacreonta Teium.*

quae in cod. *Leid.* post §. *praecedentem* 13 ridicule corrupta accipimus: *oblivionem sensit Anacreo tenius* — consentaneum igitur, esse adhibita a SACERDOTE duo quoque exempla *Graeca*:

τί μακρὰ δὴ φρονέεις τάλαν;

τί σὰς παρήειρε φρένας;

non τίς σὰς π. φ. Τί e cod. uno *Monac.* scholl. HERMOGENIS [5] et e cod. *Paris.* MARII VICTORINI [6] iam edidit SCHNEIDEWINUS [7]. Post verba *ut est* in *Scaligerano* cod. est lacuna, quam consequitur *Graecus* versus alter. In *Vossiano* autem ambo exempla, ab eodem vocabulo τί incipientia, commixta et confusa sunt in illis: TICCAKPPA· PHIPΕ ΦΡΟΕΝΕ. Nam et CCAKPPA respicere potest MAKPA, et ΦΡΟΕΝΕ etiam facilius ΦΡΟΝΕΕΙC re-

---

2) p. 270, 14. 3) SCHNEIDEWINUS in *Delectu* p. 194 iam scripsit φρόνέεις.
4) quem conferas in Praef. p. V. 5) VII. p. 820 WALZ.
6) p. 235 GAISF. 7) in *Symb. ad P. Lyr. Gr.* p. 98.

Digitized by Google

praesentabit quam ΦΡΕΝΑC. Uterque versus ex eodem ARCHILOCHI carmine desumtus fuisse videtur, cuius exordium est fr. 88 (63):

*Πάτερ Λυκάμβα, κοῖον ἔδρας Δωτάδη;*
*τί σὰς παρήειρε Φρένας,*
*ἃς τὸ πρὶν ἠρήρεισθα; νῦν δὲ δὴ πολὺς*
*ἀστοῖσι Φαίνεαι γέλως.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*τί μακρὰ δὴ Φρονέεις τάλαν*; (fr. 97.)

in vs. 1 *κοῖον* pro *ποῖον* SCHNEIDEW. tum vulg. *ἐΦράσω τόδε* adiuvante HESYCHIO egregie emendavit alicubi BERGKIUS. Novus ARCHILOCHI versus indidem sumtus est, quem nunc ita lego:

*ἄβουλος εἶς σὺ σῷ Φίλῳ,*

pro *σοῖς Φίλοις*, non tam propter litteras codicis, quibus haud obtemperandum est, quam propter ipsius *Parii* poetae fragm. 100 (106):

*ἔμπλην ἐμοῦ τε καὶ Φίλου,*

quae LYCAMBAE verba fuerint, et vero etiam propter ea, quae AHRENSIUS [8] monuit de servandis *Ionicis* formis dativorum plur. primae et secundae declinationis. Unde profectus HIPPONACTIS fr. 125 iam ita constituo:

*Ὦ Χῖε χαίρων Λυδίῳ χορῷ Βάκχων.*

pro *Λυδίοις χοροῖς*; in cod. *Leid.* est ΛΙΔΙΟΙΟCΙΝΕCΧΟΡΟΙC [9], in PUTSCHII cod. ΛΙΔΙΟΙΟΣΙΝ *ἐν χοροῖς*; in quo versiculo ne praetermittantur graves allitterationes. Pseudo-ANANII fr. 1 cum AHRENSIO ego quidem nunc legendum censeo:

*Εἴ τις κατῆρξε χρυσὸν ἐν δόμῳ συχνόν,*

pro *ἐν δόμοις πολύν*, non *πολλόν*. Itidem in HIPPONACTIS fr. 74 MEINEK. cum AHRENSIO, *ἐκκεκινέαται* assumentes, semotis contra, quae redundant [10], *μεῦ* et *τοῖσι*, trochaicum illum claudum rescribimus:

*Οἱ δ' ὀδόντες ἐν γνάθοισι πάντες ἐκκεκινέαται.*

pro *ἐν γνάθοις* vel *ἐν τοῖσι γναθμοῖς*.

*Appingadami*, *m. Maio* 1854. B. TEN BRINK.

---

8) in Conventu Philologorum in *Germania*, a. 1852 *Göttingae* celebrato. Vide *Acta Conventus* XIII ed. Götting. 1853 p. impr. 61.

9) Eadem legi. E. J. K.

10) Cff. *Hipponactea* p. 47.

Digitized by Google

# VARIAE LECTIONES.

SCRIPSIT

C. G. COBET.

(*Continuantur e pag.* 176).

## CAPUT VII.

Pergam Luciani locos complusculos indicare, ubi syntactica ratio describentium socordia vitium concepisse videatur. Non facile credam ipsi Luciano excidere potuisse quod legitur 16, 17. *οὐκ εἶχον ὅπως καταπαύσω*, quum ratio et usus requirant *καταπαύσαιμι* et nihil sit apud veteres hac locutione tritius, qui *οὐκ ἔχω ὅπως χρήσωμαι* dicebant et *οὐκ εἶχον ὅπως χρησαίμην*. Scribae saepe pro *χρήσωμαι* dare solent *χρήσομαι*, sed neminem fere fallunt. *Ὅπως*, *ὅςις*, *ὅ τι*, *ὁπόθεν*, *ὅποι*, *ἔνθα* et similia habent coniunctivum, ubi praecessit negatio, ubi non praecessit boni scriptores constanter futuris indicativi utuntur. Quicumque hoc sexcenties vidit, aut inter legendum quam sit certa haec ratio experiri volet, mecum Platonem in *Protagora* p. 348 D. turpi vitio liberabit. Editur *περιϊὼν ζητεῖ ὅτῳ ἐπιδείξηται καὶ μεθ' ὅτου βεβαιώσηται*, non potuit philosophus aliter scribere quam *ἐπιδείξεται* et *βεβαιώσεται*, quemadmodum apud Demosthenem recte scriptum est *de Corona* p. 230, 16. *ἑτέρῳ δ' ὅτῳ κακόν τι δώσομεν ζητεῖν* et passim apud alios. In talibus Graeculi errabant aut Romani Graece balbutientes, ut Aelianus in *V. H.* II. 10. *οὐκ εἶχον ὅποι ποτὲ αὐτὸν κατάθωνται*, Graecos ipsos eruditos ab istiusmodi vitiis ipsa Graecitatis intelligentia satis defendebat. Eodem remedio utendum 10, 11, 4.

Digitized by Google

*οὐ γὰρ εἶχον ἔνθα ἂν δέξαιντο* ubi *ἂν* a mala manu est et expungendum, sic et 45, 13. *οὐκ ἔχων ἐς ὅ τι ἐρασμιώτερον αὐτὸν μεταβάλοι οὐδὲ ὅπως ἂν διαφθείρειε τοῦ Ἀκρισίου τὴν φρουράν*, vides *ἂν* insiticium esse; 7, 3. *οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὅθεν ἐξάψει*, imo vero *ἐξάψειε*. Eiusdemmodi fere error est 41, 58. *ἐσκοπούμεθα δὲ περὶ τῶν παρόντων ὅ τι πράξομεν*. In PLUTARCHI *Catone maiore* cap. IX *ὥσπερ οὐκ ἔχοντες ὃ πράττωμεν καθήμεθα τὴν ἡμέραν ὅλην περὶ γεροντίων Γραικῶν ζητοῦντες*, repone *ὅ τι πράττωμεν*, quod solemne est. Apud LUCIANUM coniunctivo restituto opus est 37, 51. *ἐρομένῳ πῶς ἄριςα ἄρξει*, nemo poterat, opinor, ad haec respondere, emenda *ἄρξῃ*. Similiter 20, 48. *ἐπὶ τίνα δὴ αὐτῶν πρῶτον ἔλθοιμεν ἄν*; non hoc rogat, sed in re incerta consilium ab amico petit, pro *ἔλθοιμεν ἂν* restitue *ἔλθωμεν*; prima persona in his coniunctivum postulat, reliquae *ἂν* et optativum *ποῖ τράπωμαι*; et *ποῖ τις ἂν τράποιτο*; *τί πάθω*; et *τί ἂν πάθοι τις*; *τί γένωμαι*; et *τί ἂν γένοιτό τις*; Comicus apud PLUTARCHUM *de Audiendis Poëtis* p. 18. e.

*τάλαντον ἡ προίξ. μὴ λάβω; ζῆν δ' ἔςι μοι*
*τάλαντον ὑπεριδόντι*;

Sic LUCIANUS scripserat 8, 24, 1. *μὴ λέγω*; et 67, 9, 3. *τί γένωμαι*; *πῶς ἄν με ἡ γῆ καταδέχοιτο*; in quo loco vitiosa librorum scriptura *τίς γένωμαι* SCHAEFERUM vindicem nacta in *Meletem. Crit.* p. 98 quem IACOBITZ advocavit, DINDORFIUM et BEKKERUM delusit; at nihil est praesidii in SCHAEFERI exemplis et male comparat *πάντα γίγνομαι* et *παντοῖος γίγνομαι*. Qui *omnes quas vult formas induit* recte dicitur *γίγνεσθαι πᾶν ὅ τι βούλεται* et sic legendum est in *Nubibus* vs. 347.

*γίγνονται πᾶν ὅ τι βούλονται*

non *πάνθ' ὅ τι* quod quamquam manifesto soloecum est tamen omnium editiones obsidet. In SANNYRIONIS fragmento apud *Scholiast.* ad EURIP. *Orest.* vs. 269 pro vulgata scriptura *τίς ἂν γενόμενος εἰς ὀπὴν γενήσομαι* optimi codices mihi dederunt:

*τί οὖν γενόμενος εἰς ὀπὴν ἐνδύσομαι*;

Quamobrem igitur *γίγνομαι πᾶς ὅςις βούλομαι* dici non potest eadem de causa *τί γενόμενος* et *τί γένωμαι* necessaria sunt et ne SCHAEFERUS quidem in loco THEOCRITI, quem primus omnium emendavit XV. 51. *ἀδίςα Γοργοῖ, τί γενώμεθα*; (codd. *γενοίμεθα*) concoquere potuisset *τίνες γενώμεθα*, credo, quod tamen dici

et intelligi posse debet si τίς γίνωμαι sanum est. Conficient hanc controversiam quae ad hunc THEOCRITI locum VALCKENAERIUS attulit p. 357 et imprimis haec Thucydidea II. 52. οὐκ ἔχοντες οἱ ἄνθρωποι ὅ τι γένωνται ἐς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων ὁμοίως.

Quis credat probatum scriptorem potuisse scribere quod legitur 8, 17, 1. συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν ἱκέτευεν. Putabimusne nesciisse LUCIANUM *Graece* dici oportere: συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενος, at non nesciebat quum scriberet 5, 8. οὐ συνίει κόραξι καὶ λύκοις χαριζόμενος aut 10, 14, 6. οὐ γνώσῃ σεαυτὸν καὶ συνήσεις ἤδη νεκρὸς ὤν, ubi libri scripti omnes συνῇς praeferunt, unde reliqui formam barbaram συνήσῃ receperunt, BEKKERUS συνήσεις dedit. Expuncto καί legendum συνεὶς ἤδη νεκρὸς ὤν.

Gravi errore a scribis invecto legitur 68, 44. ἔφη οὖν καταλαβεῖν αὐτὸν χαμαὶ κυλιόμενον καὶ — ψυχρὸν αἰτοῦντα, ἑαυτὸν δὲ μὴ δοῦναι, pro ὃ δὲ μὴ δοῦναι, ut in PLATONIS *Symposio* p. 175. c. ὃ δὲ οὐκ ἐᾶν, ubi alii libri ex manifesta interpolatione αὐτὸν δὲ οὐκ ἐᾶν, in LUCIANI loco duplex scriptura ὃ et αὐτὸν in unam coaluit. In *Hermotimo* 20, 36 φαῖεν γὰρ ἂν οἱ Ἐπικούρειοι ἢ Πλατωνικοὶ σφᾶς μὲν οὑτωσὶ τιθέναι (sic BEKKER. pro οὕτω ξυντιθέναι), ὑμᾶς δὲ πέντε ἢ ἑπτὰ λέγειν αὐτά, non debebat BEKKERUS dubitare, quin σφεῖς pro σφᾶς esset rescribendum. Forma pronominis σφεῖς, quae olim in desuetudinem abierat, scribis et lectoribus nova et inaudita non facile e correctorum manibus salva elabitur, ut in XENOPHONTIS *Hellen.* VI. 5, 35. [οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔλεγον] ὅτι Θηβαίων βουλομένων ἀναστάτους ποιῆσαι τὰς Ἀθήνας σφίσιν ἐμποδὼν γένοιντο, DOBRAEUS optime σφεῖς reponi iussit, quod vellem DINDORFIUS recepisset. Planissime haec confirmabit eximius locus DEMOSTHENIS *de F. L.* p. 384, 24. ὅλην τε τὴν πόλιν οὕτω καὶ σφᾶς ὡμολόγουν ὑπάρξειν αὐτῷ, ubi si dicerem σφεῖς ex Graecitatis ingenio esse reponendum, multum abest, credo, ut hoc probarem omnibus, librorum scripturas etiam multo absurdiores pertinaciter tueri solitis. Nunc nemo dubitabit, quoniam unus liber, sed qui omnibus unus plurimum praestat, Parisinus S, manum oratoris σφεῖς servavit. Itaque nunc mihi credi poterit in *Anabasi* VI. 2, 10. οἱ δὲ λόγοι ἦσαν αὐτοῖς — τοὺς μὲν πόνους σφᾶς

Digitized by Google

*ἔχειν, τὰ δὲ κέρδη ἄλλους* non *σφᾶς* sed *σφεῖς* genuinum esse et Xenophonti reddendum.

Pro necessario coniunctivo vel cum barbarismo indicativum servant omnes 6, 6. *τί νομίσομεν* pro *τί νομίσωμεν*. Contra coniunctivi Graeculorum vitio subrepere solent in talibus, quale est 60, 4 *ἄγε τοίνυν, ὦ προλόγων ἄριστε, ὅρα ὅπως σαφῶς προδιδάξῃς τοὺς ἀκούοντας* et 70, 10. *ὁρᾶτε ὅπως μὴ παρανομήσητε, μηδὲ παρακούσητε* et 8, 20, 2 *ὅπως μὴ χαλεπήνητε μηδὲ κακὸν ἐντρίψησθε τῷ νεανίσκῳ*, in his ubique ex perpetuo *Graecorum* usu futuri temporis formae sunt reponendae *προδιδάξεις, παρανομήσετε, παρακούσεσθε, χαλεπανεῖτε, ἐντρίψεσθε* et expungendum *ὅρα* vel *ὁρᾶτε*, quod magistri apponere solent, veteres omittere. Bekkerus subinde huiusmodi vitia sustulit, ut 40, 29. 45, 6. alibi, saepius intacta reliquit. Non est Graecum quod in Plutarchi *Catone minore* scribitur c. IX. *ἄγε ὅπως τῇ Ἀτιλίᾳ τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδώσῃς* sed *ἐμπεδώσεις*, et quicumque in talibus librorum veterum scripturas non indiligenter volet excutere comperiet antiquam dicendi consuetudinem *ὅπως* et *ὅπως μή* in ellipsi constanter cum futuris coniungere, at sequiores librarios sedulo suos soloecismos invehere et *ὅρα* vel *σκόπει* de suo largiri, vide 18, 3. 43, 7 alibi. Quod autem legitur 10, 1, 2 *ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα ὁποῖός τίς ἐστι τὴν ὄψιν* neque ex hac ratione neque ex ulla alia explicari potest, emenda *πῶς δὲ εἰδῶ*; quae ipsa verba alium locum inquinant 14, 19. *λάμβανε. τὸ δεῖνα δέ, ὅπως εἰδῶ, τίσι χαίρει τῶν ἐδεσμάτων*; libri *ὅπως ἴδω*, Fritzschio debetur *εἰδῶ* scioli interpolationem restituenti, non Luciani manum, qui Atticorum more dederat *τὸ δεῖνα δέ, τίσι χαίρει κτέ.* ut in *Avibus* 648.

*ἀτὰρ τὸ δεῖνα δεῦρ' ἐπανάκρουσαι πάλιν,*

ita autem loquuntur, quibus subito in mentem venit aliquid rogare aut monere, quod in rem praesentem faciat, cuius adhuc fuerint immemores. *Paene oblitus sum quaerere quibus cibis delectetur*, cuius rei commode recordatur. Πῶς alio loco 33, 85. in *ὡς* depravatum est, *οὐδὲν δεήσομαι τὸ τῆς Κίρκης ἐκεῖνο πρὸς σὲ εἰπεῖν τό·*

*θαῦμά μ' ἔχει ὡς οὔτι πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης,*

eadem in Homeri codicibus vulgatur lectio, quae quia neque bene Graeca est et immanem hiatum facit cedat huic:

Digitized by Google

θαῦμά μ' ἔχει πῶς οὔτι κτἑ.

quae utrique malo medetur. Θαυμάζω πῶς recte dici obloquetur nemo, utrobique scribas in eodem vitio conspirare nonnemo mirabitur. Addam tertium exemplum: in *Equitibus* vs. 511 sq. legitur:

ἃ δὲ θαυμάζειν ὑμῶν φησὶν πολλοὺς αὐτῷ προσιόντας
καὶ βασανίζειν ὡς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν,

ecquis non sentit πῶς οὐχὶ πάλαι verum esse, ut in *Pluto* vs. 575 καὶ πῶς φεύγουσί σε πάντες; videmus homunciones rodere et depravare scripturam veterem, quia ipsi non ita loquebantur. Praeterea si qua scriptura vitiosa in HOMERI codicibus inolevisset certa contagione solebat propagari in eorum locos, qui poëtae verbis uterentur, cuius rei insigne exemplum expromere iuvat. Nemo iam nescit in *Iliados* A. 423 sq. antiquam et genuinam scripturam hanc esse

Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο,

non μετὰ δαῖτα, quae mala et vitiosa lectio est et subabsurda, si reputabis quo sensu in illis carminibus *Ionicis* μετὰ ξύλον, μεθ' ὕδωρ, μετὰ χαλκόν dicatur; μετὰ δαῖτα is recte dicetur ἰέναι, qui sibi ab aliquo coenam sportula aufert, ut Quirites solebant. Pervetus tamen mendum esse et per multa saecula evicisse novo indicio ostendam. Scholion antiquum ipsius ARISTOPHANIS *Byzantini*, ut arbitror, ad nos pervenit adscriptum ad ARISTOPHANIS *Aves* vs. 1177 τοῦτ' ἴσμεν: πρὸς τὴν ἐν Ἰλιάδι γραφὴν τήν· χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα. οὕτως ἀξιοῦσιν Ἀριστοφάνην γράφειν. Apage ineptias. Ea annotatio infelicissime retrahitur ad verba: οὐκ ἴσμεν, ὅτι δ' εἶχε πτερὰ τοῦτ' ἴσμεν, quum ad sequentia a Critico esset apposita: οὔκουν δῆτα περιπόλους ἐχρῆν πέμψαι κατ' αὐτὸν εὐθύς; et sic aliquando scripta fuisset: τὸ χῖ πρὸς τὴν ἐν Ἰλιάδι γραφὴν τήν· χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα. Criticus in ARISTOPHANE legendo et illustrando HOMERI nusquam immemor hunc locum ἐσημειώσατο ad scripturam *Iliadis* aut stabiliendam aut explicandam, in qua re luculenter apparere arbitror HOMERI interpretationem antiquis Criticorum principibus ἔργον, reliqua πάρεργα fuisse. Quis enim ex huiusmodi verbis πέμψαι κατ' αὐτόν praesidium quaesivisset lectioni ἔβη κατὰ δαῖτα, nisi is qui undique HOMERO illustrando mate-

Digitized by Google

riem conquireret. Multo iustius cum Homericis composueris ex *Pace* vs. 192. ἥκεις δὲ κατὰ τί; et similia passim. Adscripsit aliquis ad vetus scholion: οὕτω γὰρ ἀξιοῖ Ἀριστοφάνης δεῖν γράφειν aut simile quid, deinde ea verba loco mota sunt et incerta sede volitare coeperunt, tum vero lectio μετὰ δαῖτα, quae sola fere dominabatur, veram praesidio destitutam expulit et natum est monstrum, quod mihi procurasse videor. Quemadmodum igitur lectio μετὰ δαῖτα meliorem exturbare soleat apertum est: alios locos ubi exturbaverit duos apponam. In THEOCRITO VII. 24 non legeretur

ἦ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι;

nisi apud sequiores omnes in loco Homerico invaluisset idem error. Alter est ipsius LUCIANI 44, 37. ἔθος γοῦν αὐτοῖς συνεχῶς ἰέναι παρ' αὐτοὺς μετὰ δαῖτα.

Alio loco factum est ut πῶς in πόσου abiret. Legitur 46, 24. μεταξύ τε προϊὼν ἀνέκρινέ με περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ πραγμάτων, τὰ πρῶτα μὲν ἐκεῖνα πόσου νῦν ὁ πυρός ἐστιν ὤνιος ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, qui ARISTOPHANEM et comicos trivit facile mihi credet LUCIANUM scripsisse πῶς νῦν ὁ πυρός ἐστιν ὤνιος, quae constans est in ea re dicendi forma, ut in *Acharnensibus* 758. πῶς ὁ σῖτος ὤνιος; et in *Equitibus* 480.

πῶς οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος;

et alibi, vid. PORSON. *Tracts* p. 152.

LUCIANUS ut ingenio sic dictione comicis et imprimis ARISTOPHANI similis multa ei sublegit, quae nunc interpolando obscurata sunt, at possunt ex utriusque comparatione revocari in lucem, ex quo genere est 10, 8, 1. τί ἀγανακτεῖς, ὦ Κνήμων; — πυνθάνῃ ὅ τι ἀγανακτῶ; deprehendisne malum interpolatorem? at non impune feret qui πυνθάνῃ de suo infersit. Eadem fraus 44, 6. nos ludificatur. ἀλλὰ πῶς γὰρ, ὦ Ζεῦ, ἀξιοῖς; — ὅπως [ἀξιῶ]; ἀποσεμνῦναι φημὶ δεῖν τὸ κήρυγμα, non est, opinor, cuiquam exemplis ex ARISTOPHANE opus. Peius etiam grassati sunt 67, 9, 4. σὺ δὲ τίς εἶ, ὦ βέλτιστε; — ὅτι Πολέμων ὁ Στειριεὺς Πανδιονίδος φυλῆς, ἀκούεις; vera lectio est ὅστις; Πολέμων ὁ Στειριεύς, quod idem BEKKERUM nunc invenisse video; etiam hic non est testimoniis opus. Quod Πανδιονίδος φυλῆς LUCIANUS adiecit ab *Atheniensium* more alienum est. Satis erat scire ὁπόθεν τις δημοτεύοιτο, et non nesciebant *Attici*

Digitized by Google

πολυπράγμονες quis δῆμος cuius φυλῆς esset. Nota sunt Τρυγαῖος Ἀθμονεὺς ἐγώ aut ὁ Φαληρεὺς οὗτος Ἀπολλόδωρος ex Aristophane et Platone. In *Acharnensibus* vs. 405

Δικαιόπολις καλεῖ σε Χολλείδης ἐγώ

non tantum σ' ὁ Χολλείδης reponendum, quod leve est, sed turpe vitium eximendum reposito καλῶ pro καλεῖ. Etiam alibi saepe Lucianus, saepe aequales res *Atticas*, mores, instituta, leges, verba legitima non satis diligenter referunt, diversa miscent, aliena admiscent, quod infra ostendam.

Ex Aristophane et *Atticis* non est difficile arguere correctorum temeritatem 20, 9. πάνυ ἐνταῦθα (μόνω γάρ ἐσμεν) ἐπέστην ἀναμνησθεὶς ἃ πρότερον εἶδον ποιοῦντα —, βούλει φῶ τίνα; ab exilio revocandum αὐτοὶ γάρ ἐσμεν, *remotis arbitris quod sentimus licet libere dicere*, nota locutio, in qua librarii turbare solent et suum μόνω aut μόνοι addere aut substituere, quod apud veteres alio sensu dicitur: *aliorum auxilio destituti sumus*. Inspicite 8, 10, 2. αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμέν, bona pars codicum servat μόνοι γὰρ ἡμεῖς ἐσμέν, quod recte abiectum est; sed una fuerat abiiciendum ἡμεῖς item ab illo adscriptum qui αὐτοί solum non satis capiebat. In Platonis qui fertur *Alcibiade* I. p. 118. B. male legitur ὀνομάζειν μὲν ὀκνῶ, ὅμως δὲ, ἐπειδὴ μόνω ἐσμέν, ῥητέον. Cuiuscumque tandem hoc scriptum est, vivebat auctor illa aetate quum omnes eo sensu ἐπειδὴ αὐτοί ἐσμεν dicebant. Qui etiamnunc multi ipsius Platonis dialogum esse suspicantur videant an Platonem scribere potuisse possint credere quod legitur p. 111 D. ἱκανὸν δέ σοι τεκμήριον ὅτι οὐκ ἐπίστανται οὐδὲ κρήγυοι διδάσκαλοί εἰσι τούτων ἐπειδὴ οὐδὲν ὁμολογοῦσιν ἑαυτοῖς περὶ αὐτῶν, ubi ἐπειδή alienum est et κρήγυοι ridiculum. Alterum indicium eiusdem interpolationis est in Platonis *Euthydemo*, pag. 304. A. μάλιστα μὲν αὐτὼ πρὸς ἀλλήλω μόνω διαλέγεσθον, εἰ δὲ μή, εἴπερ ἄλλου του ἐναντίον, ἐκείνου μόνου, ὃς ἂν ὑμῖν διδῷ ἀργύριον, ubi si μόνω in margine apponetur, pristinam sedem et iustam receperit. In Lysia quoque 31, 17. τοτὲ μὲν αὐτὸς μόνος, τοτὲ δ' ἑτέροις ἡγούμενος diligenter videndum possitne μόνος retineri an eodem sit ablegandum. Affinis huic errori est alius, cuius compluscula exempla sunt: disce omnia ex uno apud Platonem in *Protagora* p. 316. B. πότερον, ἔφη, μόνῳ βουλόμενοι διαλεχθῆναι ἢ καὶ μετὰ τῶν

Digitized by Google

*ἄλλων*. Vitium arguent quae continuo respondet SOCRATES p. 316. C. *σὺ σκόπει πότερον περὶ αὐτῶν μόνος οἴει δεῖν διαλέγεσθαι πρὸς μόνους ἢ μετ' ἄλλων*. viden supplendum esse *μόνοι μόνῳ*? Locus est HERODOTI IX. 48. *προκαλεύμενοι καὶ βουλόμενοι μούνοισι Πέρσῃσι μάχεσθαι*, ubi pars librorum *μοῦνοι*, caeteri *μούνοισι* servant, non est facienda optio, peramice ambo conspirant et legendum: *βουλόμενοι μοῦνοι μούνοισι Πέρσῃσι μάχεσθαι*. Quod recte servatum est apud DEMOSTHENEM *de Cor.* p. 273, 1. *τῷ ὑπὸ τῶν πολεμίων πεμφθέντι μόνος μόνῳ συνῄει* facit ad sanandum locum de *F. L.* p. 430, 22. *οὐδαμοῦ μόνους ἐντυγχάνειν Φιλίππῳ*, imo vero *μόνους μόνῳ*. Quod his verbis oppositum est ad LUCIANUM me reducet, *οὗτοι δὲ*, inquit, *οὐδὲν ἐπαύσαντο ἰδίᾳ χρηματίζοντες* compone cum his Lucianea 16, 9. *ἄκουσον, ὦ Κλωθοῖ, ἅ σοι ἰδίᾳ οὐδενὸς ἀκούοντος εἰπεῖν βούλομαι*. utrobique *ἰδίᾳ* est *remotis arbitris* et *οὐδενὸς ἀκούοντος* est otiosum scioli additamentum. Post pauca ibidem legitur *καὶ τοὺς δύο κρατῆρας, βούλει, προσθήσω*, non solent Graeci *βούλει, ἐθέλεις* sic interponere: dicunt *βούλει προσθῶ* vel *εἰ βούλει, προσθήσω*, quorum hoc reponendum. Similiter 12, 7. *ἀλλὰ βούλει, κἀγὼ κατὰ τὸν Ὅμηρον ἐρήσομαί σε*, ubi alii *ἔρωμαί σε*, quod BEKKERUS recepit, malim *ἀλλ', εἰ βούλει, — ἐρήσομαι σέ*. Excidit *εἰ* iterum 14, 22. *ἣν ἔρωμαι, »τοῦτον οἶσθα;"* emenda *εἰ τοῦτον οἶσθα*. Manifestum interpretamentum tenemus 20, 42. *πότερον ἐπαινέσω σε τῆς συνέσεως ἢ θέλεις ἀντείπω τά γέ μοι δοκοῦντα*; aliena sedes verbi *θέλεις* fallaciam retegit. Saepe vidi Graeculos et correctores tricantes in *οὐχ ὅπως*, quorum verborum rationem et usum non satis ubique perspiciunt et quod non intelligunt ultro depravant. Recte et ordine *οὐχ ὅπως* legitur 12, 8. *μηδ' ἐμπίδα οὐχ ὅπως ταῦρον ἔτι ἄρασθαι δυνάμενος* 15, 31. *οὐδ' ἡ Ἑλένη — οὐχ ὅπως ὁ Ἡρακλῆς* 19, 4. *οὐχ ὅπως θεοῖς ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον* 41, 26 *οὐχ ὅπως αἰσχύνεται τῷ γάμῳ ἀλλὰ καὶ σεμνυνομένῳ ἔοικεν* 67, 15, 4. *οὐκ ἂν οὐδὲ προσβλέψειέ τις οὐχ ὅπως συμπίοι* et 68, 38. *μόνος οὗτος ὁ ἔρως ἄφυκτος καὶ τοῖς πάνυ θαυμαστοῖς εἶναι δοκοῦσιν οὐχ ὅπως ἐκείνῳ τἀνδρί*. Turbarunt librarii 70, 20. *πάμπολλα δὲ κεκτημένοι οὐχ ὅπως μετέδοσαν ἡμῖν ποτὲ αὐτῶν ἀλλ' οὐδὲ προσβλέπειν τοὺς πολλοὺς ἀξιοῦσιν*, libri omnes praeter unum A. *οὐχ ὅπως οὐ μετέδοσαν* servant, at non tulit opem idem liber 7, 8. *ἔγωγ' οὐδὲ μνημονεύσειν τὴν ὑστεραίαν ἔτι τούτων*

Digitized by Google

ὤμην τὸν Δία οὐχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν. Eodem malo laborantem destituunt meliores libri 20, 48. ὁ Σωκράτης ἐκεκράγει πρὸς ἅπαντας οὐχ ὅπως μὴ πάντα ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναι τι, aeque vitiosum est οὐχ ὅπως καί et οὐχ ὅπως μή, delenda utrobique tertia vocula ab imperitis adiecta.

Mirum est quomodo evaserit criticos 46, 6. inepta codicum lectio τὰ δ' ἀμφὶ δίαιταν ὁποῖός τις εἶ; quasi vero ὁποῖος pro ποῖος dici possit. Facilior venia est errantibus ut 20, 26. οἱ ἡγεμόνες ὑπερδιατεινόμενοι καὶ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι ἐπαινοῦντες pro τὰ ἑαυτοῦ ἕκαστος. Recte enim 20, 56. τί γὰρ ἐκεῖνοι παθόντες ἑκατοντάδας καὶ χιλιάδας βιβλίων ἕκαστοι συγγεγράφασιν, namque ἕκαστοι non sunt singuli philosophi, sed οἱ ἀφ' ἑκάστης τῆς αἱρέσεως, ut numerus librorum demonstrat, illic singuli sunt ἡγεμόνες suam *quisque* sectam extollentes. Facilior est, inquam, venia quia in optimo quoque scriptore *Attico* sic saepe impune est peccatum. Indicabo nunc quidem e XENOPHONTE nonnulla: in *Anabasi* IV, II, 8. ἄλλοι δὲ τῶν στρατηγῶν — ἐπορεύοντο ᾗ ἔτυχον ἕκαστοι ὄντες, corrige ᾗ ἔτυχον ἕκαστος expuncto ὄντες. Cf. IV, II, 12. ὅπῃ ἐδύναντο ἕκαστος. In *Hellenicis* I, VII, 5. οἱ στρατηγοὶ βραχέως ἕκαστος ἀπελογήσατο, si dubitas ἀπελογήσαντο recipere animadverte quod continuo additur καὶ διηγοῦντο. In *talibus* sive praeponitur ἕκαστος sive postponitur plurali opus est. In HOMERO numquam peccatur. *Iliad.*

B. 775. ἵπποι δὲ παρ' ἅρμασιν οἷσιν ἕκαστος Ἕστασαν.
H. 175. οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος.
H. 185. οἱ δ' οὐ γιγνώσκοντες ἀπηνήναντο ἕκαστος.
Π. 351. οὗτοι ἄρ' ἡγεμόνες Δαναῶν ἕλον ἄνδρα ἕκαστος.
K. 215. τῶν ἄλλων οἱ ἕκαστος ὄϊν δώσουσι μέλαιναν.

peccatur saepe in aliis, quorum tam facilis quam certa emendatio est. Prorsus eadem ratio est eademque errandi frequentia in ἄλλος ἄλλο, ἄλλοθεν, ἄλλοθι, ἄλλῃ, ἄλλως et similia, in quibus item verbi numerus subiectum sequitur, ut Grammatici loquuntur, non appositionem, in qua subiecti partitio est. Ut est apud SALLUSTIUM *Catil.* 6. *alius alio more viventes*, ubi nubem exemplorum Interpretes attulerunt, sic *Graece* ἄλλος ἄλλως λέγοντες dicitur non λέγων, quamquam saepe per scribas non licuit antiquis ita dicere, ut solebant. In *Anabasi* I, I, 15. quod pace librariorum et editorum dictum sit, pu-



Digitized by Google

tidus soloecismus latet in verbis *οὗτοι μὲν ἄλλος ἄλλα λέγει* pro *λέγουσιν* et IV, VIII, 19. *οἱ πολέμιοι — φυγῇ ἄλλος ἄλλῃ ἐτράπετο* pro *ἐτράποντο*. In PLATONIS *Symposio* p. 220. c. *καὶ ἤδη ἦν μεσημβρία καὶ ἄνθρωποι ᾐσθάνοντο καὶ θαυμάζοντες ἄλλος ἄλλῳ ἔλεγεν*, mirum neminem vidisse *ἔλεγον* requiri, tum restitue *ἄνθρωποι*. Evasit vera scriptura in *Hellen.* II, II, 23. *καὶ ἰδίᾳ πρὸς τοὺς βουλευτὰς ἄλλος πρὸς ἄλλον διέβαλλον*. Non minus soloecum est apud HEROD. VII. 104. *τούτων τῶν ἀνδρῶν, οἳ Ἑλλήνων ἕκαστός φησι τριῶν ἄξιος εἶναι* pro *φασι*, DINDORFIO monente ad *Hellen.* I, VII, 5. In *ἄλλος ἄλλο* et *ἄλλοι ἄλλο*, quamquam manifestum discrimen est, tamen ridicule labuntur. Quis enim risum teneat in hac scriptura omnium codicum in *Hellen.* III, III, 8. *συλλεγόμενοι τῶν γερόντων ἄλλος ἄλλοθι ἐβουλεύσαντο*, singuli enim neque capita conferre, neque consilia possunt, opinor. Non minus certum esse arbitror *ibid.* VII, I, 15. pro *ἐφύλαττον ἄλλος ἄλλοθι τοῦ Ὀνείου* rescribendum esse *ἄλλοι ἄλλοθι*, ne *singuli* in praesidiis dispositi excubias agere dicantur. Contra in *Anabasi* I, VI, 11. *οὐδεὶς εἰδὼς ἔλεγεν, εἴκαζον δ' ἄλλοι ἄλλως* ex natura rei *ἄλλος ἄλλως* restituendum. Eadem medicina sanandus locus est in *Hellenicis* VI, V, 28. *οἱ δὲ Σπαρτιᾶται ἄλλος ἄλλῃ διαταχθεὶς ἐφύλαττον*, ubi *διαταχθέντες* etiam propterea necessarium est, quia *unus* homo non facile potest *διαταχθῆναι*. Denique restituenda est haec dicendi forma in *Anabasi* V, VIII, 7. *ἡ μὲν διάρριψις τοιαύτη τις ἐγένετο. διέδωκα ἄλλοις ἄγειν*, supple *διέδωκα ἄλλα ἄλλοις* et in *Hellen.* III, IV, 1. *ἰδὼν τριήρεις Φοινίσσας τὰς μὲν καταπλεούσας ἄλλοθεν*, quia non potest triremis *αὐτόθεν καταπλεῖν* emenda *ἄλλας ἄλλοθεν*. Simillimum genus vitii latet in LUCIANI *Nigrino* 5, 24. *τὸ δὲ καὶ τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾶν, τοῦτ' ἤδη τὸ δεινότατόν ἐστιν*, BEKKERUS pro *πολλῷ* de suo *πολλούς* dedit, aliquanto melius iunges utramque *τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων πολλοὺς πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾶν*. In alio LUCIANI loco contrarius error est 25, 5. *πάντες ἐν ἔργῳ ἦσαν, ὁ μὲν ὅπλα ἐπισκευάζων, ὁ δὲ λίθους παραφέρων — ὁ δὲ ἄλλος ἄλλο τι τῶν χρησίμων ὑπουργῶν*, inepte unus homo in plures distrahitur. Dele *ἄλλος* et bene erit.

Faciles credunt editores *Graece* dici posse quod dicitur 10, 24, 3. *ἰσότιμος ἐστι Μαύσωλος καὶ Διογένης*; quod tam prave

Digitized by Google

dictum est ac si quis vellet dicere Φίλος ἦν Ἀλέξανδρος καὶ Ἡφαιστίων aut similia. Scribendi compendium hunc errorem peperit unde simul Graecitas corrumpitur et sententia loci. Διογ pro re nata aut rectus casus est aut obliquus. Scribe καὶ Διογένει; et optime procedet oratio. Similiter 16, 27. ἡ κλίνη καὶ ὁ λύχνος παρέστω. εὖ γε ἐποίησαν ὑπακούσαντες. addita lineola in unciali scriptura παρέστων significabat. Est aliqua tamen dubitatio utrum Διογένει an Διογένους sit verius, quia LUCIANUM alibi ὁμότιμον τῶν ἄλλων dixisse et alibi ὁμότιμον σαυτοῦ contra consuetudinem veterum satis constare videtur.

Aliud est in LUCIANO mendi genus 34, 17. ζητῶ ὁπόθεν τοσαῦτα κακὰ συνελέξω καὶ ὅπου κατακλείσας εἶχες τοσοῦτον ἑσμὸν ἀτόπων καὶ διαστρόφων ὀνομάτων. dicitur enim αἰνέσας ἔχω, θαυμάσας ἔχω (LUCIAN. 32, 61) similia multa, de quibus vide egregiam VALCKENAERII annotationem ad *Phoenissas* vs. 712, at non dicitur αἰνέσας εἶχον vel ἕξω. Dederat auctor LEXIPHANIS κατακλείσας ἔχεις. noli autem in errorem induci locis huiusmodi, qualis est apud XENOPHONTEM in *Anabasi* IV. VII, 1. εἶχον ἀνακεκομισμένοι vel HERODOTI I. 28. εἶχε καταστρεψάμενος, qui non magis huc faciunt quam LUCIANI 14, 16. ἔχω τοσούτου λαβὼν vel § 11. ἔχε λαβών, in quibus »*verbum ἔχω vim suam nativam servare*" rectissime iudicat VALCKENAERIUS.

Saepius in LUCIANO recurrit otiosa et inutilis praepositio in locis, qualis est 24, 11. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος et 55, 3. πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει ἐκ τῶν ὤτων δεδεμένους, praepositionem a mala manu esse indicium facit locus vicinus 9, 5. ὥστε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένους τοὺς ἀνθρώπους ἕλκει, ubi δεδεμένους genuinum est, ἐκ male verbo adhaesit adscriptum in margine, ut pueris genitivi τῶν ὤτων ratio explicaretur. Idem vitium tolle 49, 1. ἀράμενος ἐκ τοῖν σκελοῖν, ubi ἐκ spurium est. In ARISTOPHANIS *Lysistrata* vs. 1221 a BERGKIO receptum oportuit:

οὗ δ' ἂν διδῶσι πρόσαγε τούτου λαβομένη

pro τούτους quod multi correxerunt, primus omnium DOBRAEUS *Advers*. II. p. 249.

ARISTOPHANES cum LUCIANO compositus certam medicinam afferet loco misere corrupto 39, 5. οὐ χαλεπὸν, εἰ τὸ ἀπὸ τοῦδε παραδόντες τὰς εἰκόνας τῷ λόγῳ ἐπιτρέψαιμεν αὐτῷ κτἑ. nihil



Digitized by Google

est τὰς εἰκόνας παραδιδόναι. Veram lectionem suppeditabit Comicus in *Equitibus* 1109

τούτῳ παραδώσω τῆς Πυκνὸς τὰς ἡνίας.

Iustius etiam medebitur Poëta ipse sibi in *Ecclesiaz.* 107

ἤν πως παραλαβεῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα
δυνώμεθ' ὥςτ' ἀγαθόν τι πρᾶξαι τὴν πόλιν.

ubi si quis non audebit mecum reponere τῆς πόλεως τὰς ἡνίας, eum fortasse expugnabit COMICUS ipse in eadem fabula vs. 466:

μὴ παραλαβοῦσαι τῆς πόλεως τὰς ἡνίας.

Quis umquam intelligat quemadmodum *Graece* dici possit ἔγκλημα παθεῖν, quod legitur 35, 9. οὐδὲ τὸ τοῦ Σωκράτους ἐκεῖνο ἔγκλημα παθεῖν ἂν ὡς διαφθείρων τὰ μειράκια, facilis est medicina si memineris quomodo, ubi passiva verbi forma aut non est in usu aut infrequentior est, eius vicem obtineat ἔχειν et λαβεῖν habens nomen ab eo verbo derivatum aut cognatum. Non facile dicitur αἰτιᾶσθαι pro *accusari*, sed αἰτίαν ἔχειν, sic λόγον ἔχειν, ἔχειν ὄνειδος, ἔπαινον ἔχειν, ψόγον ἔχειν, τιμὴν ἔχειν, alia permulta. In aoristis λαβεῖν ponitur et αἰτίαν λαβεῖν est idem atque αἰτιαθῆναι, quemadmodum dicitur ζημίαν λαβεῖν, κακὸν λαβεῖν, ψόγον, ἔπαινον, πληγὰς λαβεῖν, τραύματα, ὑπώπια, δόξαν λαβεῖν, ut in ISOCRATIS oratione *de Pace* §. 23, ἢν δὲ μεταβαλώμεθα τὸν τρόπον καὶ δόξαν βελτίω λάβωμεν et alibi, unde emendandus XENOPHON in *Hierone* 2, 15. δόξαν λαμπρὰν ἀναλαμβάνουσι imo vero λαμβάνουσι, non enim pristinam *recipere* sed novam *consequi* dicuntur. Sic igitur LUCIANUS ἔγκλημα λαβεῖν posuerat, quemadmodum LYSIAS 12, 57. αἰτίαν λαβόντες et THUCYDIDES VI. 60. ὁ δῆμος χαλεπὸς ἦν ἐς τοὺς περὶ τῶν μυστικῶν αἰτίαν λαβόντας. Scribarum natio in permutandis λαβεῖν, λαθεῖν et παθεῖν ludere solet et minus suspicaces deludere. Verissime nuper BERGKIUS ARISTOPHANI pro λαβεῖν suum λαθεῖν reddidit in *Ecclesiaz.* vs. 26.

Ex ARISTOPHANE in integrum restituendum est quod legitur 46, 33. καὶ πάντες ἐπιτρίψονται αὐτῇ διαλεκτικῇ. Idem vulnus librarii Comico inflixerunt in *Pace* vs. 245, ubi libri exhibent:

ἰὼ Μέγαρα, Μέγαρ', ὡς ἐπιτρίψεσθ' αὐτίκα.

critici poëtae manum restituerunt. Dederat ARISTOPHANES

ὦ Μέγαρα, Μέγαρ', ὡς ἐπιτετρίψεσθ' αὐτίκα,

et LUCIANUS πάντες ἐπιτετρίψονται. Simillima vitia saepe com-

Digitized by Google

missa sunt. In DEMOSTHENIS oratione *de F. L.* p. 432, 17. ὁ μὲν ταλαίπωρος ἄνθρωπος ἠτίμωταί, τούτῳ δ' ἀθῴῳ δώσετ' εἶναι. Egregiam opem Parisinus S tulit, qui solus ἠτιμώσεται ab interitu servavit. Eidem debetur p. 178, 21 pro πᾶς ὁ παρὼν φόβος λέλυται verissima lectio λελύσεται, quam alii in λυθήσεται corruperunt, adeo nihil quod rarum et exquisitum est homunciones non imperite attrectant et quod non capiunt impudenter refingunt. At non soli DEMOSTHENI hoc praesidium paratum est, proderit et aliis, si scienter utemur. Misere laborat THUCYDIDES IV. 28. λογιζομένοις ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι ἢ σφαλεῖσι γνώμης Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσασθαι, repone κεχειρώσεσθαι, id est κεχειρωμένους ἔσεσθαι et omnia sana esse senties. Iterum VII. 14. εἰ δὲ προσγενήσεται ἓν ἔτι τοῖς πολεμίοις — διαπολεμήσεται αὐτοῖς ὁ πόλεμος, expunge ὁ πόλεμος et scribe διαπεπολεμήσεται, *debellatum erit.* Eadem plane medicina XENOPHONTIS locus sanandus est in *Cyrop.* I. VI, 9. εἰ μὴ ἕξει ἡ ϛρατιὰ τὰ ἐπιτήδεια καταλύσεταί σου εὐθὺς ἡ ἀρχή, non licet enim *Graecis* λύσομαι pro λυθήσομαι dicere. Periit forma, quam boni libri intactam servant VI, II, 37. οὗτοι δὲ ὁπλοφόρου τάξεως ἀπολελύσονται (alii ἀπολελαύσονται, ἀπολύσονται) et dixerat XENOPHON καταλελύσεταί σου εὐθὺς ἡ ἀρχή, quod concitate dicitur, ut φράζε καὶ πεπράξεται et similia.

Vetus vitium et correctorum fallacias manifestas tenebis 38, 21 ISOCRATIS testimonio. Editur μέχρι τῆς οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης εὐπρεπῶς νόσου κατώλισθεν. In nonnullis pro εὐπρεπῶς scriptum est εὐπρεποῦς, quod abiiciunt omnes. Iniuria, ut demonstrabit locus ISOCRATIS, quam in rem suam convertit quisquis est huius libri auctor. In *Panathenaico* §. 266, p. 288 fin. legitur ἐπιγενομένου μοι νοσήματος ῥηθῆναι μὲν οὐκ εὐπρεποῦς, δυναμένου δ' ἀναιρεῖν ἐν τρισὶν ἢ τέτταρσιν ἡμέραις. Satisne manifesta est imitatio et scribarum temeritas δυναμένης εὐπρεπῶς de suo substituentium?

In eodem libro iuvabit deprehendisse aliud socordiae describentium argumentum § 19 (ἡ φύσις τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ) συνέζευξεν ἀλλήλοις θεσμὸν ἀνάγκης ὅσιον καταγράψασα μένειν ἐπὶ τῆς οἰκείας φύσεως ἑκάτερον. Qui hos *Amores* scripsit affectatum et calamistris inustum scribendi genus sequitur, nimis floridum et lenociniis verborum et sententiarum comtum et

Digitized by Google

omnino meretricium. Sophisticum acumen ubique sectatur sed non ut ineptiat et nihil dicat. Θεσμὸς ἀνάγκης ὅσιος debetur scribis nihil cogitantibus, ipse dederat θεσμὸν ἀνάγκης θεῖον, ut apud PLATONEM est *de Legibus* XII. p. 957. C. ὁ θεῖος καὶ θαυμαστὸς νόμος, aut ne longe abeas apud ipsum §. 48. θείοις νόμοις ἐμισθὲν ἐκ διαδοχῆς ἐφ' ἡμᾶς καταβεβηκός. Quam saepe ὅσιος et θεῖος confusa fuerint supra ostendimus. In PLATONIS *Euthyphrone* p. 6. D. vetus indicium est eiusdem rei in scholio ad verba: πάντα τὰ θεῖα ὅσιά ἐστι: γράφεται καὶ ὅσια ὅσιά ἐστι, quod necessarium est et receptum ab omnibus. Suspicor et apud XENOPHONTEM τὸ ὅσιον restituendum, ubi nunc τὸ θεῖον apparet. Locus est in *Hellenicis* IV. III, 20. προσελάσαντές τινες τῶν ἱππέων λέγουσιν αὐτῷ (AGESILAO) ὅτι τῶν πολεμίων ὡς ὀγδοήκοντα σὺν ὅπλοις ὑπὸ τῷ νεῷ εἰσι καὶ ἠρώτων τί χρὴ ποιεῖν. ὁ δὲ καίπερ πολλὰ τραύματα ἔχων ὅμως οὐκ ἐπελάθετο τοῦ θείου, diligenter videndum an τοῦ ὁσίου sit rescribendum. In DIONE CHRYSOSTOMO III. p. 45. οὐδὲ τοὺς θεοὺς ἀναθήμασιν οὐδὲ θυσίαις οἴεται χαίρειν τῶν ἀδίκων ἀνδρῶν. παράνομον (codd. παρὰ μόνων) δὲ τῶν θεῶν προσίεσθαι τὰ δεδομένα, pro τῶν θεῶν corrigunt τῶν θεοφιλῶν, δικαίων, ἐσθλῶν, ἀγαθῶν, hoc ludere est, GEELIUS τῶν ὁσίων, hoc est emendare. In AESCHINIS oratione *de F. L.* p. 43, 27. τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τῆς στρατείας ταύτης ὁσίαν καὶ δικαίαν ἀπεφηνάμην εἶναι codex unus θείαν καὶ δικαίαν exhibet. Obiter e DEMOSTHENIS loco *de F. L.* p. 441, 5. δεῖ ἕκαστον ὑμῶν τὴν ὁσίαν καὶ τὴν δικαίαν ψῆφον ὑπὲρ τῆς πατρίδος θέσθαι exime alterum τήν, nam una haec ψῆφος est ferenda, non duae ἡ ὁσία καὶ ἡ δικαία. Vehementer afflixit eiusdemmodi error et plane perdidit iocum PLUTARCHI in VII *sapientium convivio* p. 152 d. ubi SOLON sic cavillatur AESOPUM: σὺ δὲ δεινὸς εἶ κοράκων ἐπαΐειν καὶ κολοιῶν, τῆς δὲ σοῦ φωνῆς οὐκ ἀκριβῶς ἐξακούεις. Vertunt: *tuam ipsius vocem non accurate exaudis*: quod in eos ipsos convenit dicere, qui sic verterunt. AESOPUS SOLONI videtur non satis intellexisse oraculum sibi datum:

εὔδαιμον πτολίεθρον ἑνὸς κήρυκος ἀκούειν

Redde APOLLINI ἀκοῦον et PLUTARCHO τῆς δὲ ΘΟΥ (θεοῦ) φωνῆς οὐκ ἀκριβῶς ἐξακούεις. Vocabulum θεός a scribis omissum ad LUCIANUM me reducet. Editur 60, 6. ἦν δὴ τὸ ἐπὶ τούτῳ ὁ μὲν πάνυ ἀπίθανος ἐν τῇ ὑποκρίσει συνείρων οἷον· εἰκὸς ἐκ πολλοῦ ἐσκεμ-

Digitized by Google

μένα καὶ μεμελετημένα, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἡ ἀναισχυντία οὖσα ἐπήμυνε καὶ χεῖρα ὤρεγε καὶ συνηγωνίζετο αὐτῷ, infelix est BEKKERI coniectura ἀναισχυντία σύντροφος οὖσα. Quid multa? excidit ΘC, ἡ ἀναισχυντία θεὸς οὖσα, ex notissimo proverbio θεὸς ἡ ἀναίδεια ZENOB. IV. 36. et MENANDRI loco apud STOBAEUM *Floril.* XXXII. 7:

ὦ μεγίστη τῶν θεῶν
νῦν οὖσ', Ἀναίδει', εἰ θεὸν καλεῖν σε δεῖ.
δεῖ δέ, τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν νομίζεται θεός.

ubi corrigendum πᾶν pro νῦν, quamquam ne sic quidem habemus MENANDRI manum, quam solus, si quid iudico, nobis servavit ARTEMIDORUS in *Onirocriticis* duobus locis II. 36 et 69.

τὸ κρατοῦν γὰρ πᾶν δύναμιν ἔχει θεοῦ.

Ex his igitur LUCIANUS tam acriter quam lepide hominem perstringit. Eadem opera vitium eximam LUCIANO in mentione Dei non multo melioris notae 59, 17. Ἀλέξανδρος ἠβουλήθη τὸν Ἡφαιστίωνα καὶ θεὸν χειροτονῆσαι — εὐθὺς οὖν — βωμοὶ καὶ θυσίαι καὶ ἑορταὶ τῷ καινῷ τούτῳ θεῷ ἐπετελοῦντο, et si quis subrideret ad haec aut non magna religione novissimum Deum coleret θάνατος ἐπέκειτο ἡ ζημία. πόσους τοίνυν οἰόμεθα, inquit, ἀπολαῦσαι τῆς Ἡφαιστίωνος θειότητος, at Hephaestion iam erat *una literula* minus quam θεῖος et necesse est θεότητος corrigere. Librarius codicis A, cuius summa auctoritas habetur, quum haberet ob oculos θειότητος scriptum noto compendio (vide BASTII *Tab.* V. 15 et 16) lepidum caput dedit τῆς Ἡφαιστίωνος θειότατος. contra scriba contemtissimi codicis G. veram lectionem θεότητος obtulit, quam nemo ab eo accipere dignatus est.

Ut aliorum loci emendati LUCIANO profuerunt sic contra PLATONI e LUCIANO subveniri poterit. Edebatur in *Icaromenippo* 46, 14. καὶ μὴν παρὰ σοὶ αὐτίκα μάλα τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν ἔχειν βασιλικόν, recte viderunt πάρα σοι verum esse. Quanto utilius etiam eandem medicinam adhibebimus PLATONI in *Phaedro* pag. 243. E. ποῦ δή μοι ὁ παῖς πρὸς ὃν ἔλεγον; — οὗτος παρά σοι μάλα πλησίον ἀεὶ πάρεστιν, ὅταν σὺ βούλῃ. *Graecum* est πάρειμί σοι non πάρειμι παρά σοι. Scribe πάρα σοι et apparebit quid sit verbo πάρεστιν faciendum.

Quoniam palaeographica attigimus subiiciam duas de genere hoc observationes, alteram novam, alteram novis exemplis sta-

Digitized by Google

bilitam. Quod legitur 39, 4. ἐκεῖνο μέν γε οὐκ ἐξερήσομαί σε εἰ τὴν Καλάμιδος Σωσάνδραν τεθέασαι, non est in usu ἐξερήσομαι aut ἐξηρόμην nisi apud poëtas. SOPHOCLES dixit ἐξερήσομαι eadem de causa, quamobrem ἐξεπίςαμαι tam saepe dicit: sententiae perinde est, metro non item. LUCIANUS et omnes ἐρήσομαι dicebant. Unde igitur molesta praepositio? Intelliges comparato loco simillimo 20, 48. Χρυσίππῳ δέ γε οὐκέτι ἐρήσομαί σε πόσα. Nempe in codd. τι et τρ scribuntur uno ductu, qui tam similis est litterae ξ ut oculis discerni non possit utrum ετι an εξ sit scriptum, εξ an ετρ. Si quis hoc semel vidit aut mihi credet nullo negotio emendaturus est locum XENOPHONTIS in *Cyropaed.* III. I, 21. ὁ σὸς πατὴρ ἐψεύσατο καὶ οὐκ ἐξημπέδου τὰς πρὸς ἡμᾶς συνθήκας, verbum ἐξεμπεδοῦν non est *Graecum* et hoc unico loco, infirmo tibicine, nititur. Emenda οὐκέτι ἠμπέδου. Apud THUCYDIDEM IV, 28. οὐκ ἔχων ὅπως τῶν εἰρημένων ἔτι ἐξαπαλλαγῇ, *Ionibus* et Tragicis relinquendum ἐξαπαλλάσσειν, THUCYDIDI et *Atticis* ἀπαλλαγῆναι in ea re perpetuum est, praepositionem peperit dittographia. Haud scio an umquam ea labes plus attulerit detrimenti quam in suavissimo loco PLATONIS in *Phaedone* pag. 60. B. ὁ δὲ Σωκράτης ἀνακαθιζόμενος ἐπὶ τὴν κλίνην συνέκαμψέ τε τὸ σκέλος καὶ ἐξέτριψε τῇ χειρὶ καὶ τρίβων ἅμα ὡς ἄτοπον, ἔφη, ὦ ἄνδρες, κτἑ. Aliud est τρίβειν, aliud ἐκτρίβειν, ut opinor. Dicitur a THEOPHRASTO in *Charactt.* XII. 2. ὁ μικροφιλότιμος ἀναθεὶς δακτύλιον χαλκοῦν ἐν τῷ Ἀσκληπιείῳ τοῦτον ἐκτρίβειν στεφανῶν καὶ ἀλείφειν (lege ἀλείφων) ὁσημέραι. At SOCRATES τὸ σκέλος ἔτριψε, quod τρίβων ἅμα satis confirmat. Scriba dubitans esseine scriptum εξ an ετρ maluit utrumque ponere.

Nemo umquam codices *Graecos* trivit aut codicum lectiones excussit, qui non saepissime viderit α et ευ non oculis sed mente et linguae peritia discerni oportere. In plerisque locis is error scriptorem plane contrarium facit dicentem quam quod dixerat et iocosum est videre quam nihil hoc scribas moveat, quam nihil hoc editores curent. Qui εὔμορφος fuerat reperte ἄμορφος fit, ἀξύνετος nullo labore εὐξύνετος redditur, εὐσεβὴς nullo suo delicto ἀσεβὴς perhibetur. Turpius etiam est si quod est ἀσεβὲς contra fas εὐσεβὲς esse putabitur. Ne hoc fiat cavendum est apud LUCIANUM 13, 13. τὸ μὲν πρόγραμμά φησι μὴ

Digitized by Google

παριέναι εἴσω τῶν περιρραντηρίων ὅςις μὴ καθαρός ἐςι τὰς χεῖρας, ὁ δ' ἱερεὺς αὐτὸς ἕςηκεν ᾑμαγμένος καὶ ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ἐκεῖνος ἀνατέμνων καὶ τὰ ἔγκατα ἐξαίρων (scribe ἐξαιρῶν) καὶ καρδιουλκῶν καὶ τὸ αἷμα τῷ βωμῷ περιχέων καὶ τί γὰρ οὐκ εὐσεβὲς ἐπιτελῶν; viden ἀσεβές verum esse? In eadem re scribae titubarunt 14, 19. ubi alii ἀσεβέςερος, alii εὐσεβέςερος dederunt, et 40, 8. ubi ἀσεβῶς et εὐσεβῶς confunduntur, et alibi et passim in similibus, saepissime emendata, sat saepe acuto lectori ad emendandum relicta, de qua copia nunc unum exemplum delibabo AESCHYLI causa. In PHOTII *Lexico* legitur: Ὀκτώπαν ποταμὸν Αἰσχύλος διαπέπλευκε Νεανίσκοις. Nemo dicitur διαπλεῖν ποταμόν pro διαπερᾶσαι, et non fuit umquam is fluvius in rerum natura, AESCHYLUS eum διαπέπλακεν ἐν Νεανίσκοις.

Non minus protritum est in omnibus libris scriptis vetustissimis, recentissimis, ε et αι imperitissime confundi et permisceri. Ex antiquo exemplari fluxit error in libris 12, 3. ubi est δικάσαι τισ ἄτην pro δίκασ ἐτισάτην. Vel ἡδαίων exhibent pro ἡδέων (37, 26) et παραναίων pro *adnatans*, παρανέων (9, 8, 2). Saepe gliscit error ulterius: φέρω an φαίνω sit scribendum nostri est arbitrii, non scribarum. Sic ῥαίνομαι natum est ex ῥέομαι 49, 11. εὐδαιμονίζουσιν αὐτοὺς αἵματι ῥαινομένους ὁρῶντες, veram scripturam ῥεομένους praestabunt hi loci: in hoc ipso dialogo § 38. ἣν ὁρᾷς αὐτοὺς ἐπὶ τῷ βωμῷ αἵματι ῥεομένους, 10, 14, 5. εἰ βλέποιέν σε αἵματι ῥεόμενον, 35, 71. ὁρᾶν αἵματι ῥεομένους. Sic ἱδρῶτι ῥεόμενος legitur 16, 3. 20, 5 et 35, 11. Quemadmodum 26, 13. dissentiunt libri utrum φέροντα an φαίνοντα verum sit, sic olim est titubatum in PLUTARCHI *Numa* 1. Editur τὰς δὲ νῦν φαινομένας οὐκ ἀληθῶς συγκεῖσθαι, edendum φερομένας, et in DIONYSIO *Halic.* XI. 62. οὐκ ἐν ἁπάσαις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς χρονογραφίαις ἀμφότεραι φαίνονται, repone φέρονται. In PLUTARCHI *Timoleonte* 27 lege παραφαινομένου pro περιφερομένου, in *Bruto* 13. ἡ φροντὶς ἐξέφερε scribitur pro ἐξέφαινε, in *Lycurgo* 11. ἐξέπεσε pervulgato errore pro ἐξέπαισε legitur. In nominibus propriis saepe vitiosae formae nimium patienter servantur, Κεκίνας in *Othone* 5, Κεκιννητῶν in *Romulo* 16, Κεκίλιος et Κεκιλία in *Demosthene* 3, *Lucullo* 1. Κυναίγειρος quamquam nomen habet παρὰ τὸ τὰς κύνας ἐγείρειν, tamen praeterquam apud poëtas corrupto nomine circumambulat et apud alios

Digitized by Google

multos et in *Comparat. Aristidis et Catonis* 2. In vita *Alcibiadis* 22. Φηγεία dici sinunt, quem Φηγαιᾶ constet fuisse. Ne ἡμίμναια quidem retinent formam, sed adulterina ἡμίμνεα feruntur in *Lycurgo* 12.

Novum errorum et vitiorum fontem aperiet emendatus locus in *Timone* 5, 45. ἀλλ' εὖγε ἐποίησεν ἀφικόμενος, οἰμώξεται γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων. Quid huic loco desit et quo malo laboret apparebit si restitutus erit. Restitue igitur εὖ γε ἐποίησε πρῶτος ἀφικόμενος. Cur exciderit πρῶτος facillimum dictu est. Una litterula extrita secum abstulit. Scriptum erat α' ἀφικόμενος de more: α' significat εἷς, ἓν vel πρῶτος, πρῶτον, subinde et πρότερος, πρότερον, quamobrem tam saepe haec confusa videmus. Sic β' vel δύο vel δεύτερον, et caetera deinceps omnia. Omnium temporum haec consuetudo fuit et vel in antiquissimis libris hinc suscepti errores in reliquos propagati sunt. Ridemus monachum, qui ATHENAEUM describens pro πέντε καὶ εἴκοσι dedit κύριε, confundens κε' et κε̅. PHOTIUS nunc male interpretatur ξύλον πρῶτον: τὸ βάραθρον pro τὸ πρῶτον βάθρον (τὸ α' βάθρον), nec multo sanius in BEKKERI *Anecd.* I. pag. 420, 12. ἀπρόσωπα apparet pro *primae personae* (α' προσώπου). Ridicule in fronte *Lexici Photiani* scribitur Νικήτας ἄεδρος καὶ ἀνοτάριος, iniuria fit homini, qui fuit πρωτόεδρος καὶ πρωτονοτάριος. Apud HESYCHIUM ἐννέωρος: θέτης a multis est emendatum ἐνναέτης et magna est horum copia. Nunc unum πρῶτον tangam. In ISOCRATIS *Archidamo* § 76 confusa sunt σχολὴν ἄγειν, quod est in uno optimo *Urbinate*, et σχολὴν πρῶτον ἄγειν quod reliquos obsidet; πρῶτον nihili est ex α' ἄγειν male prognatum. Contra e longo exilio revocandum in venustum PLATONIS locum in *Protagorae* initio pag. 309. A. οὐ σὺ μέντοι Ὁμήρου ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει; neque hoc HOMERUS dixit et nemo tam caecus erit ut hoc umquam dicat. Neminem vidisse supplendum esse τοῦ πρῶτον ὑπηνήτου, ut apud poëtam est et res ipsa clamat. Infelix α' in iisdem verbis male acceptum est apud AELIAN. *V. H.* X. 18. τῷ Δάφνιδι Νύμφη ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ καὶ πρώτῳ ὑπηνήτῃ, ἔνθα τοῦ χρόνου ἡ χαριεστάτη ἐστὶν ἥβη τῶν καλῶν μειρακίων, ὥς που φησὶ καὶ Ὅμηρος. FABER satis leviter πρώτως AELIANO obtrudit. PERIZONIUS πρώτῳ ita tuetur ut pigeat poeniteatque

Digitized by Google

summum virum, incomparabilem in aliis, in hanc palaestram imperitum descendere et ἀσχημονεῖν. καὶ α' ὑπηνήτην in libris fuisse apparet. Dicerem e scholiasta PLATONIS ad h. l. (ubi est alio errore πρῶτος ὑπηνήτης) apparere ita olim in libris fuisse, nisi hoc esset lucernam accendere ut alicui solem ostendas.

Suspicor eandem labem inesse in verbis legis, quam DEMOSTHENES affert in *Aristocratea* p. 629, 21. ὡς ἐν ἄξονι ἀγορεύει (ὁ Σόλων). Quoniam SOLONIS ἄξονες commemorantur, repetita litera α' ἄξονι i. e. πρώτῳ ἄξονι verum videtur. Non alias mihi huius rei recordatio plus profuit quam in fragmento SOPHILI apud ATHEN. XIV. p. 640. D.

> Ἡδύ γε μετ' ἀνδρῶν ἐςιν Ἑλλήνων ἀεὶ
> συνάγειν. τὸ χρῆμα χάριεν. οὐχὶ * δύο
> κυάθους, ἀνεβόησέν τις, ὑπόχει. κωμάσαι
> πρὸς τὴν Ταναγρικὴν δεῖ γάρ.

DOBRAEUM destituit felix ingenium, quum crederet verum esse οὐ Χίου δέκα κυάθους — ἐπίχει, quae MEINEKIUS probata recepit. In unico Codice *Marciano* est χαρίεν οὐχι $\overline{\mathrm{B}}$ et ὑποχεικωμάσαι: in his latet ὑποχεῖς κωμάσαι (non satis distinctis ut saepe K et IC), in illis οὐχὶ $\overline{\mathrm{IB}}$ id est οὐχὶ δώδεκα Κυάθους, ἀνεβόησέν τις, ὑποχεῖς. Egregiam opem fert MENANDER ATHENAEI X. pag. 431. C.

> Ὀκτώ τις ὑποχεῖν ἀνεβόα καὶ δώδεκα
> κυάθους,

nempe ὁ οἰνοχόος solet ὑποχεῖν τὸν οἶνον, deinde τὸ ὕδωρ ἐπιχεῖν. In οὐχὶ ὑποχεῖς; futurum habes quo arguitur DINDORFII error ad STEPHANUM annotantis v. ὑποχέω »*futuri, quod ὑποχεῶ foret, exempla non exstant*," forma χεῶ barbara est et *Alexandrinis* debetur. Χέω et χέομαι et composita omnia habent futurum eiusdem formae, cuius rei multa nova exempla alias proferam.

Non possum non uno quidem exemplo frequentissimum aperire errorem, quo libri *Graeci*, vel sic iam satis multi, librariorum socordia inutiliter augeantur, qui pro primo *undecimum*, pro sexto *decimum sextum* et ita deinceps laudare solent. Ostendam in eo loco, ubi ea res caeterum satis innoxia mirifice doctos homines ludificata est. In fragmentis Historicorum *Graecorum* MULLERI II. p. 85 de pugna ad *Coroneam* in bello sacro

Digitized by Google

*Phocensi* dicit EUSTRATIUS: ἱστοροῦσι περὶ μάχης Κηφισόδωρος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, pugnatum est bello fere medio, *unde patet narrationem Cephisodori fuisse uberrimam*, observante MULLERO. Contraham in brevius: ἐν τῇ ιβ significat ἐν τῇ δευτέρᾳ, at scribae ἐν τῇ ιβ male iungentes decem libros de suo subinde addunt, quos nemo vidit et nemo videbit.

Ad LUCIANUM ita revertar, ut ei alterum vitium eiusdem generis eximam 70, 7. καλῶς ἔχειν ἐδόκει μοι διανείμαντα τοῖς παισὶν οὖσι τὴν ἀρχὴν αὐτὸν εὐωχεῖσθαι, tamdiu οὖσι nihil significabit donec 'γ' praemiseris i. e. τρισὶν οὖσιν. Contra in re eadem absurde εἷς legitur ibid. §. 25 ἐγὼ μὲν πάλαι βασιλεὺς ὢν πέπαυμαι εἷς ὢν τοῖς παισὶ διανείμας τὴν ἀρχὴν pro εἷς ὢν IACOBSIUS εὖ ποιῶν, BEKKERUS clam delevit. Verum olim vidit HIRSCHIGIUS, qui in ΕΙCΩΝ agnovit ἑκών. Notissimum est quam saepe K et IC confusa fuerint. In LUCIANO Σκύθεα et Σισύθεα permutata videntur 72. 12. ἵστασθαι et κτᾶσθαι, ἄρκτος et ἄριστος, λαίσωνες pro λάκωνες, ἄκωπον et Αἴσωπον, σκύφος et Σίσυφος, κεισιβδηλευμένοι et κεκιβδηλευμένοι, συνεριστικός et συνερκτικός, πλεῖστος et πλεκτός in libris stolide permutari docebit PORSONUS in DOBRAEI *Aristophanicis* pag. 241. Multa huius rei exempla saepe vidi, non vidi umquam insignius quam in SCYLACIS *Periplo* (Tom. I. p. 25 in *Geographis Minoribus* HUDSONI), ubi est 'Ολιζὼν, Ισαι λιμὴν pro 'Ολιζὼν καὶ λιμήν, ut SCYLACI solemne est scribere. Hinc ubique nostri arbitrii est utrum εἰς an ἐκ sit scribendum. Saepe ingravescit malum et IC ex K natum nova corruptela deformatur, aut vicina concipiunt vitium et periculum est ne antiqua scriptura sine vestigio pereat. Apud POLYBIUM p. 1037, 9. BEKKERI nominatur Κρυφῶν, idem LIVIO ERIOPON audit XLIV. 24, 27, 28. Reddatur 'Ιεροφῶν POLYBIO, LIVIO HIEROPHON. Supra 'Εκιδώρου notavimus pro Εἰσιδώρου, 'Ισιδώρου et ad HYPERIDEM ἀκτιαίων pro αιστιαιων i. e. 'Εστιαιῶν, (quocum obiter compara POLYBIUM Tom. III. p. 244. CASAUB. περὶ τῆς 'Ηραιέων πόλεως, cod. κρεῶν in quo latet 'Ηραιῶν. Apud STEPH. *Byz.* v. Κυδαθήναιον MEINEKIUS male edidit ἐκ Κυδαθηναιέων pro Codicis scriptura Κυδαθηναΐων in quo Κυδαθήναιῶν suberat cf. v. Στειριά). In DIONE CHRYSOSTOMO orat. XXXIII. p. 395, 21. ἄκυρον irrepsit pro αἰσχρόν. In ALCIPHRONE deprehendimus δεκτός (ΔΕΙCΤΟC) pro ΑCΤΕΙΟC quintiplici vitio scriptum. In

Digitized by Google

LUCIANO 58, 15. Δωρὶς τέθνηκεν in omnibus libris depravatum est in δωρικὸν ἧκεν, quod feliciter sanavit C. F. HERMANNUS. ICONHKЄN triplici vitio natum e TЄΘNHKЄN et unum C periit ut in EUBULI fragmento apud ATHEN. III. p. 108. B.

ὁμοῦ δὲ τευθὶς καὶ Φαληρὶς ἡ κόρη

pro Φαληρικὴ κόρη, quam DALECAMPIUS revocavit. Cf. ATHEN. IV. p. 135. a. VII. p. 283. In TELECLIDIS fragmento:

ἀλλ' ὦ πάντων ἀςῶν λῷςοι σεῖσαι καὶ προσκαλέσασθαι

qui Codicum scripturas amant pro ἀςῶν PORSONI retinebunt δὲ τῶν, quod est ap. PHOTIUM v. σεῖσαι. Omnino permulta sunt passim in LUCIANI scriptis indicia litterarum uncialium perinepte confusarum, veluti 39, 24. αὖ μάλωπα pro θυμάλωπα, 38, 19. ὅσιον pro θεῖον, 39, 8. τὸ βλέφαρον pro ἰοβλέφαρον, 66, 34. κατέλεξε pro κατέαξε, 67, 5, 1. ἀσεβῆ pro Λεσβίαν, 67, 14, 4. ἔγημεν pro ἔτη μέν, 19, 6. ὧδέ ποθ' pro ὦ δέσποθ', ibid. εἶ τὸ φιλεῖν pro εἶτ' ὀφείλειν, et similia multa, quae utiliter iuvenes notabunt et colligent, in eodem morbo praesens auxilium allatura. IC et K iterum confusa fuerunt 75, 4. ubi σιωπῆς et σκοπῆς de loco certant. Saepe in his aut I perit aut C: qui recte Κτησικλῆς appellatur a DIODORO SICULO, eum nunc XENOPHON *Hellen.* VI. II, 10. Στησικλέα videtur dicere: πέμπουσι Στησικλέα. Viden unum ι incuria neglectum et ΙСτησικλέα rescribendum? Simili errore nonnumquam καταςήσασθαι scribitur ubi κατακτήσασθαι verum et necessarium est. Sic HERODOTO VIII. 105. ὃς τὴν ζοὴν κατεςήσατο ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων reddiderim κατεκτήσατο. In ISOCRATIS *Panegyrico* § 182. ἐκ τῶν ἀλλοτρίων μεγάλους πλούτους καταςήσασθαι solus *Urbinas*, ut solet, oratoris manum servat κατακτήσασθαι. Non constat sibi optimus liber §. 62. οἱ πρόγονοι τοσαύτην εὐδαιμονίαν κατεςήσαντο exhibens cum caeteris, ubi repone κατεκτήσαντο. Contra recte apud HARPOCRATIONEM v. μέτοίκιον pro τὴν οἴκησιν αὐτόθι κατακτησάμενος DINDORFIUS de SAUPPII coniectura καταςησάμενος recepit.

Quemadmodum in his perpetuo scribae hallucinantur sic subinde δείξω et δόξω, ἔδοξα et ἔδειξα, δεδεῖχθαι et δεδόχθαι susque deque habuerunt. Videbis in ISOCRATIS *Panegyrico* § 90. δόξειν et δείξειν permixta. In LYSIA 12, 53. ὡς ἀμφότεροι ἔδοξαν sensu vacuum est, aut ἔδειξαν verum est, aut ἐδείξαμεν, quod GEELIUS coniecit. Apud LUCIANUM 24, 2. contrarius error est:

Digitized by Google

ἐπὶ τῷ μνήματι, ὅθεν ἔδειξεν ἡ Δημαινέτη προελθόντα αὐτὸν ἐντείλασθαι τὰ περὶ τοῦ οἴνου. Soloeca oratio est et non satis perspicua. Corrige ἔδοξεν, id est *in somnio vidit*. Tritum est δοκεῖν de *somniantibus*, vide PIERSON. ad AELIUM HERODIANUM post MOERIDEM p. 434. sed alia forma veteres, alia LUCIANUS et aequales utebantur.

ἐδοξάτην μοι τὼ δύ' ἠπείρω μολεῖν.

aut ἐδοξάτην μοι δύο γύναικ' εὐείμονε

— — — εἰς ὄψιν μολεῖν.

aut ἔδοξ' ἰδεῖν, ἐδόκουν ὁρᾶν veterum sunt, sequiorum ἔδοξα δύο γυναῖκάς μοι προσελθεῖν, ut in hoc ipso loco LUCIANUS scripserat paullo ante ἔδοξεν ἡ Ἀρχιτέλους γυνὴ ἐπιστάντα οἱ τὸν Σκύθην κελεῦσαι εἰπεῖν Ἀθηναίοις κτὲ., quod satis nostram rationem confirmat.

Qui LUCIANUM diligenter cum Antiquis, quos imitatur, comparabit et librorum scripturas in singulis excutiet et aestimabit et ad Grammaticorum testimonia exiget et poëtarum locos metro stabiliores adhibebit, brevi intelliget quidquid scribarum captum superat, quidquid exquisitioris dictionis aut elocutionis servabant veteres, Graeculi dudum amiserant, raro illaesum et inviolatum ex istorum manibus elabi, sed vel refingi ad novam loquendi consuetudinem et componendi usum, vel prorsus deleri et obliterari substitutis noviciis formis aut verbis, vel onerari interpretamentis et insulsis additamentis impediri. Sic pars antiquae linguae disperiit, pars aegra et inquinata circumfertur: quod verum est et sanum in ingenti librorum numero et testium utcumque dissentientium multitudine subinde tenuibus sed certis vestigiis indagari potest et ubi semel rectam viam sis ingressus quod periisse videbatur renasci potest ex certa analogia, aut ex *antiquissimis* corruptelis, quas nemo iterum attrectat, aut ex poëtae loco aut e Grammatico in lucem revocari. Quorsum haec? ut LUCIANO restituam antiquas quasdam formas, quas sedulo Graeculi pro captu suo ubique et illi et caeteris omnibus exemerunt. Verbum χρίω penultima longa, (unde χρείω hic illic apparet), habuit olim formam unam omnibus usitatam κέχριμαι. Producta penultima respuit σ, quod sequiores infserunt, κέχρισμαι dicentes, quod tam pravum est atque κεκόνισμαι. Κεχριμένος, κεκονιμένος *Graeca* sunt ut

Digitized by Google

τετιμένος: iidem ἐχρίσθην dicebant et χριστός, sed χρῖμα. Quidquid horum attigerunt Graeculi, induitur novicia forma, κέχρισμαι et κεκόνισμαι dare solent, ut χρίσμα. Κέχριμαι elabitur et certae analogiae honos constat, ubi veteres scribae noto errore ei substituerunt κέχρημαι, quod factum est in CALLIMACHI *Hymno in Dianam* vs. 69:

ἔρχεται Ἑρμείης σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ

ubi longa et accurata HEMSTERHUSII annotatio neminem deterrebit quo minus κεχριμένος rescribat. Diversissima sunt quae vir magnus accumulat. Quid huic notioni commune est cum χρῆσθαι φύσει, ἐμπορίᾳ, βίῳ λῃστρικῷ, ξυμφορᾷ, ἀτυχίᾳ, ναυαγίᾳ, χειμῶνι, οὐρίῳ πνεύματι et similibus? nihil prorsus. Aliud est *uti* oleo, fuligine, unguento, aliud *ungi* et *oblini*, χρῆσθαι ἐλαίῳ, ἀσβόλῳ, μύρῳ et χρίεσθαι. Permovit auctoritas viri SINTENISIUM, ut in PLUTARCHI *Cimone* cap. 1 futilem lectionem ἀσβόλῳ χρησάμενον verissimae, quam REISKIUS repperit, χρισάμενον anteponeret, quem nemo sequetur. Χρῖμα bis servatum est in eiusdem *Hymno* εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος vs. 16:

οὐ γὰρ Ἀθαναία χρίματα μικτὰ φιλεῖ

et 26. ubi iam apparent interpolatores. DRACO STRATONICENSIS *de metris poëticis* scribens et de syllabarum quantitate, (cuius rei pauci sunt quam DRACO imperitiores) p. 96, 17. HERM. χρίσματα in hoc loco ostentat. In ATHENAEI codice, (quem habemus unicum ex optimo et veterrimo descriptum, sed ab eo librario, quo non novi alium stolidiorem) κέχριμαι nonnumquam evasit et χρῖμα, vide EUBULI locum XIII. p. 557 f. ACHAEI p. 689. MAGNETIS p. 690. Apud HERODOTUM IV. 195 optime legitur πτεροῖσι ὀρνίθων κεχριμένοισι πίσσῃ. In ARISTOPHANIS fragmento apud STOBAEUM *Floril.* CXXI. 18. conclamatus locus vs. 7. προὐκείμεθ' οὐδ' ἂν κατακεκριμένοι in integrum restitui mihi posse videtur si scripseris:

προὐκείμεθ' οὐδὲ βακκάρει κεχριμένοι.

comparato l. l. MAGNETIS βακκάριδι κεχριμένον. In caeteris fere κέχριμαι et χρῖμα obliterata sunt, ἀσφάλτῳ κεχρισμέναι habemus in *Cyropaedia* VII. v, 22. et ἐκέχριστο VII. I, 2. et in *Symposio* II. 5. πόθεν ἂν τις τοῦτο τὸ χρίσμα λάβοι; Nihil horum genuinum est, sed quomodo in EUBULI versiculo, quem supra indicavimus, συκαμίνῳ τὰς γνάθους κεχριμέναι, EUSTATHIUS

Digitized by Google

et apographa κεχρισμέναι habent, sic XENOPHONTI et aliis veterum, ubi κέχρισμαι scribitur, labes adspersa est a Graeculis, et χρῖμα in *Symposii* loco et alibi reponendum, quod iterum salvum abiit apud PHILOXENUM ATHENAEI IX. p. 409 χρίματά τ' ἀμβροσίοδμα. Caeterum discrimen inter κεχρῖσθαι et κεχρεῖσθαι, quod PHRYNICHUS commemorat in BEKKERI *Anecd.* I. p. 46, commenticium est. Unum atque idem verbum est et scriptura κέχρειμαι et κεχρεῖσθαι, ut χρείειν, ut μαλκείειν, ut βεινεῖν, νείφειν, εἴλλειν, alia sexcenta, debetur iis, qui constanter ι productum ita scribebant. Apud LUCIANUM quoque 70, 2. ἀσβόλῳ κεχρισμένον τὸ πρόσωπον ad veterum usum refingendum esse censeo.

Prorsus eodem modo, quo in κέχριμαι vidimus, Graeculi grassantur in κεκόνιμαι. Ut χρίω sic κονίω penultima longa unice vera et proba forma est, unde κεκόνιμαι, κεκόνιτο, κεκονιμένος, quidquid scribae moliuntur, sola *Graeca* sunt, et κεκόνισμαι, κεκόνιςο, κεκονισμένος ex veteribus quidem et probatis scriptoribus undique sunt furcis expellenda. Ut κέχρημαι sic κεκόνημαι in libris servavit intus bonam formam. Κονίζω nihil est, a Grammaticis fictum ut ἀλίζω, ἀμφιέζω, σκαλαίνω, χύω, ἀγάζω, ἄσθομαι, ἀλῶ (pro αἱρῶ ex ἀλίσκομαι repetitum, GRAMMAT. BEKKERI *Anecd.* I. p. 123), ἀνθησσῶ, ὀριγνῶ, πυνθάνω, προειδῶ ἀντὶ τοῦ προνοῶ, προςιθῶ, σφήλω, haec omnia praeter quatuor prima idem BEKKERI Grammaticus bona fide pro *Graecis* affert. BEKKERUS ipse in ISOCRATIS *Nicocle* § 5 pro αἰσθάνονται alias res agens ex codice G recepit αἴσθονται. Eiusdem farinae est διαβύνομαι, quod nimium patienter ferunt in HERODOTO II. 96, τὸ πηδάλιον διὰ τῆς τρόπιος διαβύνεται pro διαβυνέεται, namque in usu erat βυνῶ, βύσω, ἔβυσα, βέβυσμαι, unde βύζην (pro βύσδην), ut κυνῶ, κύσω, ἔκυσα. Lexicographis debentur formae ἀναδάζομαι, διαδάζομαι simil. pro quibus *Graeci* ἀναδαίομαι cet. dicebant, ut in Oraculo apud HEROD. IV. 159:

> ὃς δέ κεν ἐς Λιβύην πολυήρατον ὕςερον ἔλθῃ
> γᾶς ἀναδαιομένας μετά οἵ ποκά φαμι μελήσειν.

ubi corrige Λιβύαν et μεληςεῖν, namque δωρίσδεν ποτέοικε, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι. Iisdem ἀναπλήθω acceptum referimus pro ἀναπίμπλημι et alia e fallaci analogia contra usum dicendi ficta, in qua re saepissime *Graeci* sequiores impingunt. Forma ἀλῶ,

Digitized by Google

quam futilis Grammaticus ex *ἀλώσομαι* extudit, non multo melior est *ἀλίσκω*, qua ANTIPATER SIDONIUS abutitur in *Anthol. Gr.* T. II. p. 6.

*Εὐαγόρας δ' ὢν χαλκὸς ἄτερ δόλου αὐτὸς ἀλίσκει.*

Eiusdemmodi est futurum *ὀμόσω* ex *ὤμοσα* male natum. STRATO in *Anthol.* T. III. p. 78:

*δέξομ' ἐγὼ μελάθροις, οὐ μὰ τόν — οὐκ ὀμόσω.*

eadem forma abutitur PLUTARCHUS in *Cicerone* 23. *προῆλθεν ὀμόσων*, estque adeo reponenda in *Mario* 29. Simillimo errore PLUTARCHUS ex *ἀμφιέσαι* extudit *ἀμφιέζειν* in *C. Graccho* 2 et e *νίψαι νίπτειν* in *Theseo* 10. Pervulgatum iam olim erat vitium, quo *ὄφλειν* et *ὄφλων* apud *Atticos* pro *ὀφλεῖν* et *ὀφλών* legebatur: hinc Graeculi coeperunt *ὄφλω, εις, ει* dicere, et *docti*, si Musis placet, *Grammatici* errorem alebant. Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ἐν ὑπομνήματι περὶ παραπρεσβείας Δημοσθένους (teste AMMONIO *de D. V.* v. ὄφλει) annotavit: *ὄφλει μέν τις ἐπὶ καταδίκῃ κτέ. ὀφλισκάνει* dicendum esse neque cogitat homo, neque fortasse sciebat. Venia igitur dari poterit DIONI CHRYSOSTOMO, qui in orat. XXXI. p. 353 *ὄφλουσιν* et 356. *ὄφλετε* sibi credidit dicere licere, sed ita ne umquam nos DIO, neque APOLLONIDES quidquam, quod aliunde non sit satis certum, sibi credere postulent. Etiam qui haec mihi dabunt et turpiter a *Graecis* erratum esse agnoscent, reclamabunt si eiusdemmodi vitium ab AESCHYLO commissum esse dixero. At ipsi viderint quemadmodum poëtam ab eo crimine defendant in *Choëphoris* vs. 680:

*ἐπείπερ ἄλλως, ὦ ξέν', εἰς Ἄργος κίεις.*

*ἔκιον* enim olim in usu fuit et *κιών, κίω* pro *ἔρχομαι* non est melioris notae quam *ὄφλω*. Sic igitur, ut redeam unde digressus sum, *κονίζω* nihili est, temere fictum e *κονίστρα* et similibus, neque alios testes habet quam futiles *Grammaticos* sequioris aetatis: at istis scribae obtemperant et in HOMERI codicibus *κονίσσουσι, ἐκόνισσε, κεκόνιστο κάρη* hinc inoleverunt. Hinc si quando *κεκονιμένος* apparebat *κεκονισμένος* eius locum occupavit, ut in ARISTOPHANIS *Ecclesiaz.* 291. *ἥκῃ κεκονιμένος*, ubi *Ravennas*, qui saepe bonas lectiones servat solus, cum deterrimo quoque *κεκονισμένος* obtulit. Plura dabunt BUTTMANNUS et cum DINDORFIO STEPHANUS, unde haec stabiliantur. Quod e PHILONE afferunt *μέλλουσαι κονιεῖσθαι* corrige *κονίεσθαι*, quod melius *ὑποκονίεσθαι*

20

dicitur, ut in lepidissimo versiculo, qui nunc PLUTARCHI verbis male assumtis elumbis et inelegans incedit in *Pompeio* 53. εὐθὺς ἦν εἰπεῖν τὸ κωμικόν,

ὡς ἅτερος πρὸς τὸν ἕτερον ὑπαλείφεται
τὼ χεῖρέ θ' ὑποκονίεται.

bellissimus sane senarius. Restitue: τὸ κωμικὸν ὡς ἅτερος πρὸς τὸν ἕτερον

ὑπαλείφεται τὼ χεῖρέ θ' ὑποκονίεται.

qui ARISTOPHANE et CRATINO dignus est. Κεκονιμένος apud LUCIANUM est 5, 45. 8, 24, 1, ubi κεκονισμένος non plane abest et 16, 3. ubi in cod. D. κεκονισμένος apparet. Ad primum locum quod HEMSTERHUSIUS annotavit: »*perinde est utrum probes* κεκονιμένος *an* κεκονισμένος" neminem movebit. Utiliora idem adscripsit de confusione inter κεκονιμένος et κεκονιαμένος. Cf. *Intt.* ad HESYCH. in v. In SUIDA v. κεκονιμένος *eximius* codex *Vossianus*, qui mihi haec scribenti ob oculos est, hunc hexametrum exhibet:

ἀλλὰ σιδηρείου κεκονιαμένη ἐκ πολέμοιο

et mox bis βεκονίσθαι pro κεκονῖσθαι. Nae qui codicibus et scribis aliquid tribuunt, cautius semper absentes admirabuntur. In THEOCRITO I. 29. κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος an κεκονισμένος scribas perinde est, quia utraque lectio nauci non est. Intelligerem κεκυλισμένος ut στέφανοι κυλιστοί dicuntur apud ATHENAEUM XV. p. 678 sq. ubi duo EUBULI fragmenta: περιφοραῖς κυκλούμενος Ὥσπερ κυλιστὸς στέφανος, et περὶ σῶμα συνίλλεται (sic leg. pro συνίλλεσται) Κισσὸς ὅπως καλάμῳ περιφύεται mihi quidem omnem propemodum dubitationem exemerunt.

Tertium exemplum est verbi antiqui omnibus propemodum locis ad hunc diem depravati μαλκίω penultima producta, unde μαλκείειν primum natum est, deinde μαλκιεῖν et μαλκιῆν et μαλκιᾶν et μαλακιῶ, μαλακιεῖν, μαλακιῆν, quorum nihil sanum est. Vel ipsa analogia μαλκίω solum probum esse evincit et antiquum, confirmant testes meliores et integriores, quo facto caeteri cum famae detrimento suas quisquilias sibi habento. Iuvat in illo verbo ostendere quam difficulter emergant prisca vocabula, obsoleta et paucis intellecta. DEMOSTHENES dixerat p. 120, 7. μέλλομεν καὶ μαλκίομεν, non est vola nec vestigium in codd., qui omnes μαλακιζόμεθα habent, manifestam inter-

Digitized by Google

polationem, ne sensu quidem satis idoneo et ad sententiam apto. Μαλακίζεσθαι et μαλακόν τι ἐνδοῦναι dicitur qui de priore studio, acrimonia, vehementia, ardore remittit et quum acrius agere instituisset nunc segnior fit agitque remissius. At non hoc dicit Orator: inertes desidere clamat cives suos, nihil agere, *torpere* in maximis PHILIPPI iniuriis. Servavit nobis verbum acre HARPOCRATION, cui scribae μαλακίομεν affricuerunt. AESCHYLI locus, quo nititur, partim evasit: ἀκμῆτι μαλκίων ποδί, nam quod docti homines corrigunt:

ἔλα δίωκ' ἀκμῆτι μαλκίων ποδί

non viderunt haec inter se pugnare. Docti Grammatici, qui λέξεις condiderunt, sedulo μαλκίειν interpretati sunt, sed cum multiplici infortunio reliquiae veterum λέξεων ad nos pervenerunt. HESYCHIUS duos auctores sequitur. Ex altero descripsit μαλκιεῖν: τὸ ὑπὸ ψύχους ἀνεσπάσθαι τὰς χεῖρας, ex altero μαλκίετον: μαλακῶς καὶ ἀσθενῶς ἔχετον, ἐπιεικῶς δὲ τοὺς ὑπὸ κρύους κεκμηκότας (lege κατεσκληκότας) μαλκιῆν λέγουσι. PHOTIUS item e duobus Lexicis μαλκίειν, deinde μαλκιῆν interpretatur. PHRYNICHUS BEKKERI *Anecd.* I. p. 51. μαλακιῆν attulit. NICANDER ἐν γλώσσαις (apud SCHOLIAST. NIC. *Theriac.* vs. 382) τὴν μάλκην φησὶ ῥῖγος περὶ τοὺς πόδας καὶ χεῖρας καὶ ὑποδήματα τίθησι·

πνεύματος ἀργαλέοιο πόνοιό τε μαλκείοντες

id est μαλκίοντες. Quia Grammaticus non *calceos ponit* sed *exempla*, pro ὑποδήματα corrige sodes ὑποδείγματα. Hinc satis tuto ARATO in *Phaenomenis* vs. 294 suam manum restitues, si scripseris:

τότε δὲ κρύος ἐκ Διός ἐςι
ναύτῃ μαλκίοντι κακώτερον.

pro vulgata μαλκιόωντι et HESIODO in *O. et D.* vs. 528. λυγρὸν μαλκίοντες pro μαλκιόωντες. Satis etiam certum est in XENOPHONTIS libello *de Venatione* v, 2. pro αἱ κύνες μαλακιῶσαι τὰς ῥῖνας οὐ δύνανται αἰσθάνεσθαι rescribendum esse μαλκίουσαι. Arripuit hoc verbum AELIANUS, perineptus scriptor librorum *de Natura Animalium*, huiusmodi vocabula venari solitus quibus orationem tamquam gemmis distinguat. Quater usus est, toties scribae inquinarunt. I. 32. μαλακιεῖ. V. 12. μαλακιεῖ. X. 4. μαλακιεῖν. IX. 16. μαλακιοῦσαν, pro μαλκίει, μαλκίειν



Digitized by Google

et *μαλκίουσαν*. Arripuerat apud LUCIANUM *Lexiphanes* 34, 2. at in eodem scopulo adhaesit: *ἰδίω θαμὰ καὶ μαλκιῶ τὸ σῶμα* DINDORFIUS dedit, quod in libris est *μαλακιῶ* retinuit BEKKERUS. Repone *μαλκίω*, quod eiusdem formae est atque *ἰδίω*, *κονίω*, *μηνίω*, *χρίω*, in quibus omnibus penultima producitur. Sequiores pro his *ἱδροῦν*, *κονιορτοῦν*, *μηνιᾶν*, *ἀλείφειν*, dicebant et *μαλκίειν* disperiit. Si quando in libris offenderent, mulcabant ut vidimus utque solebant *μηνίειν* attrectare, suum *μηνιᾶν* antiquioribus obtrudentes, quale est quod ex APOLLONIO RHODIO afferunt II. 247. *τῷ τοι μέγα μηνιόωσι* pro *μηνίουσι*, quod solum veteribus in usu fuit. In multis aliis verbis formas veteres nova lingua producebat, non *σκάλλω* sed *σκαλεύω* dicebant, *κλαδεύειν* pro *κλᾶν*, *λεπίζειν* pro *λέπειν*, *ἀροτριᾶν* pro *ἀροῦν*, *δεσμεύειν* pro *δεῖν*, *εἰλεῖν* pro *ἴλλειν*, *σαροῦν* pro *σαίρειν*, *σμήχειν* pro *σμῆν*, *κνήθειν* pro *κνῆν*, *νήχεσθαι* pro *νεῖν*, *ἀλήθειν* pro *ἀλεῖν*, in cuius verbi perfecto certa auctoritate constituendo hanc disputationem absolvam. Utrum *ἀλήλεμαι* an *ἀλήλεσμαι* verius sit dubitatur. Analogia non est una et simplex: dicitur *ἐλήλαμαι*, *ἀρήρομαι*, sed *κατεδήδεσμαι*, quemadmodum *κέχριμαι*, *κεκόνιμαι*, sed *κυλῖσαι* habet perfectum *κεκύλισμαι*, *πρίειν* priore longa *πέπρισμαι*. In THUCYDIDE IV. 26. *εἰσάγειν σῖτον ἀληλεμένον*, alii testes *ἀληλεσμένον* tuentur: in HERODOTO VII, 25. *σῖτος δέ σφισι πολλὸς ἐφοίτα ἐκ τῆς Ἀσίης ἀληλεσμένος* nihil discrepant libri. Dirimet hanc litem poëta, qui certa correctione emendatus hanc referet gratiam. Locus est AMPHIDIS apud ATHENAEUM XIV. p. 642. A.

*ἤδη ποτ' ἤκουσας βίον ἀληλεσμένον;*
**** αι τοῦτ' ἐκεῖν' ἐστιν σαφῶς,*

in unico Codice antiquo *Marciano* est *βίον ἀληλεμενον αἱ τοῦτεκειν ἐστιν*. DOBRAEUS verum vidit:

*ἤδη ποτ' ἤκουσας βίον*
*ἀληλεμένον; — ναί. — τοῦτ' ἐκεῖν' ἐστὶν σαφῶς.*

ΑΛΗΛΕΜΕΝΟ̄ — ΝΑΙ vitium peperit. Itaque HERODOTO *ἀληλεμένος* reddendum, THUCYDIDI confirmandum, XENOPHON eadem opera multo maiore etiam beneficio mactari poterit in *Hellenicis* V. III. 21. *οἱ Φλιάσιοι τὸν ἥμισυν ψηφισάμενοι σῖτον τελεῖν ἢ πρόσθεν καὶ ποιοῦντες τοῦτο τὸν διπλάσιον τοῦ εἰκότος χρόνου πολιορκούμενοι διήρκεσαν*, quid sit *σῖτον τελεῖν* nemo di-

xerit, σῖτον ἀλεῖν quid sit in ea re nemo non videt. Praeterea magistello redde καὶ ποιοῦντες τοῦτο, quod tam insipidum et puerile est quam otiosum et supervacuum.

Quartum est verbum vetus *Ionum* et *Atticorum*, quod scribae contaminare solent κυλίνδω. E formis κυλίσω, ἐκύλισα, κεκύλισμαι, ἐκυλίσθην apud sequiores nata est praesentis nova forma κυλίω, veteribus invisitata et inaudita, ut ἑρπύω, ἑλκύω, quas eadem inscitia e formis ἑρπύσω, εἵρπυσα et ἑλκύσω, εἵλκυσα Graeculi effinxerunt, ut κατεάσσω ex κατέαξα. Atque isti quidem in suis scriptis loquantur quod lubet, modo ne easdem sordes veteribus, quos describebant, affricuissent. Κυλίω, ἐκκυλίω, εἰσκυλίω, προσκυλίω nemo veterum dixit aut potuit dicere, itaque in *Vespis* vs. 201. τὸν ὅλμον τὸν μέγαν ἀνύσας τι προσκύλιέ γε, mendi manifestum est sive προσκύλισον sive aliud quid latet. Κυλίνδω apud *Atticos* certam habet auctoritatem, κυλίνδετε, κυλίνδεται, κυλινδόμεναι, ἐκκυλίνδων ARISTOPHANES dabit, *Eqq.* 1249, *Eccles.* 208, *Nub.* 375, *Pac.* 134, ut apud HOMERUM κυλίνδει, κυλίνδων, κυλινδόμενος, κυλίνδεσθαι, κυλίνδεται, κυλίνδετο, alia. Κυλινδεῖν et κυλινδεῖσθαι apud eosdem sublestae admodum est fidei, quamquam saepissime in libris scriptis et editis istae formae leguntur, imprimis in XENOPHONTIS. In *Ranis* vs. 535. μετακυλινδεῖν αὑτὸν ἀεὶ πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον, rescribe μετακυλίνδειν. In HOMERO κυλίνδει pro κυλινδεῖ iam ARISTARCHO vindice egebat, vide *Scholia* ad *Iliad.* P. 688, unde apparet vulgares tum et omnibus usitatas formas contractas fuisse, quas equidem eodem exemplo omnibus exemerim antiquis, qui κυλίνδω habebant tantum et κυλίνδομαι, praeterea ἀλίνδω (non ἀλίω, neque ἀλίζω) et καλινδοῦμαι, προκαλινδοῦμαι tum ἀλινδοῦμαι. Ἀλίνδω, unde est ἐξαλίσας apud ARISTOPHANEM et XENOPHONTEM, incolume servatum est apud LEONIDAM *Tarentinum* in *Anthol. Graec.* IACOBS. Vol. I. p. 168.

Μὴ φθεῖρευ, ὤνθρωπε, περιπλάνιον βίον ἕλκων
ἄλλην ἐξ ἄλλης εἰς χθόν' ἀλινδόμενος.

Post ALEXANDRUM κυλίω et κυλινδῶ et κυλινδοῦμαι accesserunt et passim, uti fit, formas antiquas expulerunt. *Atticistae* nova veteribus admiscebant, scribae haec tollebant, illa substituebant donec eo perventum est ut omnia veterum formarum indicia et vestigia paulatim obliterata et deleta perirent. Unicus fere in

Digitized by Google

LUCIANO locus in uno codice hanc labem arguit 12, 5. μεταπλάθει τὴν Οἴτην, ἐπικυλινδείσθω ὁ Παρνασός, ubi cod. B. omnium longe antiquissimus servat lectionem ἐπικυλιδέσθω, natam ex ΚΤΛΙ — ΔЄCΘΩ i. e. — κυλινδέσθω. Κυλινδούμενον est in omnibus 9, 5, 1. et 60, 3. κυλινδεῖν. Dissentiunt in καλινδούμενοι et κυλινδούμενοι 49, 1. et in χαμαὶ κυλινδοῦνται et καλινδοῦνται 50, 12. utrobique editores male κυλινδ. receperunt. Κυλίω et composita apud LUCIANUM saepiuscule occurrunt, ut in lepido loco 25, 3. ἐκύλιε τὸν πίθον et κυλίω κἀγὼ τὸν πίθον, ubi veteres ἐκύλινδε et κυλίνδω dixissent. Obiter illic corrige § 4. δεήσει γὰρ αὐτίκα μάλα πρὸς μικρόν τι λιθίδιον προσπταίσαντα συλλέγειν τὰ ὄςρακα, quia non ipse LUCIANUS, sed ὁ πίθος, credo, dicitur κυλινδόμενος προσπταῖσαι restitue προσπταίσαντος. Scriptura codicum antiquiorum προσπταίσαν̄ peperit προσπταίσαντος et προσπταίσαντα, quod ante pedes erat nemo vidit. PHOTIUS in *Lexico* usum veterem notans non κυλινδεῖ, κυλίει, sed κυλίνδει voluerat, quod confirmat Hesychianum Κυλινδεῖ, ἐπιφέρει, κυλίει. Κυλίνδεσθαι ὁμοίως, imo vero κυλίνδει ex HOMERI *Iliad.* P. 688.

Non dissimilis error sed aliquanto rarius in libris Graecis committitur in verbis συννεφεῖν et ἐπινεφεῖν, quorum forma vetus et proba interiit, quae est συννέφειν et ἐπινέφειν. Ipsum νέφειν et νενοφέναι apud *Grammaticos* et λέξεων conditores commemorantur, in scriptis veterum mihi lecta non sunt, ξυννένοφεν exstat in Aristophaneis, vid. PHOT. v. ξυννένοφε. Superest ξυννέφει sed in ξυννεφεῖ depravatum in *Avibus* 1502:

ἀπαιθριάζει τὰς νεφέλας ἢ ξυννέφει;

et sic emendandus EURIPIDES in *Electra* 1077:

εἰ μὲν τὰ Τρώων εὐτυχοῖ κεχαρμένην,
εἰ δ' ἧσσον' εἴη συννέφουσαν ὄμματα,

non συννεφοῦσαν. Vera lectio casu emerserat in eiusdem fragmento apud STOBAEUM *Ecl. Phys.* I. p. 218:

οὕτω δὲ θνητῶν σπέρμα τῶν μὲν εὐτυχεῖ
λαμπρᾷ γαλήνῃ, τῶν δὲ συννέφει πάλιν.

ubi cod. A. συννέφει, GAISFORDUS in novissima editione et DINDORFIUS ad STEPHANI *Thesaurum* συννεφεῖ maluerunt, errore, ut mihi quidem videtur. Νεφεῖν neque analogia, neque usu scriptorum nititur: τὸ νέφος et νενοφέναι arguunt fuisse νέφειν, quod

Digitized by Google

planissime confirmat ἐπίνεψις apud ARISTOTELEM *Problem.* 26, 40. διὰ τί οἱ νότοι μικροὶ μὲν πνέοντες οὐ ποιοῦσιν ἐπίνεψιν, μεγάλοι δὲ γενόμενοι ἐπινεφοῦσιν, imo vero ἐπινέφουσιν, et hoc ALEXIDI redde apud PHOT. v. μᾶλλον μᾶλλον.

πῶς ἐπινέφει τὸ πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῇ
ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον,

pro ἐπινεφεῖ. Graeculis, qui solebant συννεφεῖν in libris videre et ita coeperunt scriptitare et συννεφήσει dicere et similia, suos errores lubenter relinquimus.

LUCIANI causa unum verbum vetus adiiciam, de palaestra sumtum, in quo deformando et in alia omnia pervertendo scribarum natio coniuravit. Verbum est πλίσσω et πλίσσομαι cum tota cognatione, πλίγμα, πλιχάς, ἀμφιπλίξ, περιπλίξ, διαπεπλιχώς, διαπεπλιγμένος, ἐμπεπλιγμένος, ἀπεπλίξατο, ἀμφιπλίσσω, περιπλίσσω, καταπλίσσω, quae quoties occurrunt, toties fere depravantur in πλῆγμα, ἀμφιπλήξ, διαπεπληγμένος, διαπεπλεγμένος, similia. POLLUX II. 172. diserte multa ex his commemorat, sed antiquum obtinent scribae, qui περιπεπληγμένα τοῦτ' ἔςι διηχότα τὰ σκέλη bona fide dederunt. Palmaria est G. DINDORFII emendatio, qua ARISTOPHANI reddidit ad STEPHANI *Thes.* v. καταπλίσσω.

ἦ μὴν ἴσως σὺ καταπλιγήσει τῷ χρόνῳ.

pro καταπληγήσῃ et HESYCHIO καταπλιγήσει: τὸ βῆμα πλίγμα λέγουσι. τὸ οὖν καταπλίξαι μετάγοντες ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ τοῖς ποσὶ κατατρεχόντων οὕτω φασίν, nisi quod κατεχόντων debebat reponere pro κατατρεχόντων, collato HESYCHIO v. πλίγμα: ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ παλαιόντων, ὅταν περιβάντες τοῖς σκέλεσι κατέχωσιν, ubi περιβάντες de meo dedi pro παραβάντες. Sumtum igitur hoc de palaestra adhibeamus ad LUCIANI locum de ea re corrigendum 49, 1. de luctantibus: ἐπικαταπεσὼν καὶ περιπλέξας αὐτῷ τὰ σκέλη κατὰ τὴν γαςέρα — ἄγχει τὸν ἄθλιον et § 31 δεδιότες μὴ περιπλέξητε αὐτοῖς τὰ σκέλη περὶ τὴν γαςέρα καὶ διάγχητε, reponamus censeo utrobique περιπλίξας et περιπλίξητε et pro καὶ διάγχητε, quod inauditum est et praepostere compositum, corrigamus καὶ ἄγχητε. Pro περιβαίνειν poëtae dicebant ἀμφιπλίσσειν, teste POLLUCE l. l., caeteri περιπλίσσειν, quod ut reliqua eiusdem stirpis in -πλῆξαι et -πλέξαι solet distorqueri. Περιπλέκειν *cruribus* non dicitur et quem-

Digitized by Google

admodum *περιπλίγδην* (i. e. *περιβάδην*) et *περιπλέγδην* certo discrimine perpetuoque usu diremta sunt, sic suadent omnia ut credamus idem inter *περιπλίσσειν* et *περιπλέκειν* interesse.

Apparet verbum aliquod exquisitius et non cuilibet notum aut perspectum latere 25, 37. ubi historicus dicitur debere rei militaris et vocabulorum non esse ignarus et tum alia scire tum quid sit *ἐξελαύνειν καὶ περιελαύνειν*, at hoc quidem nemo nescire poterat, nedum ii qui historiam scribere aggrediebantur. Non diu quaerendum quod militare vocabulum forma affine a scribis obscuratum fuerit, nempe *ἐξελίττειν καὶ περιελίττειν*. Non dubitabis comparato XENOPHONTIS loco in *Cyropaed.* VIII. v. 15. et cf. SCHNEIDERUM ad XENOPH. *Remp. Lacedaem.* XI. p. 63.

Antiquam verbi formam, quae sola olim vigebat, scribae contaminare solent in futuro verbi *ἄχθομαι*. *Athenienses* non aliter quam *ἀχθέσομαι* dicebant, quos sequebantur *Atticistae*. Graeculi ex *ἠχθέσθην* produxerunt *ἀχθεσθήσομαι* neque tantum ipsi ita loquebantur sed veteres cogebant idem dixisse videri. Fraus deprehendi nonnumquam potest, deinde passim damnum sarciri. Admonent magistri, MOERIS p. 21. *ἀχθέσεται*, Ἀττικῶς. *ἀχθεσθήσεται*, Ἑλληνικῶς. Neque tamen bene monenti obtemperatur: saepius *ἀχθεσθήσομαι* recurrit, nonnumquam *ἀχθήσομαι*, in quo est erroris progressus quidam: *ἀχθέσομαι*, quod prorsus in desuetudinem et oblivionem abierat, in *ἀχθήσομαι* corrumpitur, cuius manifesti vitii exempla vide apud PIERSONUM ad MOERIDIS l. l., deinde forma novicia et vitiosa subrepit *ἀχθεσθήσομαι*. PLATONIS duos locos affert PIERSON. in *Gorgia* p. 506 C. et in *Republ.* X. p. 603. E. ubi genuina forma e codd. restituta est et unum ANDOCIDIS, *de Pace* § 21. *εἴ τις ὑμῶν ἀχθεσθήσεται.* Addo XENOPHONTIS locum *Cyropaed.* VIII. IV. 10. *καὶ σὺ αὖ οὐκ ἀχθεσθήσῃ μοι ἀκούων τἀληθῆ*, et AESCHINIS in *Ctesiphontea* § 242 *συναχθεσθησόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ Μολοττῶν βασιλέως Ἀλεξάνδρου τελευτῇ*, ubi in uno codice est erroris prima origo *συναχθησόμενος* et THEOPHRASTI *Charactt.* XIX. *οὐχ ἕξομεν τοὺς ὑπὲρ τῶν κοινῶν συναχθεσθησομένους, ἂν τοὺς τοιούτους προώμεθα.* Non magis his omnibus est parcendum manifestis erroribus quam apud LUCIANUM 55, 3. *ἐοικότες ἀχθεσθησομένοις εἰ λυθήσονται*, nascens vitium est in codicibus AF *ἀχθησομένοις*, unde olim *ἀχθεσο-*

Digitized by Google

μένοις erutum oportuit. Quid facias scribis, qui vel in *Nubibus* vs. 1443.

καὶ μὴν ἴσως οὐκ ἀχθέσει παθὼν ἃ νῦν πέπονθας,

non dubitarunt suum ἀχθήσῃ substituere? Iisdem solis debentur formae longiores τιμηθήσομαι, ὠφεληθήσομαι, ζημιωθήσομαι, aliaeque similes pro brevioribus τιμήσομαι, ὠφελήσομαι, ζημιώσομαι, similibus, quibus antiquus sermo *Graecus* utebatur. In EURIPIDIS pulcherrimo loco, quem LYCURGUS in *Leocratea* servavit § 100, codices quidam dederunt vs. 48 sq.

Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναςρέψει λεὼς
ςεφάνοισι, Παλλὰς δ' οὐδαμοῦ τιμηθήσεται.

pro ἀναςέψει et τιμήσεται. Fraus in poëtis deprehensa ubique argui debet et quod vitiosum constat esse certa ubique medicina sanari, in qua re antiquiores libri saepe emendantem confirmabunt optionemque facilem reddent et certam.

Qui consuetudinem veterum a recentiorum sordibus diligenter discernere longo usu assueverunt, poterunt expiscari veram lectionem in loco ineptissime depravato 67, 2, 1. ubi puella ad amatorem: τοῦτο γοῦν καὶ μόνον ἐπριάμην τοῦ σοῦ ἔρωτος, ὅτι μοι τηλικαύτην πεποίηκας τὴν γαςέρα κτέ. Nemo, qui vel mediocriter in *Graecis* versatus est, concoquat quomodo ἐπριάμην ita dici possit. Verbum ὠνεῖσθαι apud veteres habet aoristum πρίασθαι certo perpetuoque usu, a quo nemo umquam descivit. Inspiciat mihi aliquis LYSIAE orationem XXII, videbit συνωνεῖσθαι et συμπρίασθαι passim sibi inter se respondere, ut aoristo praesens. § 6. ὁ νόμος ἀπαγορεύει μηδένα συνωνεῖσθαι et § 7. οὗτος μὲν ὁμολογεῖ συμπρίασθαι, ὁ δὲ νόμος ἀπαγορεύων φαίνεται et sic constanter veteres omnes loquuntur. Recentiores *Graeci* coeperunt ἐωνησάμην et ὠνησάμην dicere, hinc in libris *Atticistarum* permiscentur et confunduntur ἐπριάμην et ἐωνησάμην. Scriptura frequens in libris ἐπριᾶτο, πριᾶσθαι novo indicio est, quam ignari harum formarum Graeculi fuerint. Itaque ὠνησάμην et ἐπριάμην mutant locum, ὠνησάμην autem subinde apud eos, qui nihil cogitant, subrepit pro ὠνάμην, quod et ipsum amiserant Graeculi, qui vel ὠνασάμην eodem sensu coeperunt dicere, ut DIOSCORIDES in *Anthol. Graec.* IACOBS. Vol. I. p. 251

Πέντε κόρας καὶ πέντε Βιὼ Διδύμωνι τεκοῦσα
ἄρσενας οὐδὲ μιᾶς οὐδ' ἑνὸς ὠνάσατο.

Digitized by Google

Sic 12, 24. pro ὠνάμην δέ τι διὰ σὲ τῆς ἀποδημίας optimus A et C exhibent ὠνησάμην, ut in PHOTII Lexico legitur ὀνήσασθαι: ὠφεληθῆναι, ἀπολαύειν pro ὄνασθαι, (ipsius errore Grammatici, qui sexcentos commisit, in his τάλεσιν: ἀναλώμασιν bona fide pro τέλεσιν). Iam vero lectores elegantiores, quibus alicunde innotuerat πρίασθαι non ὠνήσασθαι esse dicendum, ὠνησάμην in ἐπριάμην refingebant, quod alibi fortasse scite factum est, at in illo loco, propter quem haec scribimus, infeliciter admodum res iis cessit. Repone igitur τοῦτο γοῦν καὶ μόνον ὠνάμην τοῦ σοῦ ἔρωτος et habebis quod solum ei loco convenit. Saepe LUCIANUS ἐωνησάμην et ὠνησάμην contra morem veterum usurpavit, nusquam infelicius quam in *Hermotimo* 20, 81. ἐγὼ ταλάντου ὠνησάμην τὸ πλημμέλημα παρὰ πένητος ἀνδρὸς τοῦ Ἐχεκράτους, ubi et forma vitiosa est et verbum non idoneum. Debuerat enim ἐξεπριάμην dicere. Sciri autem facile poterat a quolibet harum rerum curioso πρίασθαι solum antiquum et probum esse, nam multi hoc docuere magistri, vide PIERSON ad AELIUM HERODIANUM p. 453 et LOBECK ad PHRYNICHUM p. 138. Quam saepe correctores mutaverint in Lucianeis formas improbas sincerioribus infra erit ostendendi locus. Addam nunc potius verbum ex ὠνεῖσθαι compositum, quod propemodum sine vestigio periit: est autem ὑπωνεῖσθαι, cuius aoristus exstat apud THEOPHRASTUM *Charactt.* XL ὑποπρίασθαι φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι, lege εἶτα λαβὼν ἀποδόσθαι. Quid significet ὑπωνεῖσθαι luculenter apparebit e verbo simillimo, quod negligentia scribarum et BEKKERI παραδιορθώσει plane periit, sed in vitam revocari certo remedio potest. Editur in PHRYNICHI προπαρασκευῇ σοφιστικῇ in BEKKERI *Anecd.* I. p. 67, 32. ὑπεροψωνεῖν: τὸ ἀγοράζοντός τινος ὄψον ἕτερον τῇ τιμῇ ὑπερβάλλοντα ὠνεῖσθαι. Certissimum est ὑποψωνεῖν verum esse, quod non tantum analogia praestat sed et Codicis unici scriptura ὑποψόνην, cui vulgatam de suo BEKKERUS substituit, obiter Lexicis eximendam. Viden id ipsum esse quod THEOPHRASTUS dicit ὑποπρίασθαι, quod genus est βδελυρίας etiamnunc satis notum et frequens.

Quemadmodum LUCIANUS promiscue ἐωνησάμην (ὠνησάμην) et ἐπριάμην uti solet, sic ei perinde est utrum λήσω an λήσομαι dicat, quamquam illud solum probum est, hoc novicium et pravum. Legitur 13, 14. ὡς δὴ ἐνταῦθα λησόμενοι τοὺς πολεμίους,

26, 4. *ἐθαύμαζον εἰ ἐνόμισαν λήσειν οὐκ ἀληθῆ συγγράφοντες*, hinc certa emendatione restitui potest locus 69, 18. *οἱ δὲ μάλα σεμνοὶ καὶ σκυθρωποὶ φαινόμενοι ἢν παιδὸς ὡραίου ἢ γυναικὸς λάβωνται καλῆς ἢ ἐλπίσωσι σιωπᾶν ἄξιον οἷα ποιοῦσιν.* Interpretantur: *si puerum — vel nanciscantur* vel sperent *quid faciant silere melius est.* Facetum est *vel sperent.* In *καλῆσ ἢ* latet *καὶ λήσειν*, simillimum est compendium, quo *ειν* significatur, literae *η*, unde *δεῖν* et *δή*, *λαβεῖν* et *λαβή* et similia saepenumero confusa sunt.

De vitiis Graecitatis, quibus LUCIANUS ipse laborat, nondum agam, insigniora brevi post collecturus in unum, nunc vitia quaedam librorum, quae passim eius orationem inquinant et sententiam aut impeditam aut ineptam aut plane absurdam fecerunt, indicabo et tollam. Maritus de uxoris nequitia querens 47, 31. ita dicit: *ἐγὼ γὰρ ὁρῶν ταύτην οὐκέτι σωφρονοῦσαν οὐδὲ μένουσαν ἐπὶ τοῦ κοσμίου σχήματος κοσμουμένην δὲ καὶ τὰς τρίχας εὐθετίζουσαν ἐς τὸ ἑταιρικὸν καὶ φυκίον ἐντριβομένην καὶ τὼ ὀφθαλμὼ* (scrib. *τὠφθαλμὼ*) *ὑπογραφομένην κτἑ.* alienum est ab huiusmodi loco *κοσμουμένην*, etiam probae et pudicae *κοσμοῦνται·* omnes. Quid sit genuinum docebit scribarum error idem in eadem re commissus 17, 36. ubi recte editur e tribus libris *μεταξὺ κομμούμεναι καὶ τὰς κόμας παραπλεκόμεναι*, caeteri omnes *κοσμούμεναι* praeferunt. Hoc ipsum est, quod sententia loci postulat, itaque *κομμουμένην* restituemus, verbum in ea re tritum et LUCIANO adamatum, qui *κομμωτικήν* et *κομμώματα* in eleganti metaphora posuit 25, § 8 et 40, unde *κομμώτριαι* notissimae *Atticis.* Eximius est ad haec confirmanda locus in PLATONIS *Gorgia* p. 465 B. Quod *τὠφθαλμώ* obiter corrigendum esse diximus sciendum est librarios perpetuo crases et elisiones, quibus Veteres et Veterum imitatores constanter in loquendo et scribendo utebantur, resolvere et explere solere, quo nihil ingratius accidere potest auribus nitidissimae compositioni antiquae assuetis. In poëtis omnes continuo sarciunt damnum, non item in caeteris, quamquam scripturae Veterum librorum et imprimis vetustae corruptelae sexcenties istam fraudem arguunt. Sic confunduntur *κάτω* et *κἀγώ* 73, 49. *κακά* et *κἀκεῖ* 33, 54. *τἀπινίκια* abire solet in *τὰ πινίκια*, deinde supervenit alius, qui *τὰ πινάκια* stolide rescribit, quas

scripturas confusas videbis 58, 52. In ANDOCIDIS oratione in *Alcibiadem* § 29. p. 33, 1. omnes libri servant: *εἰς τὰ πινάκια τῇ προτέρᾳ τῆς οὐσίας* pro *εἰς τἀπινίκια τῇ προτεραίᾳ τῆς θυσίας*, sic libri veteres describuntur scilicet: *τἀπινίκια* recte BEKKERUS DEMOSTHENI reddidit p. 380, 22, non p. 1356, 8, non PLATONI in *Symposio* p. 173 A. et aliis locis, qui eodem iure correctionem flagitant. Constanter dicebant *τἀγαθά*, *τἀληθῆ*, *τἀπιτήδεια*, *τἀναγκαῖα*, *τἀνδράποδα*, *τἀπίχειρα*, similia, ut *τἀγαθόν*, *τἀληθές*, *τἀργύριον*, alia multa, cuius rei sexcenta exempla et indicia libri suppeditabunt. Fluctuant in LUCIANO codices in *τἀγαθά* et *τὰ ἀγαθά* 1, 9. in *τοὐπίσημον* et *τὸ ἐπίσημον* 20, 44, in *τοὐπίλουτρον* et *τὸ πίλουτρον* 34, 2. in *τοὐνύπνιον* et *τὸ ἐνύπνιον* 45, 28. *τὸ οὐρροπύγιον* IACOBITZ dedit 57, 3. pro *ὁ ἐμός* saepe in libris est *οὑμός* v. c. 42, 39. sic *τὸ ἀκρίβες* et *τ' ἀκριβές* alternant 44, 11, namque sic scribunt isti quum nihil mutant, ut *τὰ 'σκληπιῷ* 73, 27 et § 33. *τ' ἀνδρὸς* et *τὰ 'πίχειρα* 17, 24. Saepius *τὰ μά* occurrit, ut 15, 24. 45, 30. et *τὰ κείνου* 44, 18. pro *τἀκείνου*. Semel, quod sciam, contrario errore peccatum est et *προὐκπεπομφώς* pessime pro *προεκπεπομφώς* scriptum 32, 56. Est operae pretium in cognoscendis et aestimandis codicum antiquiorum scripturis huius rei certissima vestigia indagare, quod nuperrime fecit HIRSCHIGIUS in PLATONE, ubi *περιτακτός* pro *περὶ τακτός*, *οὐδὲν ἔχει πολλή* pro *οὐ δ' ἕνεχ' ἡ πολλή* et similia annotavit. ARISTOPHANES pro *μέντοι ἔφασκε* dixerat, ut tum omnes solebant, *μέντοὔφασκε*. Librarii pro capitu suo nobis dederunt in *Ecclesiaz.* 408:

*παρῆλθε γυμνός, ὡς ἐδόκει τοῖς πλείοσιν,*
*αὐτός γε μέντ' οὐ φάσκεν ἱμάτιον ἔχειν*

et ad hunc diem *μέντ' ἄν* et *μέντ' ἄρα* in multis haeserunt. Apud STRABONEM II. p. 74. *τουτὶ τὸ γράμμα* in libris est pro *τοὐπίγραμμα*, quod KRAMERUS feliciter a se repertum recipere debuerat. Eiusdemmodi est quod BADHAMUS in HESYCHIO reperit v. *τακτονίτου*: *τὰ τῶν μαγείρων ξηρὰ ἀρτύματα, διὰ τὸ ἐνταῦθα καὶ τὸ νίτρον πωλεῖσθαι*, unde eruit *τἀκ τοῦ νίτρου*, sed fugit eum dudum praeripuisse hanc emendationem PIERSONUM in eximia annotatione ad MOERIDEM p. 351 sq. *τἀκ τοῦ νίτρου* descriptum e *λέξει κωμικῇ* DIDYMI pertinet ad locum ANAXIPPI apud ATHENAEUM IV. p. 169. B.

*οὐ μὴ πρότερόν οἴσεις, θεοῖσιν ἐχθρὲ σύ,*
*τὸ λεβήτιον, τὰχ τοῦ νίτρου, — πάλιν ὑστερεῖς;*

ubi in MARCIANO Codice unico est *κὰκ τοῦ λητρου*, verum vidit MEINEKIUS. ΛΗ natum est ex ΝΙ, ut saepissime Ν et ΛΙ permixta sunt. *Φαυλίου μάντεως* apud PLUTARCHUM editur in *Quaestt. Rom.* p. 268. d. pro *Φαύνου*. Longe turpius est in PHOTII *Lexico* *Ναξίαν́θος*: *ἀκοή*, pro *Ναξία λίθος*: *ἀκόνη*. In LUCIANO tantillum vitium mirificas turbas dederat 9, 3, 2. pro ΞΥΝΑΝΑΜΙΓΝΥCΟ scriba codicis antiquissimi B. aliud agens dedit *ξυναλία μίγνυσο*, (ut alii § 1. *ἀλίας* pro *μιᾶς*) unde nescio quis *ξυναυλίᾳ μίγνυσο* temere effinxit. HEMSTERHUSIUS exquisita doctrina commendavit lectionem *ξυναυλίᾳ μίγνυσο* (*τῇ ἀγαπωμένῃ*) sed frustra, opinor, quasi quis in ea re possit *μοναυλεῖν*. Quod in reliquis omnibus libris est *συναναμίγνυσο* (*ξυναν.*) tandem revocavit BEKKERUS. Subveniendum est LUCIANO simili de causa laboranti 40, 12 *ἣν μὲν πάνυ ἐγγύθεν σκοπῶμέν τι καὶ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν οὐδὲν ἀκριβὲς διαγιγνώσκομεν* pro manifesto vitio repone *ὑπὸ τὠφθαλμὼ αὐτώ*. In elisione explenda non minus licenter scribae grassantur. Facetum est videre criticos turpes hiatus invehentes, ubi unus et alter liber molestam vocalem suppeditat. Quid illis sit tribuendum duobus exemplis ostendam. In ATHENAEI Codice unico et in apographis legitur lib. V. p. 215. f. *ἔφευγεν ἄγων δὲ οὐ δύο τέλη περιπέμψαντος τῶν ἱππέων*, ubi e THUCYDIDE IV. 96 dudum correctum est *ἔφευγε Παγώνδου δύο τέλη κτἑ.* In PLATONIS *Rep.* III. p. 388. E. *οὔτε ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἄν τις ποιῇ ἀποδεκτέον* natum est ex ΟΥΤΑΡΑ, in quo *οὔτοι ἄρα* inest in *οὔτἄρα* more *Attico* conflatum. In farragine variarum scripturarum saepe huius rei impressa vestigia deprehendes, ut in LUCIANO 58, 5 ubi pro *ἄρα ἂν* alii *δρᾶν* exhibent, id est ΑΡΑΝ, *ἄρ' ἄν*, et passim similia apud eundem et caeteros. Saepe antiquissima vitia huius rei certum indicium faciunt. Luculentum imprimis exemplum est in LUCIANO 12, 14 ubi CHARON edoctus a CLOTHO quis vitae exitus maneat arrogantissimos mortalium CROESUM, CYRUM, POLYCRATEM exclamat: *Ἄγαμαι Κλωθοῦς γεννικῆς. καὶ αὐτούς, ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες.* In ΚΑΙΑΥΤΟΥC inerat *καῦ' αὐτούς*, quid illis facias, qui *καὶ αὐτούς* dederunt. Tum pro *ἄγαμαι Κλωθοῦς γεννικῆς* reci-

piendum fuerat ex aliis libris: εὖγε, Κλωθοῖ, γεννικῶς καὶ αὐτούς, ὦ βελτίστη. Tantilla res in PLATONIS codicibus efficit, ut homo venustissimus et, si quis alius, urbanus, subrusticus esse videatur. Legitur in *Symposio* p. 213. E. ἄρχοντα αἱροῦμαι, ἕως ἂν ὑμεῖς ἱκανῶς πίητε, ἐμαυτόν. ἀλλὰ Φερέτω 'Αγάθων εἴ τι ἐστὶν ἔκπωμα μέγα. μᾶλλον δὲ οὐδὲν δεῖ, ἀλλὰ φέρε, παῖ, φάναι, τὸν ψυκτῆρα ἐκεῖνον. Rustici est dicere Φερέτω 'Αγάθων, servile hoc ministerium est et multi servuli adstabant: deinde satis imperiosum est Φερέτω 'Αγάθων, utrumque vitium ab ALCIBIADIS et AGATHONIS persona alienum est. Subest idem vitium, quod DOBRAEUS perite sustulit ex HERMIPPO ATHENAEI XII. p. 524. f. χαίρω διαπόντιον στράτευμα, τί πράττομεν; quemadmodum ille rectissime restituit:

χαῖρ', ὦ διαπόντιον
στράτευμα, τί πράττομεν;

sic nos PLATONIS manum sic restituemus: ἀλλὰ φέρετ', ὦ 'Αγάθων, εἴ τι ἐστὶν ἔκπωμα μέγα.

Subiiciam nunc locos LUCIANI aliquammultos, in quibus dicendi genus et *Graecitatis* usus sine labe est, at sententia aegra et inepta et male sana circumambulat ob aliquod vitium, quod longa dies et incuria hominum affricuerunt. Horum bona pars sanari potest, et malum a perito medico simul deprehenditur et curatur, sunt quaedam insanabilia, a quibus manus melius abstinebis, estque boni critici, quod ipsius LUCIANI verbis iuvat dicere (29, 4), πάντων πρῶτον τοῦτο συνορᾶν εἴτε ἰάσιμόν ἐστι τὸ νόσημα εἴτ' ἀνήκεστον καὶ ὑπερβεβηκὸς τοὺς ὅρους τῆς τέχνης, ubi malum est manifestum, remedium non est, obscuratis et deletis antiquae scripturae omnibus indiciis vestigiisque. Certa parata est medicina LUCIANI loco 2, 2, ubi suam facundiam et dicendi facultatem comparat cum iis, ὁπόσοι ἐν δίκαις εὐδοκιμοῦσι ξὺν ἀληθείᾳ ποιούμενοι τοὺς ἀγῶνας: iis, quae nos dicimus, inquit, οὔτε κίνησις ὁμοία πρόσεστιν οὔτε ψυχῆς δεῖγμά τι ἀλλὰ τέρψις ἄλλως καὶ παιδιὰ τὸ πρᾶγμα. Nihil significat δεῖγμα aut δεικνύναι τὴν ψυχήν. Quid sit verum PLATONIS locus aperiet *de Rep.* V. p. 474. D. πάντες οἱ ἐν ὥρᾳ τὸν φιλόπαιδα καὶ ἐρωτικὸν ἀμηγέπῃ δάκνουσί τε καὶ κινοῦσι, quidquid autem animum *vehementer commovet* δάκνειν τὴν καρδίαν, τὴν ψυχὴν δάκνειν dicitur. Pulchre SOPHOCLES:

Digitized by Google

*οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρῆμ' ἐλευθέρου δάκνον*
*ψυχὴν ὁμοίως ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία.*

vide quae congesserunt Intt. ad *Acharnenses* vs. 1. Saepe λόγοι dicuntur δάκνειν, ut PLATO dixit *Sympos.* p. 218 A. δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, hinc igitur οὔτε ψυχῆς δῆγμά τι reponendum esse censeo.

Periit iocus 4, 12. ὁ σταυρὸς ὑπὸ τούτου μὲν (τοῦ ταῦ) ἐδημιουργήθη, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται, dicitur crux *istius opera* (ut vertunt) effecta esse, sine sensu ut opinor. Dixerat scriptor lepidus crucem ab odiosa littera T et *formam* accepisse et *nomen*, corrige ἀπὸ τούτου, *ad huius formam.*

galerij gaat nog ver voort, haar einde is nog niet gevonden. De materialen zijn kostbaar: de poort van rozenkleurig graniet, ook de groote galerij is van graniet, maar met heerlijk albast geplaveid: daarentegen in de zijgalerijen en in het vertrek zijn de muren van albast, plafond en plaveisel van graniet. — In eenen tweeden brief geeft M. op een geheel stelsel van kamers en galerijen ontdekt te hebben, allen van albast en graniet, bestaande uit groote blokken, zoo als de groote pyramiden van binnen gebouwd zijn, vooral de hellende galerij in de pyramide van Souphis. Opschriften en reliefs ontbreken. Ook omtrent den Sphinx zelven heeft men eerst uit votivstelen in zijne nabijheid iets omtrent den tijd van zijne oprigting kunnen besluiten. De oudste dier opschriften wordt besproken: hoogst waarschijnlijk behelsde deze oorspronkelijk de uitdrukkelijke vermelding, dat koning Schafra (Chephren) de stichter der tweede pyramide, ook den Sphinx heeft opgerigt; dus dagteekent hij van de 4e dynastie. Eveneens maakt M. dit op uit een ornament dat den Sphinx verzelt op de stele die het juist meêgedeelde opschrift draagt, een ornament dat men terug vindt op den sarkophaag van Menkeres en op de gelijktijdige » cuve de granit" te Leyden (L. n$^0$. 1, vgl. *Descr. Rais.* p. 146). Geen tot nog toe bekende tempel klimt tot zoo hoogen tijd op. — N$^0$. 5. *Revue critique.* p. 94. *E. Beulé*, *l'acropole d'Athènes*, T. I; art. de M. A. Maury (z. zoo *Letterb.* 1854. N$^0$. 27). Dit deel behandelt de Propylaeen, den tempel van Nike ἄπτερος, de Pinakotheek, en de heilige plaatsen van Artemis van Brauron en Athene ἐργάνῃ. De propylaeen waren geen vestingwerk, tegen Leakes gevoelen. Het historisch gedeelte is lofwaardig: opgemerkt wordt dat Perikles zijne groote gebouwen niet alleen uit kunstzin deed oprigten maar vooral om het volk aan zich gehecht te maken. B. schijnt aan de Grieksche kunst en beschaving een Aegyptischen oorsprong toe te schrijven, maar b. v. de naam Cekrops is zoo min Aegyptisch als ἄστυ, en enkele punten van overeenkomst zijn alleen voorbeelden van die algemeene gelijkenis, welke tusschen alle volken gevonden wordt, voor zoover gebouwen betreft die met hetzelfde doel waren opgerigt. B. kent den aard der oorspronkelijke Grieksche geschiedenis nog niet genoeg, vandaar dat hij Agrolas en Hyperbios, de oprigters van het Πελασγικόν, voor werkelijke personen aanziet. Het boek is met talent geschreven, een weinig te declamatorisch. — p. 96. *A. F. Pott, die Personennamen*, art. de M. L. Delatre. De geographische namen zijn verzuimd: het is te hopen dat dit gemis weldra zal worden aangevuld, reeds om te vermijden dat men spreekt van een meer van Azof (meer van meer), van eenen berg Gibel (berg berg) enz. Onder verbasteringen behooren Negroponte (zwarte brug) voor ἐν Εὐρίπῳ, Monte matto (dwaze berg) voor Ὑμηττός. Salomo heeft dezelfde beteekenis als Irenaeos (vrede-rijk), Frederik; David dezelfde als Erasmus, en Guibert staat gelijk met Perikles: onder de bijnamen staan bijna alleen zeer bekende, Plancus, platvoet, Pansa, breedvoet, enz. Michel Angelo's naam moet *Buonarroti* worden geschreven. — *Sociétés Savantes. Acad. roy. de Belgique. Cl. d. Lettres. M. Roulez, Remarques Épigraphiques*, overgedrukt. 1. Petronius Pollianus, legatus pro praetore in Belgie. Verbetering van een opschrift. 2. De procurator Q. Axius is niet dezelfde als Q. Axius Aelianus. 3. Verbetering van een opschrift te Tibur. 4. Proximus rationalis et a commentariis provinciae Belgicae. Titel van een financiëlen ambtenaar; eenige zwarigheden worden besproken.

*L.*, 6 *Julij* 1854. E. J. K.

(*Het vervolg in een volgend nummer*).

Digitized by Google

# DE CYRILLI, ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, LEXICO INEDITO.

ACCEDUNT EMENDATIONES SELECTAE IN GRAMMATICIS GRAECIS.

(*Continuantur e Mnem.* III. 235).

Magnopere dolendum est, non ita comparata esse SCHUBARTI excerpta, ut variorum codicum discrimen in una eademque litera demonstrare possim, quum e variis *στοιχείοις* specimina sua ille hauserit. At brevitati perspicuitatique quantum maxime fieri poterit consulam, meum faciens illud Comici: *ut quimus, aiunt, quando ut volumus non licet.* Omnia ad *Leidensis codicis* normam exigam et cum eo conferam. Itaque primo loco ex eo pauca quaedam e litteris M et X describam, ut noster codex cum iis, quae a DOCENO e *Monacensi* et a MATTHAEIO e *Mosquensi* edita sunt, comparari possit, additis, quae huc pertinentia in SCHUBARTI schedis reperi. Deinde e *Codicibus Vindobonensibus* selecta nonnulla cum *Leidensi* conferam, ita tamen, ut non totas glossas describam — opus fastidiosum et inutile — sed lemmata tantum. Quum enim ex iis, quae e litteris M et X excerpam, lexici ratio scriptorisque ars satis luculenter cognosci queant, interpolatio quantopere grassata sit in CYRILLI glossario lemmatis productis haud minus perspicietur, ac si descripta singularum glossarum explicatione opusculum praeter necessitatem traxissem et extendissem. Ipsorum *Vindobonensium* Codicum brevem praemittam notitiam. De quibus in schedis accuratissime egit SCHUBARTUS, a quo in hac re totus pendeo.



Digitized by Google

I. *Codex Vindob. Philol. et Philos.* CCCXIX est pergamenus, forma quadruplicata, et comprehendit 116 folia; non ab eadem scriptus videtur manu, sed diligentiore usque ad literam *π*, negligentiore quae sequuntur. Scripturae compendia crebra nec satis accurata. Fuit olim ex libris CORMANNI BRIXII, postea I. SAMBUCI. Titulus minio scriptus eadem qua codex ipse manu: *Κυρίλλου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λέξεων συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον.* Observatus est ordo alphabeticus, si excipias litterarum singularum extrema (A).

II. *Codex Philol. et Philos.* CCXII est chartaceus, formae quartae, ab AUG. DE BUSBECKE *Constantinopoli* comparatus. Complectitur folia 274. Diligenter est scriptus et bonae notae. Continet:

1) CYRILLI lexicon usque ad fol. 203.

2) *Περὶ λέξεων δεχομένων διάφορον σημαινόμενον κατὰ στοιχεῖον*, usque ad fol. 211 (est IOH. PHILOPONI).

3) Libellum sine titulo, qui incipit: *Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων.* Est historia a creatione mundi usque ad ANDRONICUM imp. MICHAELIS PALAEOLOGI filium, usque ad fol. 267.

4) Folia quaedam, observationes miscellas astronomicas, medicas, physicas cett. continentia. Deest initium et finis.

CYRILLI lexicon hoc titulo inscribitur: *τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λέξεων χρησίμων συναγωγὴ καὶ συνάθροισις.* Digestum est lexicon ordine alphabetico. In marginibus multae glossae adduntur, non paucae inter lineas inseruntur. Interdum eaedem in ipso opere iam inveniuntur, interdum casu tantum vel persona mutatis. Manifesta interpolationis vestigia apparent, insertis glossis glossarumque serie extra ordinem alphabeticum (B).

III. *Codex Philol. Philos.* CCXLIV est chartaceus, formae quartae, non valde antiquus, complectitur 289 folia. Continet:

1) CYRILLI lexicon usque ad fol. 281. Titulus: *τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον.* Litterae initiales rubro colore scriptae, sed saepius omissae sunt. Ordinem alphabeticum ternae plerumque priores litterae observant. Additamenta etiam in hoc codice facile deprehenduntur.

Digitized by Google

2) Αὐτολεξίας, easdem, quae in Cod. CCXII Ioh. Philoponi libellum excipiunt.

Sequuntur minora quaedam glossaria, plane eiusdem generis, qualia post Cyrillum in *Cod. Leidensi* addita esse supra indicavi (λέξεις τῶν ψαλμῶν, τῶν ᾠδῶν, λέξεις ἐγκείμεναι τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις), in fine libri p. 289 ἐκ τῶν Ῥωμαικῶν λέξεις (C).

IV. *Codex Philol. et Philos.* XXXII continet e Cyrilli Lexico literas Χ, Ψ, Ω et partem literae Φ (D).

V. *Codex Philol. et Philos.* CLXXI est chartaceus, forma quarta, bonae notae, diligenter et accurate scriptus. Complectitur folia 394, sed ab initio et in fine est mutilus. Continet:

1) ad fol. 355 Cyrilli lexicon: incipit in vocabulo ἀβδηρίτης: ἄνεμος οὕτω καλούμενος, explicit in vocabulo ᾧ: τῷ ἰδίῳ.

2) fol. 355: αὐτολεξίαι.

3) eadem pagina foliisque sequentibus glossas in *Psalmos*, *Odas*, *Evangelia et Acta App.*, λέξεις ἀποστολικάς, explicationes nominum in S. S. obviorum.

4) fol. 380: nomina fluviorum et montium.

5) fol 381: glossas ad librum *Hiob.*, ad *Proverbia*, ad *Prophetas*, ad *Regum* libros, *Ecclesiast.* et πανάρετον σοφίας.

6) (Io. Philoponi) περὶ λέξεων διαφόρων δεχομένων διάφορον σημαινόμενον; sed priores tantum glossae usque ad ἀληθές supersunt. Reliqua cum ipsis foliis perierunt (E).

## 1. Littera Μα e Codice Leidensi.

Μαγάς: σάνις τετράγωνος ὑπόκρυφος (leg. ὑπόκουφος) δεχομένη η (del.) ἐφ ἑαυτῆς τὰς νευρὰς καὶ ἀποτελοῦσα τὸν φθόγγον. — Μαγιστόρους: ἐπιστάτας, διδασκάλους. — Μάγγανον: παράδοξόν τι· λέγεται δὲ καὶ ἡ γοητεία. — Μαγεία: ἡ κατασκευὴ τῶν ὁμοιωμάτων καὶ ἡ ἄρτυσις τῶν ἑψημάτων (leg. ἑψημ.). — Μάγις (leg. μαγίς): ἡ τράπεζα. — Μακελλάριος: ὁ σφάζων τὰ ζῶα, μάκελ γὰρ καὶ μακέλλης ῥωμαϊστί ἐστιν ὁ σφαγεύς. — Μέρα (leg. Μαῖρα): ὑπό τινων ὁ ἥλιος. — Μακκάβαιος. κατὰ Πέρσας κάρανος, τουτέστι δεσπότης, τῇ δὲ Σύρῳ διαλέκτῳ ἀνδρεῖος, πολεμιστής, δυνατώτατος. — Μακρόθυμος: παρὰ τὸ μακρὰν (leg. μακρόν) ἔχειν τὸν θυμόν. — Μάγοι. ἔθνος. οἱ



Digitized by Google

ἔλαφρος (leg. ἐλάφρως) ἐπᾴδοντες τοὺς ἀλγοῦντας τόπους τῶν πασχόντων ἰῶν τὸ ἡδὺ προσπνέοντες (leg. πασχόντων· ἰῶντο ἡδὺ προσπνέοντες). — Μαγγάνεια: ἡ στρεβλίτης (leg. στρεβλότης). — Μάν ὅ ἐστι πάνυ ζητεῖν (fort. μαστεύειν: πάνυ ζητεῖν). — Μαθητειώσας (leg. μαθητιώσας): μαθεῖν θελούσας. — Μαθὼν παρότου (leg. παρά του): Διδαχθεὶς παρά τινος. — Μαιμάσσει· σφύζει, προθυμεῖται, κυματοῦται, πηδακαχλάζει (leg. πηδᾷ, καχλ.). — Μαιωθήσονται (leg. μαιοθήσονται): γεννηθήσονται, θεραπευθήσονται. — Μαία: ἰατρίνη, ταῖς ἐν τῷ τίκτειν κινδυνευούσαις γυναιξὶ βοηθοῦσα. — Μάκελλαν: τὴν δίκελλαν. — Μαινάδας, πόρνας μαινομένας, ζητούσας βακχεύειν, παραφόρους. — Μακρηγορίας: μακρὰς διαλέξεις ἢ ὑπαγορίας. — Μακραίων: ἀτελεύτητος αἰών. — Μακάρων: μακάρων (leg. μακαρίων) θεῶν ἁγίων. — Μακάριτος: ὁ μὴ κυρὶ (leg. κηρὶ) τουτέστι φθορᾷ ὑποκείμενος. — Μανδήλιον: μανειήλιον καὶ μανδήλιον τὸ σπογγίζον (σπογγίον?). — Μάκτρα: ἐν ᾗ ἔμασσον, ἣν οἱ Ἀττικοὶ κάρδοπον ἐκάλουν. — Μάραθον: Ῥωμαῖοι λέγουσιν αὐτὸ φαίνουκλον παρότι φαῖνον ποιεῖ τὸν ὄκλον (leg. ὄκλον), ἤγουν τὸν ὀφθαλμόν. Ἕλληνες δὲ διὰ τὸ μαραίνειν καὶ ξηρᾶν ποιεῖν τὴν σάρκα ἤτοι ψωριᾶν ἐσθιόμενον πολύ. — Μαλαθρον (μάραθρον?): ὅτι μάλα θρέει ἤγουν ὠφελεῖ τὴν ὅρασιν. — Μαλακόν: ἁπαλόν. — Μάλιστα: μάλα, πάνυ, λίαν. — Μαλερόν: τὸ καυστικὸν καὶ μαραντικὸν πῦρ. — Μαρώνειος: οἶνος. — Μάλα εἶπε: λίαν εἶπε. — Μαλασαφῶς (distingue μάλα σαφῶς): πάνυ φανερῶς. — Μακάρης (leg. μακαρίτης): μακάριος. — Μαλθακός: τρυφερός, εὐμάλακτος, ἐκλελυμένος. — Μάλεια: ὄνομα ὄρους. — Μαλακία (leg. μαλκία): νόσος. — Μαλαχός (leg. μαλακός): ἀσελγής. — Μαλακός: ἀναπεπτωκός (leg. —κώς), νοσερός· λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀσελγοῦς. — Μᾶλλον: λίαν, πάνυ, πλέον. — Μαυροῦσιν: ἐλαμποῦσι (?). — Μαλάχη: μολόχει (leg. — χη). — Μαμιλάρια: ψαλίδια. — Μανώτατα: ἀρεώτατα (leg. ἀραιότατα). — Μανόν: ἀρεόν (leg. ἀραιόν). — Μαμονάς: τὸ κέρδος, χρυσός, πλοῦτος. — Μάκελλα: σκάφιον, δίκελλα. — Μαίμων (leg. ὁμαίμων): ὁ ἀδελφός. — Μαιευομένη: γεννομένη (leg. — ωμένη). — Μανδύας: ἱμάτιον, τὸ λουρικόν. — Μανείην: χολωθείην. — Μάρψαι: τὸ ταῖς χερσὶ συλλαβεῖν. — Μαρμαρυγάς: λαμπιδόνας (leg. λαμπηδόνας). — Μαργαίνει: μαίνεται. — Μανδραγόρας: εἶδος βοτάνης.

Digitized by Google

— Μαστροποί: μαιλισταὶ (leg. μαυλισταί. Cf. Phot. i. v. μαστροποί et Hesych. i. v. μαυλίζων), πορνοβοσκοί. — Μαργῶσαν: μαινομένη (leg. — ην). — Μάρναται: μάχεται ἐν πολέμῳ. — Μαρμαίρει: λάμπει, καταυγάζει. — Μάρσιππος: σάκκος, θυλακίον, βαλλαντίον. — Μαρίλη: τὸ λεπτὸν τῶν ἀνθράκων. — Μάργος: μαινόμενος. — Μαρτζικαυλός: πτωχός (?), καυλός. — Μαραδώνειος (leg. — ιος): ἐνταφιασμός. — Μαυσώλειος (leg. — ειον): τάφος. — Ματζουμάνος: ἰσχνοχείρ· μανον γὰρ ἡ χεὶρ καὶ ματζον τὸ ἰσχνόν. — Μάτρικες: ἀπογραφαὶ ἢ ἀντιγραφαί. — Μάστιξ: παρὰ τὸ ἱμάσσω· σημαίνει δὲ τὸ πλήττω· τοῦτο παρὰ τὸ ἱμάς, ὃ σημαίνει τὸν λῶρον. — Μαστίγιος (leg. — στιγίας): ὁ δι' ἁμαρτίας μαστιζόμενος. — Ματεύων (leg. μαστεύων): ζητῶν. — Μάσσει: φυρᾷ, ζυμοῖ. — Ματρυλλεῖον: τόπος πορνῶν. — Μάχλας: πόρνη. — Μαχλῶντες: πορνεύοντες ἀκολάστως· — Μάψ: ἐπίρρημα μεσότητος, ἀντὶ τοῦ ματαίως. — Μαψίδιον: μάταιον. — Sequuntur aliquot glossae, a Με incipientibus interpositae: Μάχεσθαι: πολεμεῖν. — Μᾶσσον: τὸ μέγα καὶ μικρόν.

## 2. Littera Χα e Codice Leidensi.

Χάζετο: ἀνεχώρει. — Χάζεο: ἀναχώρει. — Χάζεο τῆλε: ἀναχώρει μακράν. — Χαζομένῳ: ἀναχωροῦντι. — Χαίτην: τὴν κώμην (leg. κόμην) τῶν τριχῶν. — Χαίρειν φράσαντες: ἀποταξάμενοι. — Χαίρειν: ὅτε λέγει τις χαίρειν σοι λέγω, ἤτοι κατεφημισμὸν (leg. κατ' εὐφημισμὸν) ἀντὶ τοῦ πόρρωθέν σε ἀσπάζομαι, οὐ προσπιοῦμαι (leg. προσποιοῦμαι), ὅτι πάρει. — Χαίρετε: θαρρεῖτε. — Χάλεσι: τοῖς ὄνυξι. — Χαλεπήνας: ἀγανακτήσας. — Χάλκιον: τὸ θερμαντήριον σκεῦος. — Χαλινός: ἐκ τοῦ χαλᾶν τὰ ἡνιά. — Χάλαζα: ἐκ τοῦ χαλᾶσθαι ἄνωθεν. — Χαλέπτη (leg. χαλέπτει): κακίζει. — Χαλκεομήτωρ (?): ἰσχυρόφωνος. — Χαλκίς: ἡ γλαῦξ, εἶδος ὀρνέου. — Χαλκοκορυστήν: χάλκῳ ὁπλιζόμενον ἢ κράνος ἔχοντος (leg. — τα) χαλκοῦν. — Χαλεπῶς: δυσκόλως. — Χαλίφρων: ὁ ἀσυνετός, κυρίως δὲ ὁ μέδη ἀφρένων (leg. μέθῃ ἀφρονῶν). Χάλις γὰρ ὁ ἄκρατος οἶνος παρὰ τὸ χαλᾶν, ἀνιέναι τὰς φρένας. — Χαμαιλέων: διὰ τὸ ποικίλον τοῦ εἴδους. — Χαμαιτύπη: ἡ πόρνη παρὰ τὸ χαμαὶ τύπτεσθαι ἀδόξως. — Χαμαίζηλοι: ταπεινοὶ ἢ δι-

φροικοὶ λώδεις (leg. δίφροι κοιλώδεις). — Χαμεύνης (leg. χαμευνης): χαμαίκοιτος. — Χαμαιπετεῖ: ταπεινῷ ἢ χαμαὶ κειμένῳ. — Χαμαιταιρίς (leg. χαμεταιρίς): πόρνη. — Χαμαιτυπιῶν (?): τῶν πολὺ μετεχόντων τῶν συνουσιῶν. — Χανδόν: ἀπλήστως, ἀθρόως, χωρητικῶς. — Χανδὸν πιεῖν: κεχηνότας καὶ ἀθρόως πιεῖν. — Χαράδριος: παρὰ τὸ χαίρειν τοῖς ὕδασιν: ἑλώδες γὰρ τὸ ὄρνεον. — Χάραγμα: κοίλωμα ὄρους. — Χαράδραι: αἱ ὑδορίαι (leg. ὑδρορρόαι; sed v. LOBECK *ad Phryn.* p. 422), οἱ μικροὶ φύακες (leg. ῥύακες). — Χάριν τούτου: διὰ τούτου. — Χάρις: δωρεὰ, ἀρετή. — Χαρακτηρίζει: διὰ τῶν αὐτῶν χαρακτήρων σημαίνει. — Χάραξ: φραγμὸς ὀξέσι ξύλοις ἢ καλάμοις ἐχόμενος. — Χαράκια: τὰ ὑποστηρίγματα. — Χαράβδη (?): λύμη σίτου. — Χάρακες: ἄκανθοι καὶ κάλαμοι. — Χάρακα (leg. χαρακία. cf. HESYCH. i. v.): χαράκωμα, περίφραγμα. — Χαρωπός (leg. χαροπός): ἐπιχαρὴς, εὐόφθαλμος. — Χαρυβδίς: ἡ ἀναπινομένη θάλασσα περὶ τὰ Γάδειρα, καὶ πάλιν ῥαγδαιωτέρως (leg. — οτέρως) ἐπεναστρέφουσα (leg. ἐπαναστρ.)· εἴρηται δὲ καὶ πᾶν τὸ εἰς χάος κατασπῶν. — Χαρία: βουνὸς, σωρός. — Χαρίεσαν (leg. χαρίεσσαν): χαριεστάτην, τερπνήν. — Χαρίει (leg. χαρείη): τερφθείη, εὐφρανθείη. — Χαριστηρία: εὐχαὶ ἐπινικίοις (leg. ἐπινίκιοι), εὐχαριστηρίαν εὔχυνσαι (leg. εὐχαριστίαν ἔχουσαι). — Χαρακτήρ: ἐκ τοῦ χαράσσω καὶ σκιάζω καὶ μορφῶ. — Χάρμη: ἡ μάχη. ἔστι δὲ ὅτε δηλοῖ ἡ λέξις καὶ τὸ χαίρειν τῇ μάχῃ. — Χαρασσομένη: γραφομένη. — Χάρτης; παρὰ τὸ χῶ, τὸ χωρῶ, ὁ τὰ γραφόμενα χωρῶν, ἢ διὰ τοὺς χαρακτῆρας. — Χάσμα: σχίσμα, χάος. — Χαυόνας (leg. χαυνῶνας): ἄρτους ἀναφυραθέντας κριθίνους, ἢ λάγανα (leg. λάχανα) ὀπτά. — Χάος: δηλοῖ τὸ μέγα καὶ ἀπέραντον χώρημα.

## LITTERA Xα E CODICE VINDOBONENSI D.

Χάα: ὑδρία, κάλπη. — Χάβον: περιστόμιον, καπίστριον. — Χάζετο: ἀνεχώρει. — Χαίτην: τὴν κόμην τῆς κεφάλης. — Χαίρετε: θαρρεῖτε. — Χαλεπαίνειν: ἀγανακτεῖν, ὀργίζεσθαι. — Χάλεσι: τοῖς ὄνυξι. — Χαλκεομήστωρ (?): ἰσχυρόφωνος. — Χαλεπεῖ (leg. Χαλέπτει): κακίζει. — Χαλεπῶς: δυσκόλως. — Χαλκοκορυστήν: χαλκῷ ὁπλιζόμενον ἢ κράνος ἔχοντα χαλκοῦν. —

Digitized by Google

Χαμευνοίαις (leg. χαμευνίδες): χαμαικοιτίδες. — Χαμαιπετεῖ: ταπεινῷ ἢ χαμαὶ κειμένῳ. — Χαμαιτυπίων (?): τῶν πολυκοίτων συνουσιῶν. — Χετίμ: ἡ Κύπρος. — Χαμαιτύπη: πόρνη ἄδοξος. — Χανδόν: ἀπλήστως, ἀθρόως. — Χαρακτηρίζει: διὰ τῶν χαρακτήρων σημαίνει. — Χάρακες: ἄκανθοι καὶ κάλαμοι. — Χαρακώματα: περιφράγματα. — Χαραυδος (?): λύμη σίτου. — Χαράδραι: μικροὶ ῥύακες. — Χαροπὸς: ἐπιχαρὴς καὶ εὐόφθαλμος. — Χαρυβδίς: ἡ ἀναπινομένη θάλασσα περὶ τὰ Γάδειρα καὶ πάλιν ῥαγδαιοτέρως ἀναστρεφομένη. ἢ θηρίον ἀναρροφῶν θάλασσαν, εἴρηται δὲ καὶ πᾶν τὸ ...... (reliqua cum ipso margine abscissa sunt). — Χαρία: βουνὸς, σωρός. — Χαρίεσσα: χαριεστάτη, τερπνή. — Χαριστήρια: δῶρα, εὐχαὶ ἐπινίκιοι, εὐχαριστίαν ἔχουσαι. — Χάβοντας (leg. χαυνῶνας): ἄρτους ἀναφυραθέντας κριθίνους ἢ λάχανα ὀπτὰ ἢ ὀστέα ὀπτώμενα.

### 3. Littera Βα e Codice Vindob. E.

Βάαξ. — βαβαί. — βαβύας. — Βαβυλών. — βαβύρας. — βαίνειν. — βαίομαι [1]. — βαῖον. — βαιόν. — βαγεύει. — βάγιον. — βαγρείας. — βάδδηνον. — βαδελέγει. — βάδην. — βάδιος. — βάδισται [2]. — βάζει. — βάξιν. — βάθος. — βάθρον. — βαθύ. — βαθυδίνης. — βαθυλήϊον. — βαθὺς τὴν ὑπήνην. — βάκαρες(?). — βακέντιβος. — βάκηλος. — βακτηρία. — βακτρεύμασι. — βακύλιον. — βακχεία. — βακχῆ. — βακχευθεῖσα. — βακχεύοντες. — βακχεύουσα. — βάλαδε [3]. — βαλαντιοτόμος. — βαλλάντιον. — βαλβίς. — βάλε. — βαλιάν. — βαλμός. — βάλλοντας. — βάλος. — βαλίον. — βαμβαίνει. — βαμβύλος. — βάναυσος. — βανίδης. — βάραθρον. — βαρακίνησιν. — βαρβαρισμός. — βαρβαροφώνων. — βάρβιστοι. — βάρβιτον. — βάρεις. — βάριον. — βάρναν. — βαρυπήμων. — βαρβαροθυμεῖ. — Βαρχαβώθ. — βάσαι. — βασάν. — βάσανος. — βασκαίνων. — βάσκ' ἴθι. — βασίλειοι ἱστουργοί. — βασίλειαι. — βασιλῆα. — βασιλήϊος. — βασιλίς. — βασίλισκος. — βάσιμα. — βασιμός. — βάτις. — βασμοί. — βάσσαρος. — βαστέρνιν. — βατήν. — βάτρα. — βατράχιον. — βατταρίζει. — βατταρισμός. — βαττολογία.

---

1) Glossa ita audit: βαίομαι: ζητῶ. Itaque leg. μαίομαι.
2) Leg. βράδιστοι. — 3) Leg. βαλάδες.

Digitized by Google

## Littera Βα e Codice Leidensi.

Βάβαί. — βάβαξ. — βάζει. — βάθρων. — βαιήν. — βαθύδίνης. — βαθυληῖσιν [4]). — βαθυγλώττους. — βαθὺς τὴν ὑπήνην. — βαίνειν. — βαιόν. — βακχεύοντες. — βαθμός. — βάθρον. — βάκηλος. — βαλανεῖον. — βακχεύσασαν. — βακχευθεῖσα. — βαλλάντιον. — βάπτισμα. — Βάλιος. — βαλλαντιοτόμος. — βάτραχος. — βάλλεται. — βασανίζειν. — βαλάδες. — βαλμός. — βαλβίς. — βαμμαίνει [5]. — βάναυσος. — βάναυσοι. — βαρηθυμεῖ [6]. — βάραθρον. — βάρεις. — βαραχίνησιν. — βάρβιτον. — βαρβαρισμός. — βασκαίνει. — βάσιμα. — βαστέρνιον. — βάσεις. — βασιλεῖα [7]. — βασιλίς. — βάσσαρος. — βατός. — βάστερνα. — βαττολογίαν. — βατταρίζει.

## 4. Littera Γε e Codice Vindob. A.

Γενναῖον. — γεγονός. — γείνεται. — γέγηθεν. — γεγωνᾶν. — γεγαῶτας. — γέμει. — γεγανομένη. — γέγονεν ἐν καλῷ. — γέῃ. — γειώρας. — γείσιον. — γελοῖον. — γέννασθαι. — γενικόν. — γενάρχον. — γένεθλαι. — γενεθλιολογία. — γενέθλια. — γένυν. — γενεῇ. — γενέσει. — γενέτειρα. — γενέθλια. — γείσιον. — γεοῦχος. — γεραίροντες. — γέρας. — γέρρα. — γέρεστος [8]. — γερήνιος. — γεραρώτερος. — γερράδια. — γέρδιος. — γέρατος. — γέρωπος (?). — γεώλοφος. — γεγώς. — γεηπόνος. — γεγηθότες. — γεῖσα. — γεγονητέον [9]. — γεμόριον. — γέγνον [10]. — γενικῶς. — γενναίων.

## Littera Γε e Codice Leidensi.

Γέγειος. — γεγαῶτος. — γεγῶσα. — γεγανομένη. — γέῃ. — γεννικῶς. — γειώρας. — γείσιον. — γελοῖον. — γέννασθαι. — γενικόν. — γεγηθότες. — Γεέννης. — γέρδιος. — γερουσία. — γενέθλη. — γενάρχου. — γεγωνότερον. — γενεθλιολογία. — γε-

4) Leg. βαθυλήϊον. — 5) Leg. βαμβαίνει. — 6) Leg. βαρυθυμεῖ. — 7) Leg. βασιλῆα. — 8) Glossa: γέρεστος· ἀκρωτήριον τῆς εὐοίας. Leg. Γεραιστός· ἀκρωτήριον τῆς Εὐβοίας. — 9) Leg. γεγωνητέον. — 10) Leg. γεγωνόν.

Digitized by Google

θλια [11]. — γενειάδες. — γενεή. — γενεοῖς. — γενέτειρα. — γένεσις. — γέννσι. — γενέτη. — γένειον. — γεραίραν. — γεωργὸς. — γένυς. — γερήνειος [12]. — γεοῦχος. — γερέροντες [13]. — γεραιαρώτερος [14]. — γέΦυρα. — γέρα. — γεώλοΦος. — γείνω. — γεννῆσαι. — γέρον. — γέρων.

5. LITTERA Γα E CODICE VINDOBON. B.

Γαιήοχος. — γάγγραινα. — γαζοΦυλάκιον. — γάϊος. — γαιῶν. — γαλῆ. — γεηρά. — Γαλλικά. — γαλουχεῖ. — γαλοώνη. — γαληνόν. — γαλερόν. — γαλαθηνόν. — γάμος. — γαλεώτης. — γάμμοροι. — γαμΦήλησι [15]. — γαμπτά. — γαμψώνυχες. — γαμήλιος. — γάννυσθαι. — γανόωντος. — γαννυθῆ. — Γάργαρον — γαργαλίζοντες. — γαστρίζεσθαι. — γαστρίμαργος. — γαύρω. — γαυριᾷ. — γέγηθε. — γαῦλος. — γέγγει [16]. — Iam sequuntur deinceps usque ad Γι, deinde: γάδειρα. — γάκινος. — γάγγαμος. — γαυλός. — γάμμα. — γαμήλια. — γάλα. — γάμος. — γαυλός. — γαῦλος. — Γαργάρεον. — γάνος. — In marginibus hae glossae leguntur: Γαισσός. — γαιοδόται. — γαλήνη. — γαγγάμη. — γαμΦήλη. — Γάργαρος. — γαρύω. — γαλέρον. — γαίω. — γαληνόμορΦον. — γαληνόν. — Γάλλοι. — γαλέαγρα. — γαυλός. — γαστήρ. — γαγγαμουλκοί.

LITTERA Γα E CODICE LEIDENSI.

Γάγγραινα. — γαιήοχος. — γαργαρέων. — γαιῶν. — γανυμένη. — ΓαζοΦυλάκιον. — γαλῆ. — γαλουχεῖ. — γαλοώνη. — γαληνόν. — γαμΦύλη. — γαλαθηνέων. — γαμψώνυχες. — γαμήλιος. — γάνυμαι. — γαστρίζεται. — γαύρω. — γαγγαρίζει. — γαστρίμαργος. — γαστριμαργία. — Γάδειρα. — γάκινος. — γαυριᾷ. — γαλλαμός [17]. — γαλλαλίζω [18]. — γναυῖα [19]. — γαμβρός. — γαυλός. — γάρ. — γάμμα. — γαμίλια [20]. — γάμος. — γαῦλος. — Γαργάρεον.

---

11) *Leg.* γενέθλια. — 12) *Leg.* γερήνιος. — 13) *Leg.* γεραίροντες. — 14) *Leg.* γεραρώτερος. — 15) *Leg.* γαμφήλησι. — 16) Glossa: γέγγει: θρέχει. Itaque *leg.* τέγγει. — 17) *Leg.* γάγγαμον. — 18) *Leg.* γαγγαλίζω. — 19) *Leg.* γεγαυῖα. — 20) *Leg.* γαμήλια.

Digitized by Google

### 6. LITTERA Δα E CODICE VINDOBON. C.

Δᾷδος. — δᾳδουχεῖς. — δάεις. — δαῖε. — δαήμονες. — δαημονέστατοι. — δαιτυμόνες. — δαῖτα. — δαίμονες ἀγαθοί. — δαιτρεύειν. — δάκη. — δαῆσαι. — δατρύω [21]. — δαιτρός. — δαίειν. — δαιδάλλειν. — δαίνυσθαι. — δαῖον [22]. — δαιμόνιος. — δαΐφρονες. — δαίω. — δαίδαλα. — δαΐδιον. — δαήρ. — δαΐξας. — δακρυρροῶν. — δαλός. — δάμαρ. — δαμᾷ. — (In margine Δαμασκός). — δαμῆναι. — δανῷ. — δάπεδον. — δασμολόγοι. — δασμοφορεῖν. — δασάμενοι. — δασύποδα. — δάσονται. — δάπτων. — δαψιλέστερον. — δασάζω [23]. — δάψαι. — δασμολογεῖσθαι. — δαψιλέστατος.

### LITTERA Δα E CODICE LEIDENSI.

Δᾷδα. — δᾳδουχεῖ. — δάεις. — δαήμονες. — δαιτυμῶνες [24]. — δαῖτα. — δαίδαλα. — δαίνυσθαι. — δαῖτρον. — δαΐφρονος. — δαιμόνιε. — δαίω. — δάκνω. — δαίδαλα. — δαίμων. — δάσκιος. — δαήρ. — δαΐξας. — δαΐφρων. — δακρυόδων. — δακρυόεσσα. — δάκτυλοι. — δαλός. — δάμαρ. — δαμᾷ. — δάπεδον. — δασμολόγοι. — δάκρυον. — Δαμασκός. — δάμαρτος. — δαήμων. — δαίμων. — δαφοινός. — δαιτυμών. — δατρεύειν [25]. — δαιτός [26]. — δαίω. — δασμοί. — δαρδάπτειν. — δαρσάμενοι. — δαμασάμενοι. — δασύποδα. — δαψηλέστατος [27].

## II.

### EMENDATIONES SELECTAE IN GRAMMATICIS GRAECIS.

De CYRILLO haec iam disputata sunto! Quem aliquantisper ponam, mox, spero, amplioreque instructus apparatu, ad eundem rediturus. Ex iis vero, quae hucusque dedi, apparet, in

21) *Leg.* δαιτρεύω. — 22) Glossa: δαῖον: τέρας, τὸ πολεμικὸν σημεῖον. Itaque *leg.* δάϊον. — 23) Glossa: δασάζω: ἀναβοῶ, στενάζω. Ad quem haecce SCHUBARTUS annotavit: »Errore hic articulus litterae Δ insertus videtur; haud dubie enim αἰάζω legendum est. — 24) *Leg.* δαιτυμόνες. — 25) *Leg.* δαιτρεύειν. — 26) *Leg.* δαιτρός. — 27) *Leg.* δαψιλέστατος.

Digitized by Google

CYRILLO emendando nihil omnino posse proficere, nisi qui eius glossas cum aliorum lexicographorum operibus continuo et gnaviter conferat. Atque eum iam nunc e lucubrationibus meis Cyrillianis percepi fructum, ut inde maiorem quandam cum illis familiaritatem contraxerim, quo in operae meae tamquam παρέργῳ haud paucos in illius generis scriptoribus locos emendare contigit; quarum correctionum selectas aliquot huic disputationi addere mecum constitui.

1.

In *Excerptis* istis *e veteribus Grammaticis*, quae *Scholiis* in ARISTOPHANIS comoedias a fronte addi solent, quaeque in constituenda Comoediae Atticae historia viris egregiis, quae in eo argumento elaboraverunt, insigni fuerunt adiumento, multa ab HEMSTERHUSIO, MEINEKIO, FRITZSCHIO, COBETO, aliis, facilibus speciosisque emendationibus sunt correcta, et iisdem nuper BERGKIUS in ARISTOPHANIS comoediarum editione utilissimam operam navavit. Qui quum haud pauca eorum, quae ipse annotaveram in margine editioni Duebnerianae (qua duce utar), mihi praeripuit, tamen nonnulla mihi videor observasse, quibus excerptorum illorum textus ad maiorem etiam concinnitatem sinceritatemque redigi possit. Ex iis unam et alteram proponam, modo prolixiore, modo breviore addita sententiae meae expositione.

*Schol.* ARIST. *ed.* DUEBNER pag. XIII. 15: *ἐπὶ τοίνυν τῆς Ἀριστοφάνους καὶ Κρατίνου καὶ Εὐπόλιδος κωμῳδίας ἀφόρητοί τινες κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἦσαν οἱ ποιηταί.* Vocabulum *ἀφόρητοι* minus aptum est. Opposuit PLATONIUS poetas, quales fuerunt tempore ARISTOPHANIS, iis, quibus post Oligarchiae victoriam, ut ipsius verbis utar (pag. XIII. 22), *ἐνέπιπτε φόβος.* Scribendum est *ἀφόβητοι.* Constructione insolentiore non est quod offendamur. De vocabulo cf. *Schol.* SOPH. *Oed. Col.* 885: *δίκας ἀφόβητος: τὴν δίκην μὴ δεδοικώς*, de re tradita THEMIST. VIII. 110 B. *τῆς τέχνης διδούσης τοῦ σκώπτειν τὴν ἄδειαν ἐκ τῶν νόμων*, quem locum suppeditavit mihi MEINEKIUS, *Hist. Cr. Com.* pag. 39.

*Ibid.* XIII. I. 32: *Τῶν γὰρ χορηγῶν μὴ χειροτονουμένων καὶ*

Digitized by Google

*τῶν χορευτῶν οὐκ ἐχόντων τὰς τροφὰς, ὑπεξῃρέθη τῆς κωμῳδίας τὰ χορικὰ μέλη καὶ τῶν ὑποθέσεων ὁ τρόπος μετεβλήθη. σκοποῦ γὰρ ὄντος τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας τοῦ σκώπτειν δήμους καὶ δικαστὰς καὶ στρατηγοὺς, παρεὶς ὁ Ἀριστοφάνης κτέ.* Grammaticus, qui haec congessit, varietate quippe delectatus, in eadem sententia modo *οὐ* modo *μή* negatione est usus. Foede talia solent nescire, negligere et confundere recentiores [28]. Ioculare est, quod *Anthologiae* cuidam poetae accidit, ut unius alteriusque negationis patronis placeret, utramque coniungenti in numeroso hocce pentametro:

*Οὐδὲν καὶ μηδὲν τῶν μερόπων τὸ γένος.*

In iis quae sequuntur articulus ante *σκώπτειν* abundat. Neque acquiesco in vocabulo *δήμους.* Singuli enumerantur magistratus, quos mordere solebant veteris Comoediae poetae. In mentem venit *δημάρχους*, quorum munus odiosum poetarum bilem movisse et per se consentaneum est, et aliquot auctorum locis confirmatur. Cf. HARPOCRATION i. v. et *Schol.* ARIST. *Nub.* 37.

*Ibid.* XIV. (1) 87: *ἵνα μηδὲ ἐκ τύχης τινὸς ὁμοιότης προσώπου συμπέσῃ τινὶ Μακεδόνων ἄρχοντι καὶ δόξας ὁ ποιητὴς ἐκ προαιρέσεως κωμῳδεῖν δίκας ὑπόσχῃ.* Quid sit, quod BERGKIUS qui idem vitium compluribus locis sustulit, hic corrigere supersederit, non exputo. Si quo alio hoc certe loco restituendum *προσωπείου.* Sexcenties utrumque vocabulum confusum est, nullibi turpius, quam apud LUCIANUM duobus locis. *Iup. Tragoed.* 41 .... *ἀνάγκη δυοῖν θάτερον ἤτοι Πῶλον καὶ Ἀριστόδημον καὶ Σάτυρον ἡγεῖσθαί σε θεοὺς εἶναί ποτε, ἢ τὰ πρόσωπα τῶν θεῶν αὐτὰ καὶ τοὺς ἐμβάτας καὶ τοὺς ποδήρεις χιτῶνας καὶ χειρῖδας καὶ προγαστρίδια καὶ σωμάτια καὶ τἄλλα, οἷς ἐκεῖνοι σεμνύνουσι τὴν τραγῳδίαν.* LUCIANUS, quum omnem istum apparatum tragicum recenseret, nil aliud scribere potuit, quam *προσωπεῖα.* — *Apolog.* 5. *ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἰσχάδα, οἶμαι, ἢ ἀμύγδαλον πόρρω κειμένην, μακρὰ χαίρειν φράσαντα*

---

[28]) Librariorum in hac parte grammaticae stupor et inscitia optimum quemque scriptorum soloecismis inquinavit. In LUCIANI *Hermotimo* 9 hodieque editur: *ἐκεῖνον αὐτὸν, ἐπεὶ τὸν μισθὸν, οἶμαι, μὴ ἀπεδίδου κτέ.* Quid certius est, quam LUCIANUM scripsisse *οὐκ ἀπεδίδου.*

Digitized by Google

τοῖς αὐλοῖς καὶ ῥυθμοῖς καὶ ὀρχήμασι [συν]αρπάσαντα κατατρώγειν, ἀπορρίψαντα μᾶλλον δὲ συντρίψαντα τὸ πρόσωπον. Qui eadem paragrapho de Polo et Aristodemo locutus erat, ἀποθεμένοις τὰ προσωπεῖα, idem Lucianus hic non πρόσωπον potuerat, sed debuerat dicere προσωπεῖον.

*Ibid.* XVI. (v). 20: ἐπιγενόμενος δὲ ὁ Κρατῖνος κατέστησε μὲν πρῶτον τὰ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ πρόσωπα μέχρι τριῶν, συστήσας τὴν ἀταξίαν κτέ. Verbo composito συστήσας non inest ea vis atque notio, quae hoc loco requiritur. Cratinum scriptor tradit turbas, quae e maiore et haud accurate definito προσώπων numero fuissent natae, composuisse, eorumque numerum certo constituisse. Quod *Graece* dicitur, ni fallor, στήσας τὴν ἀταξίαν.

*Ibid.* XVI. (vi). 6: τρίτον κατὰ ἀδολεσχίαν, ὡς ὅταν τις τῷ αὐτῷ ὀνόματι χρήσηται. Aut quid sibi voluerit scriptor, non recte intellexi, aut post τις vocabulum δὶς excidit, ita ut restituendum sit: ὅταν τις δὶς τῷ αὐτῷ ὀνόματι χρήσηται.

*Ibid.* XVIII. (ix). 63: διαφέρει δὲ τραγῳδία κωμῳδίας, ὅτι ἡ μὲν τραγῳδία ἱστορίαν ἔχει καὶ ἀπαγγελίαν πράξεων γενομένων, κἂν ὡς ἤδη γενομένας σχηματίζῃ αὐτὰς κτέ. Eodem morbo hic locus laborat, a quo sanasse mihi videor eum, qui statim praecedit. Deest ante γενομένων adverbium, quod vocabulo ἤδη ante γενομένας respondeat. Scriptum erat, opinor, πράξεων πάλαι γενομένων aut simile quid. Cf. XXIII. (x. B). 66:

ὁ γὰρ τραγικὸς τῶν πάλαι πάθη λέγων κτέ.

*Ibid.* XVIII. (x. 4). 65: ψηφίσματος γὰρ γενομένου χορηγικοῦ, ὥστε μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινά, καὶ τῶν χορηγῶν οὐκ ἀνεχόντων πρὸς τὸ χορηγεῖν, καὶ παντάπασιν ἐκλελοιπυίας τῆς ὕλης τῶν κωμῳδιῶν διὰ τούτων αὐτῶν, αἴτιον γὰρ κωμῳδίας τὸ σκώπτειν τινάς, ἔγραψε Κώκαλον. Offendor vocabulo αἴτιον; nam τὸ σκώπτειν τινάς comoediae causa profecto dici nequit. Fabulas docendi opportunitas traditur scriptores deseruisse, quum, isto promulgato psephismate, in eo campo non amplius liceret decurrere, in quo ab origine inde comoediae poetae pugnare atque ἐγκονίσασθαι consuerant, quum ista lege erepta iis esset, quae propria fuerat atque peculiaris scribendae comoediae materies (σκοπὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας appellatur a Platonio I. (i). 35). Quod si recte scriptoris sententiam interpretor, non αἴτιον ille dederat, sed ἴδιον γὰρ τῆς κωμῳ-

Digitized by Google

*δίας τὸ σκώπτειν τινάς* (cf. XIX. (IX A). 73: *ἴδιον δὲ κωμῳδίας μὲν τὸ μεμιγμένον ἔχειν τοῖς σκώμμασι γέλωτα*).

*Ibid.* XXVIII. (XII) 2: *ὃς πρῶτος δοκεῖ τὴν κωμῳδίαν ἔτι πλανωμένην τῇ ἀρχαίᾳ ἀγωγῇ ἐπὶ τὸ χρησιμώτερον καὶ σεμνότερον καταστήσασθαι, πρότερον Κρατίνου καὶ Εὐπόλιδος βλασφημούντων.* Qui comoediae maiestatem et utilitatem condidisse praedicatur ARISTOPHANES, idem si bene se haberent, quae modo excitavi, *βλάσφημος* fuisset haud secus ac CRATINUS et EUPOLIS, et ab his eo tantum nomine discrepans, quod esset *ὀψιγενέστερος*. At ex iis, quae ab aliis de CRATINO, EUPOLIDE et ARISTOPHANE eoque, quod inter tria veteris Comoediae columina intercederet, discrimine memoriae sunt prodita (cf. PLATONIUS *περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων* passim, imprimis XIV. II. 20: *οὔτε γὰρ πικρὸς λίαν ἐστὶν* (scil. *ὁ Ἀριστοφάνης*) *ὥσπερ ὁ Κρατῖνος*, *Anonym. d. Com.* XV. III. 46: *Εὔπολις . . . . καὶ ζηλῶν Κρατῖνον, πολύ γε λοίδορόν καὶ σκαιὸν ἐπιφαίνει*, et, quo collato loco de correctionis veritate omnino dubitari nequit (XXVII. XI. 5)), apparet, pro *πρότερον* scribendum esse *πικρότερον*. Grammaticorum eius generis, in quo versamur, solemnis mos haud sane exiguam partem eorum, quae scriptis mandarent, ab aliis mutuandi atque pro suis divenditandi, ut huic correctioni ansam praebuit, ita, diligenter in singulis observatus, uberrimus certissimarum emendationum fons et fuit et erit in posterum. In aliis, quae, ab uno excogitata, reliquis fere omnibus, qui in eodem argumento desudabant, recepta sunt, magnopere semper miratus sum sententiam, quae legitur XVI. IV. 27: *διὸ, φασὶν, ἡ μὲν τραγῳδία λύει τὸν βίον, ἡ δὲ κωμῳδία συνίστησιν*, quam alii iisdem fere verbis repetierunt, TZETZES vero (XXIII. XI. 72), qua erat facundia, speciosis hisce versibus est interpretatus:

*οὕτω λύει μὲν ἡ τραγῳδία βίον,*
*βαθροῖ δὲ καὶ πήγνυσιν ἡ κωμῳδία.*

Diu multumque de eo dicto et ipse cogitavi, et cum aliis (praecipue cum viro doctissimo amicissimoque D. J. VAN STEGEREN) disputavi, nec tamen, quae veteri haud dubie apophthegmati subsit sententia, ad liquidum perducere potuimus. Itaque aliorum feliciorum nobis sagaciorumque animos in aenigma illud intendisse sufficiat.

Digitized by Google

## 2.

Ab Excerptis e veteribus Grammaticis de Comoedia ad *Scholia in* ARISTOPHANEM facilis atque expeditus est transitus. Quod annotationum magnam partem pretiosarum et exquisitarum corpus, in quo emendando egregiam operam a KUSTERI inde temporibus multi viri docti collocaverunt, scribarum peccatis et negligentia tam male erat habitum, ut ne DUEBNERI quidem DINDORFIIque saluberrimis curis a gravissimis cuiusvis generis vitiis liberatum sit. Eorum, quae inter legendum annotaveram, paucula quaedam in hoc diario edidi, quibus alia nonnulla speciminis causa hinc illinc decerpta iam accedant.

Schol. ARIST. *Equit.* 994: ὡς ἁρμονίαν: Ἁρμονίαν οἱ μουσικοὶ καλοῦσι τὸ εὖ καὶ ἐπισταμένως εἶναι τὰς νευρὰς ἐν τοῖς κρούμασι τῶν ᾀσμάτων. Quid sit τὸ ἐπισταμένως εἶναι τὰς νευράς, mihi quidem non liquet. Nil certius est, quam legendum esse τεῖναι. Cf. v. c. LUCIAN. *Nigr.* 36: ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν σφόδρα τὰς νευρὰς ἐπιτείναντες εὐτονώτερον τοῦ δέοντος ἀφιᾶσιν. PLUTARCH. d. *Educ. Puer.* 13: καὶ γὰρ τὰ τόξα καὶ τὰς λύρας ἀνίεμεν, ἵνα ἐπιτεῖναι δυνηθῶμεν. Dum hunc e PLUTARCHO locum describo, forte incido in eiusdem scriptoris locum, quo librarii culpa ἁρμονίας notio exsulavit, at facili opera reduci poterit. Est ille locus PLUT. *de aud. poët.* 2. (p. 166): Ὅθεν ὁ Σωκράτης ..... αὐτὸς μὲν ..... οὐ πιθανὸς ἦν οὐδ' εὐφυὴς ψευδῶν δημιουργός, τοὺς δὲ Αἰσώπου τοῖς ἔπεσι μύθους ἐνόμιζεν, ὡς ποίησιν οὐκ οὖσαν, ᾗ ψεῦδος μὴ πρόσεστι. *Latine* recte vertitur: *quare* AESOPI *fabulas in carminis modos redegit*. Quod *Graece* ita sonat: τοὺς δὲ Αἰσώπου τοῖς ἔπεσιν μύθους ἐνήρμοζεν κτἑ.[29]

Schol. ARIST. *Pac.* 1196: Κολλάβους: Εἶδος ἄρτων· εἰσὶ δὲ μικροὶ ἀρτίσκοι, ἐκ τῶν μεγάλων κεκολλαβισμένοι, οὓς καθάπαξ ἄρτους οὐκ ἠξίουν καλεῖν, καὶ ἐν Βατράχοις μέμνηται »ἄρτους ἔπειτα κολλάβους«· σχήματος δέ ἐστιν ὄνομα, ὥσπερ κολλύρας λέγουσί τινες. — Non verum est, quod dicit, κόλλαβον esse σχήματος γένος. Ut enim cogitare quis possit de ludo, cuius mentio fit apud IUL. POLLUC. IX. 129, quodque κολλαβίζειν ap-

[29]) Exstat CYRILLI glossa (in cod. *Leid.*): Βαρβαρισμός: παρά τινος διάλεκτος, σεσωλοικισμένη. — Legendum est παράτονος.

pellabant, altera scholii pars, *ὥσπερ κόλλυραν λέγουσί τινες*, maneret obscura et sensu vacua. Scriptum erat, nisi omnia me fallunt: *πέμματος δέ ἐστιν ὄνομα, ὅπερ κολλύραν λέγουσί τινες*. Cf. *Schol.* Arist. *Pac.* 123: *κολλύραν*: *κολλύρα τὸ ἔλαττον τοῦ ἄρτου*, et in fine *Scholii*: *εἶδος δέ ἐστι πλακοῦντος*. *Πέμμα* et *πέττειν* vocabula quum de aliis cibis, tum praecipue de pane et placentis usurpabantur, unde nata mihi est suspicio, in *Excerptis de Comoedia* XIX. (ix A). 183: *ἀνεσπακὼς δὲ δικέλλῃ προρρίζους τὰς ἀμπέλους, νωτοφορήσας τε αὐτὰς εἰς τὸ οἴκημα γεωργοῦ τοῦ ἀγροῦ, ἄρτους τε μεγάλους ἐποίησε, καὶ τὸν κρείττω τῶν βοῶν θύσας κτέ.*, pro *ἐποίησε* legendum esse *ἔπεψε*.

*Schol.* Aristoph. *Av.* 151: *Ἀπὸ Μελανθίου*: .... *Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Σκευαῖς ὡς λάλον σκώπτει. Καλλίας Πεδήταις.*

*τίς ἄρα τοὺς Μελανθίου τῷ γνώσομαι,*
*οὓς ἂν μάλιστα λευκοπρώκτους εἰσίδῃς.*

Inter duas personas hos versus distribuendos esse dictum *scholiorum* editorem non fugit (cf. *Annot.* ad h. l.). Quos ita fere a poëta profectos esse coniicio:

A. *Τί δ' ἄρα; τοὺς Μελανθίου τῷ γνώσομαι;*
B. *Οὓς ἂν μάλιστα λευκοπρώκτους εἰσίδῃς.*

*Schol.* Aristoph. *Av.* 245: *Κάμπτετε δέ, καταβάλλετε, ἐσθίετε.* *Κάμπτετε*, quod olim in *Avium* textu quoque legebatur, iamdiu verae lectioni *κάπτετε* locum cessit; idem etiam in *scholiis* restituendum est. Vocabulum *καταβάλλετε*, explicationis gratia additum, et ipsum labem contraxit. Videtur legendum esse *καταλαμβάνετε*. *Κάπτω* vero, *κόπτω* et *κάμπτω* saepius confusa esse demonstravi in Luciani (*V. H.* I, 23) et Plutarchi (*An seni sit ger. resp.* p. ) locis, atque aliis quibusdam insuper confirmabo. In *Schol.* Arist. *Eccles.* 45: *κάρεβινθων*: *Ὑποπίνοντες γὰρ ἔκαπτον φρυκτοὺς ἐρεβίνθους* ante Porsonum edebatur *ἔκοπτον*. Editur Aristophanis versus, *Lysistr.* 730:

*οἴκοι γάρ ἐστιν ἔριά μοι Μιλήσια*
*ὑπὸ τῶν σέων κατακοπτόμενα.*

Quum rem vel obiter consideranti haud ita videri possit verosimile, *τὰ ἔρια ὑπὸ τῶν σέων κατακοπῆναι*, coniectura mea, legendum esse:

Digitized by Google

ὑπὸ τῶν σέων κατακαπτόμενα

nec commendatione egere videtur, nec explicatione. Idem vocabulum revocandum est apud LUCIANUM, *adv. Ind.* 1: Ἢ πόθεν γάρ σοι διαγνῶναι δυνατὸν τίνα μὲν παλαιὰ καὶ πολλοῦ ἄξια, τίνα δὲ φαῦλα καὶ ἄλλως σαπρὰ, εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι καὶ κατακεκόφθαι αὐτὰ τεκμαίροιο καὶ συμβούλους τοὺς σέας ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνοις; *leg.* κατακεκάφθαι.

*Schol.* ARIST. *Av.* 465: μέγα καὶ λαρινόν: Διὰ τούτου πολλῇ τῇ τροπῇ ἐπέμεινε τῆς εὐωχίας. ὡς ἐπὶ βοὸς δὲ τοῦτό φησιν, ὡς ἐν Λαρίσσῃ μεγάλων βοῶν γενομένων. ἔστι δὲ πόλις Θεσπρωτίας. Extrema vocabula satis manifesto iam sunt documento, Λαρίσσῃ nomen librarii iniuriam esse perpessum; nec facile quisquam animo suo poterit informare, boves λαρινούς appellatos fuisse, quoniam *Larissa* boum magnopere esset ferax. Quid scribendum sit, demonstrat ATHENAEI locus IX. pag. 376, B: Παραπλησίως δὲ τῷ Ἀχαιῷ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν Ἀντερινύϊ τοὺς σύας λαρινοὺς προσηγόρευσε, μεταγαγὼν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν λαρινῶν βοῶν· οἳ οὕτως ἐκλήθησαν ἤτοι ἀπὸ τοῦ λαρινεύεσθαι...., ἢ ἀπό τινος κώμης Ἠπειρωτικῆς Λαρίνης, ἢ ἀπὸ τοῦ βουκολοῦντος αὐτάς· Λαρῖνος δ' οὗτος ἐκαλεῖτο. Itaque corrigendum est: ὡς ἐν Λαρίνῃ μεγάλων βοῶν γενομένων.

*Schol.* ARIST. *Av.* 383: ἄναγ' ἐπὶ σκέλος: Ἀντὶ τοῦ ὑποναχώρει ὀλίγον ὑπὸ πόδα. Locum levi vulnere affectum ideo tantum corrigendum elegi, quoniam eadem opera alterum consimilem eodem vitio purgare licebit. Legendum est ἐπὶ πόδα. Cf. BEKKERI *An. Gr.* I, pag. 72: χωρεῖν ἐπὶ σκέλος, τὸ ὀπίσω ἀναχωρεῖν. Apud LUCIANUM in *Pseudol.* 17 recte legitur ἐπὶ πόδα ἀναστρέφει, sed in eiusdem *Piscatore*, 12 praeterviderunt editores, in vocabulis ταῦτ' ἰδὼν ἐπὶ πόδας εὐθὺς ἀνέστρεφον vitiosum πόδας in πόδα mutare.[30]

30) Addo aliquot LUCIANI locos, in quibus praepositionum commutatione sententia est pessumdata: *Quom. hist. sit conscr.* 21 .... ἠξίωσεν οὗτος καὶ ὀνόματα μεταποιῆσαι (ita IACOBSIUS pro ποιῆσαι) τὰ Ῥωμαίων καὶ τεγγράψαι ἐς τὸ Ἑλληνικόν. Revocanda est vulgata HERMANNIque lectio ταγράψαι. — *Alex.* 12; Ἐσβαλὼν οὖν ὁ Ἀλέξανδρος .... ἐς τὴν τρίδα. *Leg.* ἐμβαλών. Ἐσβάλλειν de hostili impetu usurpatur. — *Lexiph.* : καὶ τὴν ναῦν πρύμνηθεν ἀπὸ τοῦ ἀνέμου κατουρουμένην *Leg.* ὑπό. *Demon.* 14: ἂν Ζήνων, ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ διατρίψω. *Leg.* ἐν. — Acce-



Digitized by Google

*Schol.* ARIST. *Ran.* 303: Ἡγέλοχος: τραγῳδίας ὑποκριτὴς ὢν καὶ ἐν τῷ Ὀρέστῃ Εὐριπίδου, προστάντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος ...., αἰφνιδίως ἐφθῆναι συνελθόντα τὴν συναλοιφήν. Quid sit, quo comoediae poetas adeo sibi infestos reddiderit HEGELOCHUS tragoedus, notissima res est. Nec tamen intelligo, quid sit προστάντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος. Opitulabitur *Scholium in* EURIPIDIS *Orestem* v. 269, quale editum est a COBETO (EURIP. *Phoen. ed.* GEEL, pag. 292): κεκωμῴδηται ὁ στίχος διὰ Ἡγέλοχον τὸν ὑποκριτήν. οὐ γὰρ φθάσαντα διελεῖν τὴν συναλοιφήν, ἐπιλείψαντος τοῦ πνεύματος, τοῖς ἀκροωμένοις τὴν γαλῆν δόξαι λέγειν, ἀλλ' οὐχὶ τὰ γαληνά. Ita igitur emendanda sunt quae modo excitavi vocabula, ut eandem sententiam repraesentent, quam EURIPIDIS interpres ἐπιλείψαντος τοῦ πνεύματος dicendo satis accurate exposuit. Quo perveniri poterit levissima mutatione, προδόντος αὐτὸν τοῦ πνεύματος vitiosae lectioni substituenda. Cf. DEMOSTHEN. *adv. Callippum* 13 (V, pag. 485 BEKK.): Ἐπειδὴ ᾔσθετο ἀδυνάτως ἤδη ἔχοντα τὸν πατέρα καὶ μόγις εἰς ἄστυ ἀναβαίνοντα καὶ τὸν ὀφθαλμὸν αὐτὸν προδιδόντα. Alteram praeterea ex EURIPIDIS *Scholiasta* lucramur emendatam lectionem[31], qua genuinam Aristophanico scholio formam instaurare possumus. Pro ἐφθῆναι συνελθόντα nimirum docemur quantocius reponendum esse: οὐ φθῆναι διελόντα.

*Schol.* ARIST. *Ran.* 362: τινὲς δὲ Θαρυκίων γράφουσιν, ἀντὶ τοῦ τὰ τῶν Θορυκίων μιμούμενος. Mutato accentu vera lectio redibit. Ut enim τυραννιᾷν est μιμεῖσθαι τὰ τῶν τυράννων (de hoc verbo et similibus cf. LOBECK ad BUTTMANNI *Gr. Gr.* II, pag. 392): ita τὰ τῶν Θορυκίων μιμεῖσθαι est Θορυκιᾷν. Itaque legatur: τινὲς δὲ Θορυκιῶν γράφουσιν. Libet CYRILLO maculam abstergere, in eiusdem analogiae verbo adspersam i. v. Φοραῖν: Ἕτοιμος (lege ἕτοιμον εἶναι) πρὸς τὸ φονεύειν. Leg. Φονᾷν.

---

dat VALCKENAERII emendatio inedita in loco *Galli* 12: καὶ προέθεον πολλοὶ καὶ προὔπεμπον καὶ εἵποντο πλοίοις. Re paulo accuratius considerata quis praeeunte VALCKENARIO παρέπεμπον LUCIANO restituere dubitabit?

[31]) HARPOCRATION collatus a levi errore liberabit *Schol.* ARIST. *Acharn.* 11: ὁ δ' ἀνεῖπ' εἴσαγε: Ἀνηγόρευσεν. ὁ κῆρυξ [δὲ] δηλονότι. Θέογνις οὗτος τραγῳδίας ποιητὴς πάνυ ψυχρός, ἐκ τῶν τριάκοντα, ὃς καὶ Χιὼν ἐλέγετο. Legendum est εἷς τῶν τρ, quod confirmabit HARPOCR. i. v. Θέογνις .... οὗτος εἷς ἦν τῶν παρ' Ἀθηναίοις τριάκοντα τυράννων, καθά φασιν ἄλλοι τε καὶ Ξενοφῶν ἐν δευτέρῳ Ἑλληνικῶν.

Digitized by Google

*Schol.* ARIST. *Plut.* 1155: στροφαῖον: ἐπὶ ἀποτροπῇ τῶν ἄλλων κλεπτῶν· στροφαῖος, παρὰ τὸ στρέφεσθαι καὶ πανουργεῖν. λέγεται δὲ ὁ Ἑρμῆς στροφαῖος, ἐμπολαῖος, κερδῷος, δόλιος, ἡγεμόνιος, ἐναγώνιος, διάκονος. MERCURII cognomen, quo ab HOMERI inde temporibus fructus est, a librariorum iniuria vindicemus, διάκτορος reponendo.

3.

Diu est, ex quo IMMANUEL BEKKERUS, vir indefessa industria, exquisita doctrina atque haud vulgari sagacitate, de *Graecis* litteris omnibusque iis, qui in his litteris colendis vitae stationem posuerunt, bene mereri coepit. Omnia illa volumina perlustranti, quae eius curis in publicum edita sunt, prima fronte vix intelligitur, quo pacto unius hominis humeri tantum laborem sustinere potuerint. Consideranti vero, id imprimis BEKKERO fuisse propositum, ut scriptorum *Graecorum* textus ab obsoletis tralaticiisque erroribus purgaret — qua in re singulari in legendis codicibus *Graecis* arte mirifice sustentatur — et codicibus veteribus indagatis lectionibus inde petitis recentiorum commenta pelleret: haec dico consideranti indeque colligenti, BEKKERUM non id egisse, ut textuum recensiones pararet religiosa cura ab omni parte emendatas et perpolitas, sed ut copias suas effundendo arti criticae strueret, quo firmiore inniti posset fundamento, et manifestum fiet, qua ratione eodem tempore edere ille possit scriptores, quod alii mortales iis legendis impendere solent (vix enim credibile est, nisi qui iamdiu praeparata e scriniis promoveat, eum eodem fere tempore in DIODORO, LUCIANO, SUIDA, aliis posse elaborare), et eorum in promptu erit explicatio quae in BEKKERI editionibus improbanda sunt eoque maiore vi repellenda, quo facilius tanti viri exemplum alios ad imitandum excitare soleat. Eorum, quae BEKKERUS edidit, haud minimi profecto momenti sunt veterum Grammaticorum magnam partem egregia scripta, quae sub titulo *Anecdotorum Graecorum* anno 1814 publici iuris fecit. Iam in iis edendis talem se praestitit, qualem postea in aliis, *Scholiorum Homericorum* imprimis *Oratorumque Atticorum* editionibus, cognovimus. Multa, qua erat sagacitate et



Digitized by Google

peritia, egregie correxit, nec tamen in singulis emendandis eam collocavit diligentiam, qua vitiorum, quae plurima intacta reliquit, maiorem partem corrigere potuisset. Nil attinet criminationes conferre in virum eximiis meritis fulgentem laudesque et reprehensionem eadem taciturnitate excipientem. Praestat quid ipse in iis corrigendis, quae illi praetervisa sint, praestiterim, exemplis aliquot demonstrare. Fieri potest, ut unum vel alterum eorum, quae proponam, ab aliis mihi sit praereptum, quum ob rerum traditarum praestantiam et varietatem permultorum philologorum usibus *Anecdota* ista inservierint. Ita v. c. quod conieceram, *Anecd.* p. 7, 23: καὶ ἡ παροιμία οἶνος εἰς ἀχυρόν, legendum esse ὄνος εἰς ἀχυρόν iam olim ita visum esse MEINEKIO doctus sum SCHNEIDEWINI annotatione ad hoc proverbium in *Paroemiographorum Gr. corpore.* At dubito, an contrarium vitium sustulerit pag. 73, 27: ψυχορροφεῖν: ἐπὶ τοῦ τὴν ψυχὴν ἐκροφεῖν διὰ κακῶν παρουσίαν ἡ τραγῳδία· ὁ δὲ Πλάτων ἰδίως ἐπὶ ὄνου διὰ ψυχροῦ πινομένου τίθησιν. Quid quaeso ὄνος πινόμενος, quid BEKKERI coniectura ὕδωρ ψυχρὸν πίνοντος? Restituendum est οἴνου διὰ ψυχροῦ πινομένου. Sed redeo ad libri initium PHRYNICHIque libellum a quo ineditorum series incipit perlustrabo.

Pag. 3, 22: Αἰσχυνόμενος περιπλέκει τὴν συμφοράν: ἐν συνουσίᾳ χρῶ. Una addita syllaba numerosus exit senarius, quales complures poetarum comicorum huic vel illi decerpti in hoc libello latent. Legendum est:

αἰσχυνόμενος δὲ περιπλέκει τὴν συμφοράν.

Senarius est v. c. pag. 4, 4:

ἀνόητά γ' εἰ τοῦτ' ἦλθες ἐπιτάξων ἐμοί,

alter pag. 17, 20:

ἄψυχον ἄνδρα λαμβάνειν συνέμπορον.

ARISTOPHANIS versus est ex *Equit.* 1244, quem restituere neglexit BEKKERUS pag. 49, 27: Λεπτή τις ἐλπίς, ἐφ' ἧς ὀχούμεθα, dummodo legatur:

λεπτή τις ἐλπίς ἐστ', ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.

Pag. 6, 13: Ἄτεγκτος παρηγορήμασιν. Αἰσχύλος δοτικῇ ἀντὶ γενικῆς Ἀττικῷ ἐχρήσατο ἔθει. Πλάτων γενικῇ κέχρηται· μὴ θέγγεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας. Ita re vera exstat apud PLATONEM, *Rep.* II. 361 C. Tamen, ne ridicula sit Grammatici

Digitized by Google

annotatio Πλάτων γενικῇ κέχρηται, ille legerit atque restituatur necesse est μὴ θέγγεσθαι κακοδοξίας, deleta praepositione. Diligens est Phrynichus in enotando, quod appellat Ἀττικῶν ἔθος vel Ἀττικὴν σύνταξιν. Quod recordatus facile acquiescet in Bastii emendatione pag. 10, 4: Ἀράμενον φέρειν: Ἀττικῶς· ἡ σύνταξις δὲ εἰπεῖν ἄραντα, quod ille *Ep. Crit.* pag. 265 ita disposuit: Ἀρ. φέρ. Ἀττικὴ ἡ σύνταξις, δέον εἰπεῖν ἄραντα. Cuius speciosae correctionis ideo tantum mentionem facio, ut variarum corruptelarum, quibus particula δέ cum aliorum vocabulorum compendiis commutatio ansam dedit, alterum exemplum demonstrem in Photii *Lexico*, pag. 293, 20, i. v. Παρεῖαι ὄφεις..... ὁ δὲ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου, εἶναι δὲ τοὺς ῥήτορας ὁμοίους τοῖς ὄφεσι, sine interpunctione scribatur: ὁ δὲ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου εἶναι λέγει τοὺς ῥήτορας κτέ.

Alterum praeterea in eadem pag. 10. 5 corrigere licebit παρόραμα i. v. Ἀλωπεκῆσαι: ἐξαπατήσαντα διαδράναι (*leg.* διαδρᾶναι). Nullum est verbum ἀλωπεκέω vel ἀλωπεκάω, notissimum vero ἀλωπεκίζω (v. Arist. *Vesp.* 1241) cuius aoristi infinitivus ἀλωπεκίσαι solemni η et ι vocalium confusione h. l. erat oblitteratus.

*tator* geweest: dit jaar had geene consuls. Onze berigten laten niet toe te beslissen, wat daarvan de reden geweest kan zijn; zooveel is zeker, dat tusschen het censorschap van FABIUS en DECIUS en de Ogulnische wet niets behalve de verkiezingen van het volk uitgaat, terwijl LIVIUS zegt, dat in het jaar der *lex Ogulnia* het *plebs* rustig en ontlast was, door de menigte die naar de nieuwe colonien was vertrokken[45], naar het steile *Sora*, naar *Carseoli*, en naar *Alba* aan het *Fucinische* meer, die uithoeken van *Romes* gebied. Hierin ligt een stellig bewijs, dat de regering niet zonder moeite haar overwigt handhaafde. Zeker is het, dat men het volk in toom moest houden. Het wordt waarschijnlijk, dat men de Ogulnische wetgeving voorbereidde. Welligt dat zelfs FLAVIUS, van wiens verder lot de geschiedenis zwijgt, mede vertrok om liever in *Sora* de eerste te zijn, dan eene ondergeschikte rol te spelen op het *forum*. Onder zulke omstandigheden was het te verwachten dat men de persoonlijke vrijheid beperken zou. In *Engeland* ware misschien de *habeas-corpus-act* geschorst. Te *Rome* kon men de *provocatio* tijdelijk buiten werking stellen, en dit geschiedde inderdaad zoo dikwijls een *dictator* benoemd werd. Maar hier is meer geschied. Terstond na het aannemen der Ogulnische wet is de *provocatio*, op voorstel van den *consul* VALERIUS, bij eene wet weder ingevoerd, en LIVIUS weet niet, welke reden daarvoor te vinden. De invloed van enkelen, zegt hij, was magtiger dan de vrijheid van het volk, en deze wet was naauwkeuriger in hare bepalingen[46], dan de beide vorige, welke het beroep op het volk reeds hadden ingesteld, zoo overheidspersonen zich misbruik van magt veroorloofden, of hunne bevoegdheid te buiten gingen. Maar met een weinig opletttendheid weten wij beter. De eerste wet was ingesteld, toen de onbeperkte, alles willekeurig beheerschende magt der koningen aan de consuls was overgegaan en beperkt moest worden. De tweede wet, toen dezelfde onbeperkte magt was hersteld, aan de tienmannen opgedragen, toen reeds de tweede reeks van tienmannen de dwingelandij bemagtigd had, en ze ook weder smadelijk had verloren. Met

45) X. 6.
46) Diligentius sanctam. LIV. X. 9, waar de geheele zaak behandeld wordt.



Digitized by Google

groote beschroomdheid uit ik het gevoelen, dat zoo als in *Griekenland* de wetten geschorst werden, zoolang Lykurgos, of Solon, of Pittakos eene nieuwe wetgeving voorbereidende den staat bestuurden, dat men zoo ook de *provocatio* buiten werking gesteld heeft terwijl de Ogulnische wet werd voorbereid, terwijl de kieswet werd hervormd. Wie toen de binnenlandsche politiek bestuurd heeft moet geheel onzeker blijven. Men zou het eerst aan Fabius en Decius zelven denken, maar het blijft volgens Romeinsche wetten een bijna onoverkomelijk bezwaar, juist de *provocatio* ten voordeele van censoren, geheel burgerlijke overheden te schorsen, hoewel eens een *dictator*, dus zonder *provocatio*, juist met het doel om het censorsambt uit te oefenen benoemd is. Alles is beter dan met Livius aan te nemen, dat de groote Valerius Corvus zijn hart er op gezet had de wetten zijner voorouders te bekrachtigen en te versterken, en dat het resultaat de nietige bepaling is geweest die Livius zelf bespot, »dat »het verboden was deze wet te overtreden." Maar eene rijke phantasie weet op alles raad. Livius vergeet de partijtwisten die hij in acht heerlijke boeken beschreven heeft, en wil zijne lezers doen gelooven dat bij de toenmalige bescheidenheid die bepaling voldoende was.

In het bovenstaande zijn de gronden opgesloten, weshalve de groote wetsverandering in 304 moet hebben plaats gehad. De toestand van *Rome* en de verhouding der staatspartijen al daar vóór en na het aangewezen tijdstip, de politieke noodzakelijkheid en uitvoerbaarheid van den bedoelden maatregel, sporen van zijne vermelding bij Livius, den eenigen schrijver in quaestie, redenen waarom die sporen niet duidelijker zijn, niets ontbreekt van al hetgeen men bij zoo onvoldoende berigten redelijkerwijs verwachten kon; de persoonlijkheid der betrokkene volksleiders wijst op dezelfde uitkomst; de argumenten van den voornaamsten en voor het oogenblik eenigen tegenstander zijn ontzenuwd, ten minste in de overtuiging van den schrijver dezer regelen, welke hij bescheidenlijk maar toch niet geheel zonder vertrouwen aan het hooger ressort der regtbank van den verlichten lezer voorlegt. Één gewigtig punt is evenwel nog niet besproken. Böckh's onderzoekingen over het finantiewezen geven over het algemeen een resultaat, dat strookt

Digitized by Google

met Mommsens onderzoekingen over den tijd der herziening. Dit zegt Mommsen: hij beweert buitendien, dat tusschen beide onderzoekingen het engste verband bestaat. En Böckh's gezag op dit terrein is wel niet zonder appèl, maar toch zoodanig, dat wij ons volgaarne daaraan onderwerpen. Onze stelling moet zijn, dat bovenstaande schets bestaanbaar is met Böckh's resultaten. Maar hier verandert het onderwerp van aard en van gewigt. Ware dat ook niet zoo, op het einde van een lang opstel is 't van den lezer niet te vergen, zich in dialektiek over 't finantiewezen te verdiepen. Hij verschoone dan ook wederkeerig deze onvolledigheid. Thans zij het genoeg, onze beste pogingen te hebben ingespannen, om op deze gewigtige partij in de Romeinsche geschiedenis ten minste dat twijfelachtige licht te doen vallen, waarover de vriend der geschiedenis beschikken kan in hare lange ochtendschemering van den inval der *Galliers* tot dien van Pyrrhos. Menig historisch feit is onvergelijkbaar beter bekend. Menige historische vraag zelfs van grooteren omvang kan met minder gevaar voor grove dwalingen worden besproken. Eene waardige behandeling van dit onderwerp doet eischen, die wij eerst aan het einde van dit opstel regt gevoelen, en tegenover welke ons niets overblijft, dan die toegevendheid in te roepen, welke onze landgenoot aan welgemeende pogingen zelden ontzegt.

*Leyden*, 21 *Aug*. 1854. E. J. Kiehl.

---

## BLADVULLING.

Bij Homerus *Il*. E. 705 staat

'Αντίθεον Τεύθραντ', ἐπὶ δὲ πλήξιππον 'Ορέστην,

en, gelijk men van te voren verwachten kon, staat er bij dit vers een *scholium*: *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ὁμωνυμίαν, ὅτι ὁμώνυμος οὗτος τῷ 'Αγαμέμνονος υἱῷ*. Maar hij, die dit bij Aristonicus vond, dacht dat het op die manier te dubbelzinnig was, en schreef daarom achter *υἱῷ* ter verduidelijking Τεύθραντι!

*H*. S. A. N.

---

Digitized by Google

# HERODOTEA.

Satis magnus videtur esse numerus vocabulorum Ionicorum, quae ex Herodoto prorsus evanuerunt et locum cesserunt aliis, quae omnibus Graecis in usu erant. Ipsa res dubia esse nequit, sed perdifficile est in singulis ostendere vocabulis id quod in universum satis constat. Cuiusmodi autem illud sit quod volo, lubet uno exemplo ostendere. Procurator dicitur ἐπίτροπος vel μελεδωνός; utrique vocabulo in Ionica dialecto locus est et saepe utrumque legitur; nec tamen credibile est Herodotum pro lubitu modo hoc posuisse modo illud, quod tamen in nostris editionibus usu venit, III. 61 sqq. Patizithes, Smerdis frater, promiscue ἐπίτροπος τῶν οἰκίων dicitur et μελεδωνός, neque quidquam discriminis interest, nam Prexaspes coram rege Patizithen μελεδωνόν nominat, qui tamen haud ita diu post a Cambyse ἐπίτροπος dicitur. Etsi in talibus maxima cautione opus est, ne temere scriptorem refingamus et multa movendo nihil agamus, facile tamen est fraudem deprehendere, sicubi vocabulum Ionicum juxta cum interpretatione Attica inveniamus. Accidit autem hoc I. 41. Satis notum est Athenienses homines trium litterarum nuncupare solitos fuisse κακούργους, eosdem Ionice dici κλῶπας sive φῶρας. Iam difficile est credere Herodotum unico loco, II. 121. § 7, κλέπτας dicere maluisse, cum in tota illa fabula de furibus et de Rhampsiniti thesauro semper usurpat vocabulum φῶρες et in simillima re, II. 150, non nisi κλῶπες nominantur. Prohibet tamen Homeri auctoritas ut vo-

Digitized by Google

cabulum κλέπτης Ionicae dialecto abiudicemus; verum ineptum est credere loco quem laudavi, I. 41, coniunctim legendum esse, sicuti nunc legitur, κλῶπες κακοῦργοι; inter utrumque vocabulum non adeo difficilis est optio. In eadem illa, quam tetigi, Adrasti historia ad calcem recte legitur: Ἄδρηστος δὲ ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω, οὗτος δὴ ὁ φονεὺς μὲν τοῦ ἑωυτοῦ ἀδελφοῦ γενόμενος, φονεὺς δὲ τοῦ καθήραντος . . . . ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ. Hoc loco ἀνακεφαλαίωσις apta est et genuina, sed putabimusne Herodotum I. 43 ipsum addidisse, quod nunc legitur post verbum ὁ ξεῖνος — οὗτος δὴ ὁ καθαρθεὶς τὸν φόνον, καλεύμενος δὲ Ἄδρηστος? Sit hoc utile et gratum lectori in ipso operis introitu dormitanti, huic tamen Herodotus profecto non prospicere voluit neque, si prospexisset, admisisset soloecum, quod his verbis inest; sequenti capite recte cum genitivo legitur φόνου ἐκάθηρε. Non minus putidum est quod legitur in vicinia: ἐκάλεε μὲν Δία καθάρσιον . . . . . ἐκάλεε δὲ καὶ ἐπίστιόν τε καὶ ἑταιρήιον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ὀνομάζων θεόν. Neque magis probo emblema, quod II. 64 exstat. Quis sit ἄλουτος ἀπὸ γυναικός nemo non intelligit et Herodotus satis habuit hoc ponere initio capitis quod laudavi, sed parum verisimile est eum in fine huius ipsius capitis addidisse interpretationem: ἀπὸ γυναικῶν ἀνιστάμενοι ἄλουτοι ἐσέρχονται ἐς ἱρόν. Cambyses narratur, II. 32, commisisse catulum leonis cum canis catulo; tum subiungit: νικωμένου δὲ τοῦ σκύλακος ἀδελφεὸν αὐτοῦ ἀπορρήξαντα τὸν δεσμὸν παραγενέσθαι οἱ. Ad hunc diem post ἀδελφεὸν αὐτοῦ additum legitur ἄλλον σκύλακα, credo, ne quis ipsius Cambysis fratrem intelligat. Idem Cambyses, III. 34, aulicos rogat: κοῖός τις δοκέοι ἀνὴρ εἶναι πρὸς τὸν πατέρα; adiecit aliquis, cui hic usus praepositionis πρός insolentior videbatur, τελέσαι Κῦρον, qua significatione verbum τελεῖν non usurpatur. Sunt autem laudata verba ipsius Cambysis, quem ipsum non verisimile est post τὸν πατέρα adiecisse Cyri nomen. Quod autem Croesus respondet ὦ παῖ Κύρου cet, hoc nos admonere poterit Artabanum, VII. 10. § 10, Mardonium allocutum esse ὦ παῖ Γωβρύεω, postea additum fuisse Μαρδόνιε, quod in talibus Herodotus numquam addit. Sic verbi causa, VII. 14, legitur ὦ παῖ Δαρείου, non additum est Xerxis nomen, quod supervacaneum foret. In obsidione Babylonis πάν-

Digitized by Google

*τες Ζώπυρον εἶχον ἐν ςόμασι*; addidit nescio quis *αἰνέοντες* quod tam inutile est ac, VI. 136: *Ἀθηναῖοι δὲ ἐκ Πάρου Μιλτιάδεα ἀπονοςήσαντα ἔσχον ἐν ςόμασι*, si quis addere vellet *ἐπιτιμέοντες* aut simile quid. Quod autem de Zopyro statim subiungitur: *πάντα δὴ ἦν τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος* admonet me ut eandem locutionem restituam I. 122. Demosthenes contra Aristocr. § 120 dicit *πάντ' ἦν Ἀλέξανδρος*; eodem modo Herodotus VII. 156 dicit: *ἔσαν οἱ πάντα αἱ Συρήκουσαι*. Credibile est igitur etiam in primo libro legendum esse: *ἦν τέ οἱ ἐν τῷ λόγῳ πάντα ἡ Κυνώ*, non *τὰ πάντα*. Quod quum nihil differat ab *ἤιε ταύτην αἰνέων διὰ παντός*, hoc libenter expunxerim. Saepius Herodotus facit Spartanos de more *λακωνίζοντας*. Capite 50 libri VI Cleomenes Crium Aeginetam rogat nomen, quod simul atque audivit exclamat: *ἤδη νῦν καταχαλκοῦ, ὦ κριὲ, τὰ κέρεα*, quod Graecis, qui hunc morem probe noverant, satis erat. Vix puto eum adiecisse *ὡς συνοισόμενος μεγάλῳ κακῷ*. Herodotus IX. 11 docet Spartanos barbaros *ξείνους* vocare et capite 53 de Amomphareto recte legitur: *οὐκ ἔφη τοὺς ξείνους φεύξεσθαι*; capite 55 idem Amompharetus hac significatione vocabulum usurpat: inficetum est iterum explicare: *ξείνους λέγων τοὺς βαρβάρους*. Leotychides, IX. 91, Hegesistratum nomen rogat: *Ὁ δὲ εἶπε· Ἡγησίςρατος. Ὁ δὲ ὑφαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, εἴ τινα ὥρμητο λέγειν ὁ Ἡγησίςρατος, εἶπε, δέκομαι τὸν οἰωνὸν, ὦ ξεῖνε Σάμιε.* Nihil opus est interpretamento *τὸν οἰωνὸν τὸν ἡγησίςρατον*, quod nunc video jam in mentem venisse Valckenaerio. Nemo nescit *ποιεῖσθαί τινα* Graecis idem esse ac Romanis *adoptare* et Herodotus ipse hoc docere poterit IV. 180. Vix crediderim eum VI. 57 scripsisse: *ἤν τις θετὸν παῖδα ποιέεσθαι ἐθέλῃ*. Pauci nesciunt quid sit in re militari *σημαίνει*; at Herodotus VI. 78: *Μαθὼν δὲ ὁ Κλεομένης ποιεῦντας τοὺς Ἀργείους ὁκοῖόν τι ὁ σφέτερος κήρυξ σημήνειε, παραγγέλλει σφι, ὅταν σημήνῃ ὁ κήρυξ ποιέεσθαι ἄριςον, τότε ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα χωρέειν ἐς τοὺς Ἀργείους.* Non intercedo quo minus priori loco vocabulum genuinum habeatur, altero dicendum fuit et dixit eodem modo, quo v. c. VIII. 11: *ὡς ἐσήμηνε . . . . δεύτερα δὲ σημήναντος*. Quid esset Persarum *σάγαρις*, Graeci Herodoti tempore non nesciebant. Satis habuit hoc vocabulo uti I. 215 en IV. 70; si explicare voluisset, fe-

Digitized by Google

cisset hoc fortasse IV. 5, ubi contextus significationem non aperit, sed inutile fuit σαγάρις per ἀξίνας explicare VII. 64. Darius *unum* pontem fecit in Istro flumine et Herodotus eum semper singulari numero γέφυραν vocat, cf. IV. 98. 118. 133. 136. et alii multi loci; Xerxes utramque Hellesponti ripam *duobus* pontibus iunxit. Artabanus VII. 10. § 6 de Ionibus loquitur, τοῖσι ἐπιτέτραπτο ἡ φυλακὴ τῶν γεφυρέων τοῦ Ἴστρου. Utrum magis consentaneum est errare Herodotum ipsum an grammaticum, qui interpretari voluit ἡ φυλακὴ τοῦ Ἴστρου quid esset? Persarum parasangam mensuram esse triginta stadiorum Herodotus occasione data bis memorat, II. 6 et V. 53 atque his quidem locis aptissime. Non opus fuit VI. 42 tertia vice tradere: παρασάγγας, τοὺς καλέουσι οἱ Πέρσαι τὰ τριήκοντα στάδια. Notissimum est Dienecis dictum VII. 226, ὡς πάντα σφι ἀγαθὰ ὁ Τρηχίνιος ξεῖνος ἀγγέλλοι, εἰ ἀποκρυπτόντων τῶν Μήδων τὸν ἥλιον ὑπὸ σκιῇ ἔσοιτο πρὸς αὐτοὺς ἡ μάχη. Ridiculum est quod adiectum est καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ. Nihil attinet explicare quid sit ἐκτομίας ποιεῖν et ἐκτάμνειν, neque Herodotus hoc fecit VI. 9 et VIII. 105. Priori loco Persarum duces Ionibus qui defecerunt et alia multa minantur et hoc, ὥς σφεων τοὺς παῖδας ἐκτομίας ποιήσομεν. Minae non fuere vanae, nam, debellata Ionia, VI 32, παῖδας τοὺς εὐειδεστάτους ἐκλεγόμενοι ἐξέταμνον καὶ ἐποίευν ἀντὶ τοῦ εἶναι ἐνόρχεας εὐνούχους. Quis credat hoc Herodotum adiecisse? In eodem vocabulo mendum est VIII. 105 ubi legitur: Ὅκως γὰρ κτήσαιτο παῖδας εἴδεος ἐπαμμένους, ἐκτάμνων ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις. Legendum est ἐκταμών, quod res ipsa clamat et exempla demonstrant. Sic II. 2 recte legitur de Psammiticho rege; γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Ψαμμίτιχος ἐκταμὼν τὴν δίαιταν οὕτω ἐποιήσατο τῶν παίδων παρὰ ταύτῃσι τῇσι γυναιξί. Itidem IX. 78: ἀποταμόντες τὴν κεφαλὴν ἀνεσταύρωσαν. IX. 112: τούς τε μαστοὺς ἀποταμοῦσα κυσὶ προέβαλε, καὶ ῥῖνα καὶ ὦτα καὶ χείλεα καὶ γλῶσσαν ἐκταμοῦσα ἐς οἶκόν μιν ἀποπέμπει διαλελυμασμένην. Contra praesens bene habet VIII. 22: ἐπορεύετο, ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα. Quae si cui non persuadent conferre poterit: II. 42. 121. IV. 62. 64. 87. 103. 159. 201. V. 114. VI. 75.

Redeundum est ad primum librum, ubi capite 29 Solon dicitur κατὰ θεωρίης πρόφασιν peregre abesse. Non potuit Hero-

Digitized by Google

doto, qui totus est in imitatione Homeri, non in mentem venire notissimi versus ex Iliade *Πατρόκλου πρόφασιν* et scripsit igitur *θεωρίης πρόφασιν*, qua locutione utitur quoque V. 33: *ἔπλωε πρόφασιν ἐπ' Ἑλλησπόντου, ἐπεί τε δὲ ἐγένετο ἐν Χίῳ, ἔσχε τὰς νέας ἐς Καύκασα*, ubi necessarium est *πρόφασιν μὲν ἐπ' Ἑλλ.* Eadem particula saepius excidit et I. 4 restituenda est: *Τὴν γὰρ Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκειεῦνται οἱ Πέρσαι, τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἥγηνται κεχωρίσθαι*, ubi malim *Τὴν μὲν γὰρ Ἀσ.* Eadem corruptela est in verbis Panos ad Phidippidem, VI. 105: *πολλαχῆ γενομένου ἤδη σφι χρησίμου, τὰ δ' ἔτι καὶ ἐσομένου*, ubi necessario rescribendum est *πολλαχῆ μὲν γενομένου.* Hac occasione indicabo aliquot locos, ubi quaedam supplenda videntur. Thalete auctore etesiae efficiunt ut Nilus quotannis super ripas effundatur; contra quam sententiam Herodotus haec affert: *Πολλάκις δὲ ἐτησίαι μὲν οὐκ ἔπνευσαν, ὁ δὲ Νεῖλος τὠυτὸ ἐργάζεται.* Ratio loci postulat ἐργάζεται *αἰεί.* Habes hoc adverbium itidem in fine collocatum, II. 50: *τιμέουσι τὸν θεὸν τοῦτον αἰεί.* Iterum deest eadem particula VII. 197. Narratur ibi Achaeos non dare introitum in prytaneum natu maximo e gente Cytissori, hoc modo: *ὃς ἂν ᾖ τοῦ γένεος τούτου πρεσβύτατος, τούτῳ ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι τοῦ πρυτανηΐου αὐτοὶ φυλακὰς ἔχουσι.* E solemni Graecorum consuetudine supplendum est *ὃς ἂν αἰεὶ ᾖ.* Sic Spartani, VI. 58, lugere solent reges defunctos et praedicant *τὸν ὕστατον αἰεὶ ἀπογενόμενον τοῦτον δὴ γενέσθαι βέλτιστον.* Particula eodem modo usurpatur I. 67, II. 98: III. 83, 84, 142, IV. 10. 33. 95 et alibi. Quae Cobetus disputavit *Mnem.* III. 298 faciunt ut V. 76 nullo negotio possit corrigi. Dorienses quattuor expeditiones in Atticam fecerunt: *πρῶτον μὲν, ὅτε καὶ Μέγαρα κατοίκισαν (οὗτος ὁ στόλος ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος ὀρθῶς ἂν καλέοιτο), δεύτερον δὲ καὶ τρίτον κτέ.* Aut omnia me fallunt aut emendandum est *ὀρθῶς πρῶτος (α') ἂν καλέοιτο.* Ipsa interpretatio Latina, quae editioni Didotianae adiecta est monstrare poterit, quam hoc sit necessarium. Croesi verba, I. 207 ad Cyrum expeditionem suscepturum contra Massagetas, haec sunt: *Εἰ μὲν ἀθάνατος δοκέεις εἶναι καὶ στρατιῆς τοιαύτης ἄρχειν, οὐδὲν ἂν εἴη πρῆγμα γνώμας ἐμὲ σοὶ ἀποφαίνεσθαι.* Aliquanto venustiora haec erunt si suppleveris: *Εἰ μὲν ἀθάνατος αὐτὸς δοκέεις εἶναι κτέ.* Telines qui-

Digitized by Google

dam, qui sacra habebat Inferarum Dearum, exsules quosdam Gelam reduxit, ut est VII. 153, ἐπ' ᾧ τε ἀπόγονοι αὐτοῦ ἱροφάνται τῶν θεῶν ἔσονται; aut τῶν χθονίων θεῶν verum est aut τούτων τῶν θεῶν. De scopulo inter Sciathum et Magnesiam haec legimus VII. 183: Τὸ δὲ ἕρμα σφι (Πέρσῃσι) κατηγήσατο ἐὸν ἐν πόρῳ μάλιςα Πάμμων Σκύριος. Quid sit μάλιςα hoc loco haud facile dixeris, antequam rescripseris ἐὸν ἐν μέσῳ πόρῳ. Themistocles Eurybiadem VIII. 60. § 6 et alia hortatur et hoc: Οἰκότα μέν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώποισι ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι· μὴ δὲ οἰκότα βουλευομένοισι οὐκ ἐθέλει οὐδὲ ὁ θεὸς προσχωρέειν πρὸς τὰς ἀνθρωπηΐας γνώμας. Arena sine calce; suspicor Herodotum dedisse: οἰκότα μέν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώποισι οἰκότα ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι. Confirmari hoc potest collatis locis, qui ad sententiam simillimi sunt VII. 10. § 9, VII. 50 et VII. 157. Ad Plataeas Graecorum sacra fecit Tisamenus, IX. 33; οὗτος γὰρ δὴ εἵπετο τῷ ςρατεύματι τούτῳ μάντις. Graeci ni fallor in talibus dicere solent μάντις ἐών. Non minus necessaria eadem correctio est VII. 33: ἐπὶ Ξανθίππου τοῦ Ἀρίφρονος ςρατηγοῦ Ἀθηναίων; legendum est ςρατηγοῦ ἐόντος Ἀθηναίων; qui locus monstrare poterit, VIII. 94, non legendum esse Ἀδείμαντον τὸν Κορίνθιον ςρατηγόν, sed Κορινθίων. Contumeliosum dictum est Cambysis ad Aegyptiorum sacerdotes: ἀτὰρ ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε; malim οὔ τι χαίροντες. Hunc usum aperire poterit eiusdem furentis Cambysis dictum in vicinia, III. 36: Ἀλλ' οὔτι χαίρων, ἐπεί τοι καὶ πάλαι ἐς σὲ προφάσιός τευ ἐδεόμην ἐπιλαβέσθαι. Spartani, IX. 37, Hegesistratum ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ; Graecum erit, si addideris: ἔδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ, sicuti I. 109 recte legitur de Cyro infante κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ, III. 119 Darius Intaphernis familiam ἔδησε τὴν ἐπὶ θανάτῳ, et V. 72 Athenienses cives de Isagorae factione κατέδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Ultimum huius generis vitium, quod nunc quidem indicare in animo est, legitur I. 10: παρὰ γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει. Sententia postulat: παρ' ἅπασι τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι. Origo corruptelae in aprico est et utriusque locutionis discrimen monstrare poterunt loci quales sunt II. 4, 35, 82, V. 49. Vocabulum autem quod hoc loco

Digitized by Google

ante *τοῖσι* excidit, male additum est VIII. 104: In Pedasorum agro bis vel ter, nam Herodotus sibi non constare videtur, tale prodigium allatum est: *ἐπεὰν τοῖσι ἀμφικτίοσι π ᾶ σ ι τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος μέλλῃ τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπὸν, τότε ἡ ἵρεια αὐτόθι τῆς Ἀθηναίης φύει πώγωνα μέγαν.* Nemo facile dicat quid sit hoc loco vocabulum *πᾶσι*; si sunt qui dubitent illud ortum esse e dittographia vocabuli proxime sequentis, iis fortasse ipse Herodotus persuadere poterit, qui idem illud iam narravit I. 175 sive potius rem dignam existimavit, quam iterum memoriae traderet primo libro, nam hic non nisi octavo volumine absoluto, conscriptus esse videtur: *τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι, αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περιοίκοισι ἡ ἵρεια τῆς Ἀθηναίης πώγωνα μέγαν ἴσχει.* Hi loci autem inter se comparati possunt quoque documento esse eius rei, *quam* posui in initio huius disputationis et ad quam redibo in posterum, de confusione vocabulorum Ionicorum cum interpretamentis communis Graeciae dialecti.

Vitium eximendum est e I. 74. Bellum ortum est inter Cyaxarem et Alyattem; luna soli obstitit et proelium diremit; postea bellum compositum est per Syennesin et Labynetum et hoc quidem hac conditione: *Ἀλυάττεα ἔ γ ν ω σ α ν δοῦναι τὴν θυγατέρα· Ἀρύηνιν Ἀστυάγεϊ τῷ Κυαξάρεω παιδί.* Nihil tamen *decreverunt* arbitri, opinor, sed *persuaserunt* Lydorum regi ut filiam Astyagi in matrimonium daret: hoc vero est *ἀ ν έ γ ν ω σ α ν*, cuius aoristi usus apud Herodotum frequentissimus est. Admonet me hic locus vitii, quod in nostris editionibus ubivis obviam est, dico praepositiones neglectas aut permutatas. Aristodemo Lacedaemoniorum regi uxor parit geminos, qui nomina acceperunt Proclem et Eurysthenem. Spartani nesciunt uter prior natus sit et incerti haerent utrum regem salutent. Mater interrogata simulat se nescire utrum priorem pepererit, et cetera quae nota sunt. Verba Herodoti haec sunt VI. 52: *οὐ δυναμένους δὲ γ ν ῶ ν α ι, ἢ καὶ πρὸ τούτου, ἐπειρωτᾶν τὴν τεκοῦσαν. Τὴν δὲ οὐδὲ αὐτὴν φάναι δ ι α γ ι ν ώ σ κ ε ι ν, εἰδυῖαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα κτἑ.* Igitur priori loco etiam *δ ι α γ ν ῶ ν α ι* legendum est, quod compositum rectissime legitur VII. 10. § 1. Facile est corruptelam tollere quae his verbis inest, VI. 94: *ἐντειλάμενος δὲ ἀπέπεμπε ἐξανδραποδίσαντας Ἀθήνας καὶ Ἐρέτριαν*

Digitized by Google

*ἀγαγεῖν ἑωυτῷ ἐς ὄψιν.* Legendum est *ἀναγαγεῖν*; arguit vel VI. 119: *Τοὺς δὲ τῶν Ἐρετριέων ἠνδραποδισμένους Δᾶτίς τε καὶ Ἀρταφέρνης . . . . . ἀνήγαγον ἐς Σοῦσα.* Vocabula autem differunt sic: si quis *ex Europa Susa* proficiscitur ad Regem, perpetuus est usus compositorum *ἀνάγεσθαι, ἀναβαίνειν, ἄνοδος* et similium; de iis autem, qui ex Asia ipsa ad regem deducuntur in usu sunt *ἄγεσθαι* et *ἐλθεῖν*, si Asiam minorem fortasse exceperis, nam Milesii v. c. *ἤγοντο ἐς Σοῦσα*, VI. 20, Histiaeum contra Artaphernes et Harpagus *οὐ ζώοντα ἀνήγαγον ἐς ὄψιν τὴν Δαρείου.* Consentaneum est verbis compositis locum non esse per expeditionem Xerxis in Europam. Et ita obtinet VIII. 26 et 114. In Aegypto eadem res est. Sesostris in patriam redit *ἀνάγων πολλοὺς ἀνθρώπους*; nescio quis captivum quendam e Lycia *οὐκ ἀνήγαγε ἐς Αἴγυπτον* ad Amasin, III. 4; quem ipsum, postquam defecit, Apries Patarbemin jussit *ἀγαγεῖν παρ' ἑωυτόν*, ut est II. 162. Multo difficilius est discrimen statuere quod sit inter *ὁρτὴν ἄγειν* et *ἀνάγειν*, quod utrumque apud Herodotum saepe legitur. Videtur tamen *ἀνάγειν* tantum in usu esse, ubi de solemnibus pompis sermo est, quae cum plerisque festis coniunctae sunt. Hinc I. 147. Iones dicuntur omnes ii *ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασι καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι* et IX. 11 verba sunt ad Lacedaemonios: *Ὑακίνθια ἄγετε καὶ παίζετε.* Sic quoque usus verbi simplicis explicandus videtur I. 183 et VI. 138. Contra de Bacchi sacris semper usurpatur *ἀνάγειν ὁρτήν*, v. c. II. 48, III. 97 et IV. 108; Matri magnae *Κυζικηνοὶ ἀνάγουσι ὁρτήν*, IV. 76; Athenienses quinto quoque anno Panathenaea celebrant et *θυσίας ἀνάγουσι.* Hoc si verum est, corrigendus est locus in VIII. 65. Paulo ante pugnam apud Salamina Damaratus sibi videre visus est ingentem pulverem ab Eleusine et exaudire mysticum Iacchum. Quod quum nesciret quid esset, nam Eleusinia non noverat, explicat ei omnem rem Dicaeus quidam Atheniensis. *Τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσι Ἀθηναῖοι ἀνὰ πέντε ἔτεα*; quia hoc loco unice de pompa sermo est, malim rescribere *ἀνάγουσι.* Praepositio *διά* restituenda videtur I. 116: Astyages *ἐσήμαινε τοῖσι δορυφόροισι λαμβάνειν* pastorem qui Cyrum educaverat. Herodotum scripsisse *διαλαμβάνειν*, credibile fit collato I. 114, ubi Cyrus puer inter pastores degens *ἐκέλευε* Artembaris filium *τοὺς ἄλλους*

Digitized by Google

διαλαβέειν. Quod quid sit si cui minus pateat, inspicere poterit IV. 94. Eadem haec praepositio excidit VIII. 81. Aristides venit ad classem Graecorum apud Salamina, φάμενος ἐξ Αἰγίνης τε ἥκειν καὶ μόγις ἐκπλῶσαι λαθὼν τοὺς ἐπορμέοντας. Legendum est διεκπλῶσαι, sicuti IV. 42, 43, 179, VII. 147 et alibi. Quam alienum sit vocabulum ἐκπλῶσαι, ostendet locus in vicinia VIII. 79. Eadem iniuria fit praepositioni περὶ in hisce: Δαμιέος τε οὐκέτι ἐόντος VII. 205, ubi necessarium est περιεόντος. Locutio frequens est de iis qui non amplius inter vivos sunt: III. 15: τὸν παῖδα εὗρον οἱ μετιόντες οὐκέτι περιεόντα; V. 39, οὐκέτι περιεὼν ἐβασίλευε; VI, 103, οὐκέτι περιεόντος αὐτοῦ Πεισιστράτου; VII. 146, ἔτι περιεόντας αὐτοὺς κατέλαβον, IX. 10, οὐκέτι περιῆν. Quam procul ab hac locutione distet οὐκέτι εἶναι cognosci potest ex V. 102. Etiam III. 65 locutio μηκέτι εἶναι bis legitur, sed haud scio an recte. Excidit praepositio ἐπὶ capite 86 libri quinti: ἅμα τε ἐν τούτῳ τήν βροντήν τε γενέσθαι καὶ τὸν σεισμὸν αὐτοῖσι, ubi ἐπιγενέσθαι legendum est; cf. quae Herodotus paulo ante de eadem re narravit, capite 85: καί σφι ἕλκουσι βροντήν τε καὶ ἅμα τῇ βροντῇ σεισμὸν ἐπιγενέσθαι. Non difficile foret magno exemplorum numero hoc ostendere, sed satis erit paucis defungi. Ducentae Persarum naves iubentur circumnavigare Euboeam, VIII. 13: Καὶ τὸ τέλος σφι ἐγένετο ἄχαρι· ὡς γὰρ δὴ πλώουσι αὐτοῖς χειμών τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπεγίνετο κτἑ. Postridie Graecis nunciatur ὡς τῶν βαρβάρων οἱ περιπλώοντες τὴν Εὔβοιαν πάντες εἴησαν διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ γενομένου χειμῶνος. Persae Delphos contendunt ad Apollinis templum diripiendum, VIII. 37: ἐπιγίνεταί σφι τέρεα ἔτι μέζονα τοῦ πρὶν γενομένου τέρεος. Nullo negotio plura exempla possunt colligi. Magnopere miror nondum correctum esse VII. 104. Damaratus dicit se non detrectare proelium cum iis Persarum militibus οἳ Ἑλλήνων ἑκαστός φασι (sic Abresch pro φησι) τριῶν ἄξιος εἶναι. Quis haec legens immemor potest esse notissimi Homeri versus: ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων; certe Herodotus haec scribens non fuit et dedit pariter ἀντάξιος hoc loco, sicuti bis fecit in praecedenti capite: Εἰ γὰρ ἐκείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν τῆς στρατιῆς τῆς ἐμῆς ἀντάξιός ἐστι, σὲ δέ γε δίζημαι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον.

Digitized by Google

Non satis intelligo quod de Cyro narratur, I. 155: Sardibus captis Ecbatana proficiscitur Κροῖσόν τε ἅμα ἀγόμενος καὶ τοὺς Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι. Conieci: καὶ ἐπὶ τοὺς Ἴωνας . . . . . . ἰέναι. Simillimum est Atossae dictum ad Darium, III. 134, ἐπὶ Σκύθας μὲν τὴν πρώτην ἰέναι ἔασον, quem locum iam Valckenaerius attulit, qui in eandem coniecturam incidit.

Capite 56 secundi libri Herodotus ἱρὰς γυναῖκας vocat quas ἱρείας dixit esse cap. 54. Ultimum hoc unice verum est et priori loco restituendum. Sacerdotes ἱρέες sunt et ἵρειαι. Contra sacer sive ἱρὸς dicitur ἵππος, I. 189, λόγος, II. 51; κροκόδειλος, II. 53; ὄφις, II. 74; praeterea legitur ἱρὰ χρήματα, II. 28; ἱρὴ θήκη, II. 55; νοῦσος, III. 33; ζημίη, III. 52; ἐλαίη, V. 82; ὁδός, VI. 34; nominantur quidem ἄνδρες ἱροί IV. 23 et VI. 97, sed sensu prorsus diverso ab eo quem noster locus postulat.

Ex Otanis sententia, III. 80, rex est διαβολὰς ἄριστος ἐνδέκεσθαι. Opinor eum voluisse dicere ῥᾷστος.

Satis est perspicuum quid restituendum sit III. 139. Multi Graeci eo tempore venerunt in Aegyptum: οἱ μὲν, ὡς οἰκὸς, κατ' ἐμπορίην, οἱ δὲ στρατευόμενοι, οἱ δέ τινες καὶ αὐτῆς τῆς χώρης θεηταί. Res ipsa clamat Graecos profectos esse *militatum*, h. e. στρατευσόμενοι. Futurum huius verbi etiam VI. 99 ab exsilio revocandum est: οὔτε ἔφασαν ἐπὶ πόλις ἀστυγείτονας στρατεύεσθαι, immo στρατεύσεσθαι. Non minus foede corrupta sunt Histiaei verba, V. 99: θεοὺς ἐπόμνυμι τοὺς βασιληΐους μὴ μὲν πρότερον ἐκδύσασθαι τὸν ἔχων κιθῶνα καταβήσομαι ἐς Ἰωνίην, πρὶν ἄν τοι Σαρδὼ νῆσον τὴν μεγίστην δασμοφόρον ποιήσω. Emendandum est μὴ μὴν πρότερον ἐκδύσεσθαι; tum malim νήσων τὴν μεγίστην pro eo quod nunc legitur; idem VI. 2 quoque reponendum est ex I. 170.

In epigrammate, quod IV. 88 legitur:

Βόσπορον ἰχθυόεντα γεφυρώσας ἀνέθηκε
Μανδροκλέης Ἥρῃ μνημόσυνον σχεδίης,

ex horum monumentorum consuetudine reponendum est μ' ἀνέθηκε.

Thraces, ut est V. 8, χῶμα χέαντες ἀγῶνα τιθεῖσι παντοῖον. Certissimum est legendum esse χώσαντες; haec locutio saepissime apud Herodotum legitur, v. c. χώματα χοῦν I, 162, II. 137, IX. 85, IV. 71 et similiter in usu est ἐκχοῦν, συγ-

Digitized by Google

χοῦν, παραχοῦν, προσχοῦν et καταχοῦν; contra legitur χοὰς ἐχέαντο, VII. 43 et occurrunt composita διαχεῖν, συγχεῖν, καταχεῖν et προχεῖν. Attendendum est ad VII. 115 ubi συγχεῖν ὁδὸν recte legitur, ut videtur, etsi VIII. 71 non minus bene pro loci sententia dicitur συγχοῦν ὁδόν.

Certum est VI. 23 corrupte edi: Σκύθην . . . . ὁ Ἱπποκράτης πεδήσας καὶ τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ . . . . ἀπέπεμψε. Vincire apud Herodotum perpetuo est δῆσαι; vocabulo πεδῆσαι ne semel quidem utitur; compedes sunt πέδαι; quibus qui vinctus est is dicitur ἐν πέδῃσι δεδεμένος; extra carcerem πέδας ἕλκει. Conferri possunt I. 86, III. 23, 129, IV. 135, V. 33, VI. 23, 39, 87 et multi alii loci, ubi aliae formulae loquendi reperiuntur, quas sciens praetermitto. Unum laudare iuvat V. 77: εἶχον ἐν φυλακῇ, ἐν πέδῃσι δήσαντες. Hoc ipsum fecit Hippocrates, Scythem non πεδήσας, sed ἐν πέδῃσι δήσας.

Minus recte emendatum est quod legitur Miltiades ad Callistratum dixisse, VI. 109: Ἡμέων τῶν στρατηγῶν ἐόντων δέκα δίχα γίνονται αἱ γνῶμαι, τῶν μὲν κελευόντων συμβαλέειν, τῶν δὲ οὐ συμβαλέειν. Putidum emblema est posterius συμβαλέειν, verum viri docti eiiecerunt alterum, quod retinendum fuisset. Fidem facere possunt VII. 35: ἤν τε σύ γε βούλῃ, ἤν τε μή, 163 ἢν μὲν ὁ βάρβαρος νικᾷ . . . . . ἤν τε οἱ Ἕλληνες; IX. 33 ἢν μιν πολιήτην σφέτερον ποιήσωνται . . . . ποιήσει ταῦτα, ἐπ' ἄλλῳ μισθῷ δ' οὔ. Ridiculum foret adjicere βούλῃ, νικᾷ, ποιήσει.

Fama est Onomacritum corrupisse Musaei oracula, VII. 6. Inseruit enim ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανιζοίατο κατὰ τῆς θαλάσσης. Futuro opus est et Herodotus scripsit: ἀφανιεοίατο (Ε pro Ζ). Futura media forma contracta significatione passiva apud Nostrum haud raro leguntur, v. c. III. 132, IV. 43, VI. 9 et 17. Eandem medicinam Cobetus adhibuit alii loco *Mnem.* II. 381.

Xerxes in Graeciam profecturus principes Persarum in concilio rogat sententias; Mardonius magnopere suadet expeditionem, dissuadet Artabanus Darii frater capite decimo septimi libri. De hac re Artabanus postea ad Xerxem, capite XVI: γνωμέων δύο προκειμένων Πέρσῃσι, τῆς μὲν ὕβριν αὐξανούσης, τῆς δὲ καταπαυούσης κτέ. Vix puto Artabanum coram Xerxe ausum fuisse praedicare se voluisse καταπαύειν τὴν ὕβριν

Digitized by Google

neque hoc fecit, nam Xerxi non auctor fuit ut dimitteret expeditionem, sed ut differret, vide sis laudati capitis decimi §§ 8 et 11. Suspicor igitur aliquanto rectius legi: καταπρηΰνούσης.

Miror id quod Herodotus scribit VII. 22 montem Athon fuisse οἰκημένον ὑπ' ἀνθρώπων. In isthmo, in quem desinit Athos est oppidum Sane, cuius incolae apud Steph. Byz. Σάνιοι dicuntur. Ludere lubet et suspicari Herodotum scripsisse montem habitatum esse ὑπὸ Σανίων (ΥΠΟCΑΝΙΩΝ pro ΥΠΟΑΝΩΝ).

Certius est Hydarnem VII. 135 non potuisse dicere ἕκαστος ἂν ὑμέων ἄρχοι τῆς Ἑλλάδος δόντος βασιλέος. Non plures adsunt quam Spartani duo. Corrige igitur ἑκάτερος.

Sociorum rogatu Athenienses in bello Persico Lacedaemoniis permiserunt classis imperium, VIII. 3, μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα. Credibile est scribendum esse μέγα τι πεποιημένοι, eadem ratione qua Megacles, I. 61, δεινόν τι ἔσχε ἀτιμάζεσθαι πρὸς Πεισιστράτου vel Zopyrus, III. 155, δεινόν τι ἐποιέετο Ἀσσυρίους Πέρσῃσι καταγελᾶν.

Haud facile crediderim Herodoti manum servari in his, VIII. 56, ἱστία ἀείροντο ὡς ἀποθευσόμενοι. Facile sane est vocabulum, quod caeteroquin in Herodoto non memini me legere mutare in: ἀποπλευσόμενοι, sed hoc, fateor, est nodum scindere, non solvere.

Monstrum est vocabuli quod legitur IX. 33. Tisamenum, cuius supra mentionem feci, τὸν ἐόντα Ἠλεῖον καὶ γένεος τοῦ Ιαμιδέων Κλυτιάδην Λακεδαιμόνιοι ἐποιήσαντο λεωσφέτερον. Emenda: νεωστὶ σφέτερον. Paulo post legitur ἤν μιν πολιήτην σφέτερον ποιήσωνται.

Sed quia adverbii νεωστί mentio iniecta est, videndum quoque est de adverbio μεγαλωστί, quae res ut plenius intelligatur paulo altius repetenda est.

In Bekkeri Anecdotis p. 571 Apollonius docet omnia adverbia in -στί a verbis derivari, ἑλληνιστί igitur ab ἑλληνίζω derivandum esse, non ab Ἕλλην et sic in caeteris. Τούτοις δὴ ἐπιστήσας, inquit, ὁ Τρύφων ἐζήτει περὶ τοῦ μεγαλωστὶ, ἱρωστὶ παρ' Ἀνακρέοντι, καὶ ἔτι τοῦ παρ' Ἀθηναίοις νεωστί. Praeter haec tria vocabula a Tryphone laudata, quae non conveniunt praecepto tradito ab Apollonio, Bastius ad Greg. Cor. p. 545 e grammatico quodam affert δημιωστί. Prorsus incognitum est

adverbium *ἀγανωστί*, quod Bergkius olim finxit ad frgm. 49 Anacreontis et vix puto indagari posse quale *adverbium* in *ωστί*, *celeriter* significans a Pherecrate effictum sit, ut docent mutila Scholiastae verba ad Hom. Iliad. Σ 26. Caeterum nihil mirum est Pherecratem tale quid praeter analogiam novasse, si quidem *γυνήν* dicere potuit pro *γυναῖκα*, ut auctor est Etymologus in voce *γυνή*, hunc laudans Pherecratis senarium: *ὡς ἄτοπόν ἐστι μητέρ' εἶναι καὶ γυνήν.* Adverbia *δημιωστί* et *ἰφωστί* caeteroquin ignoramus; restant igitur *νεωστί* et *μεγαλωστί*, quorum alterum frequenti omnium scriptorum usu notissimum est, alterum huic disputationi ansam dedit. Tribus omnino locis occurrit apud Homerum, nempe Iliad. Π. 776: *κεῖτο μέγας μεγαλωστί, λελασμένος ἱπποσυνάων*, qui versus translatus est in Od. ω 40. et Iliad. Ρ 26: *αὐτὸς δ' ἐν κονίῃσι μέγας μεγαλωστὶ τανυσθεὶς — κεῖτο.* Quid vocabulum hoc loco significet, rectissime sensit Vossius, qui Homerum admirabiliter Germanice interpretatus est cuiusque magna in talibus habetur auctoritas; vertit enim sic: *auf grossem Bezirk*, nec puto inveniri qui dubitent. Praeter Homerum unicus est tantum quoad scio in aliquo poeta locus, ubi exstat: nempe apud Apollonium Rhodium, qui II. 838 sic controverso vocabulo usus est: *ἑτέρῳ δέ μιν ἤδη — τάρχυον μεγαλωστί*; quo loco significatio non differt ab ea quam Attice *μεγαλείως* habet et Latine *magnifice*, verbi causa apud Xen. Oec. XI. 9, qui loquitur de *θεοὺς μεγαλείως τιμᾶν.* Sitne Herodoto excepto, de quo statim videbimus, vocabulum etiam usurpatum sit ab aliis, difficillimum est statuere, sed plerisque locis ubi nunc legitur, dubitari potest an lectio genuina sit. Quod exempli gratia Semus Delius apud Athen. XIV. p. 614 scripsisse fertur: *μεγαλωστὶ τὸν θεὸν ἐτίμησεν*, id perquam dubium fit Xenophontis loco, quem modo laudavi; uterque locus apud Suidam nihil probat nisi hoc, huius tempore eam lectionem circumlatam fuisse in codicibus manuscriptis, sed difficile est creditu Atticum scriptorem dicere potuisse *μεγαλωστὶ περιχαρής* et exemplum, quod laudat ex Arriani Exped. Alexandri IV. 21. *μεγαλωστὶ ἐπῄνει* magis etiam incertum fit, si confers cum Herodt. III. 34: *μεγάλως ἐπαινέειν.* Etsi autem largiar fieri posse ut vocabulum serioribus scriptoribus, excepto Apollonio, de quo non dubia res est, in usu fuerit,

tamen non credam Herodotum id usurpasse, qui, si usurpasset, usurpasset significatione *non diversa* ab ea, quam habet apud Homerum. Ubi autem apud eum nunc legitur, significatio prorsus non differt ab ea, quam habet alias μεγάλως. Sunt loci numero tres: II. 161, μεγαλωστὶ προσέπταισε, V. 67 ἐώθεσαν μεγαλωστὶ κάρτα τιμᾶν τὸν Ἄδρηστον et VI. 70 ὑπεδέξατό τε αὐτὸν μεγαλωστί. Quod ad primum locum attinet, haud ita difficilis est probatio, Herodotum scripsisse μεγάλως προσέπταισε, nam illud ipsum μεγάλως προσπταίειν sexies apud eum legitur, nempe I. 16, V. 62, VI. 45, VI. 95, VII. 170, VII. 210; ceterum sequens π librariis causa erroris fuit. Alter locus non minus facile profligatur: non exputo cur Herodotus semel μεγαλωστὶ dicere maluerit, qui sexies itidem dicit μεγάλως τιμᾶν, nempe I. 30, 31, II. 29, 75, 160 et VIII. 124. Adverbium autem κάρτα cum μεγάλως coniungitur sicuti III. 1 et IV. 79 κάρτα μεγάλη aut IV. 76 κάρτα μεγαλοπρεπέως. Cum tertio loco quem laudavi conferendus est IX. 15, ubi legitur quod ad sensum proxime accedit: παρασκευασάμενος μεγάλως ἐκάλεε ἐπὶ ξείνια. Apparet igitur, nisi fallor, usum huius vocabuli apud Herodotum parum idoneo argumento niti.

Cavendum tamen est ne quis μεγαλωστί confundat cum μεγάλως τι, quod verbi causa laudatur e Platonis Charmid. p. 172. Homeri loci satis probant μεγαλωστί ab hac altera locutione origine et sensu prorsus esse diversum.

*Harlemi d.* 21 *m. Sept.* 1854. S. A. NABER.

# BLADVULLING.

PLATO *Gorg.* p. 453, C. *῞Ωσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανόν σε ἐρωτῶν τίς ἐστι τῶν ζωγράφων Ζεῦξις, εἴ μοι εἶπες, ὅτι ὁ τὰ ζῷα γράφων, ἆρ' οὐκ ἂν δικαίως σε ἠρόμην ὁ τὰ ποῖα τῶν ζῴων γράφων καὶ ποῦ;*

Tot hoevele verklaringen en emendaties deze plaats aanleiding heeft gegeven, is iederen philoloog bekend, en kan men ten overvloede nazien in de *Miscell. Philol.* van 1850, bl. 79, waar Prof. VAN HEUSDE ze optelt, en zelf gist, dat men voor *ποῦ* uit een *compendium ποῖα οὗ* te lezen hebbe. Buiten de aldaar opgenoemde verklaringen vind ik nog, dat BERNHARDY in zijnen *Grundriss der Griech. Literat.* 2e dr. 1e dl., bl. 74, *ποῦ* verklaart door »in welchem Felde der *ζωγραφία*." Ik voor mij kan noch het een noch het ander aannemen, maar houd het er voor, dat *ποῦ* hier, zoo als meermalen, eenvoudig beteekent *waarop*, hetgeen voorzeker bij een schilder eene quaestie van belang is: of hij b. v. op den muur, op paneel, ivoor of dergel. schildert. In denzelfden zin vindt men het woord gebezigd in den *Antiattic.* p. 113. in *πυξίον*: *ὅπου οἱ ζωγράφοι γράφουσι.* In den zin van *waarin* komt het voor b. v. bij EUPOLIS:

*ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔστ' οὐδὲ λάσανον ὅπου χέσω,*

bij MOERIS *Attic.* p. 202, 30.[1]

Dat *ubi* bij de *Romeinen* hetzelfde kan beteekenen, ziet men b. v. uit TERENT. *Adelph.* IV. II. 47. PLAUT. *Mil.* II. I. 40. en dergel.

*Arnhem.* D. J. VAN STEGEREN.

---

[1] Er is in dit vers eene fout: de *tribrachys* mag niet door een anapaest gevolgd worden en evenmin mag deze beginnen met de laatste syllabe van een *hyperdisyllabon*. Bovendien zeggen de *Atheners λάσανα* in het meervoud, zie POLL. X. 44. Men dient dus te lezen: *οὐδὲ λάσαν' ὅπου χέσω.* S. A. N.

Digitized by Google

# DRUKFOUTEN

## IN DEN TWEEDEN JAARGANG.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Bl. 369 | regel 39 | staat χρι-μχθῆν | lees χριμφθῆν |
| » 376 | » 10 | » over vier | » vier |
| » 389 | » 3 | » 'Ε. | » ἐ. |
| » 408 | » 16 | » ἄλλον | » ἄλλου |
| » » | » 19 | » πέξον | » πέζον |
| » » | » 26 | » βούβεται | » βούλεται |
| » » | » 27 | » ΗΔΗΝΤΟΣΕΙΜΙ | » ΗΔΗΝΤΟCΕΙΜΙ |

---

## IN DEN DERDEN JAARGANG.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Bl. 9 | regel 13 | staat ἐννεπ ῶ γώ | lees ἐννεπῶ γώ |
| » 10 | » 25 | » βροχῷ νάψασαν | » βροχῷνάψασαν |
| » 15 | » 29 | » ὑπο | » ὑπό |
| » » | » 33 | » ἡμῖν | » ἡμῖν |
| » 16 | » 17 | » Εν | » 'Εν |
| » 2ü | » 16 | » persoonen | » personen |
| » 32 | » 33 | » onstaan | » ontstaan |
| » 32 | » 36 | » geene | » gene |
| » 56 | » 22 | » oveenstemming | » overeenstemming |
| » 75 | » 19 | » temporem | » temporum |
| » 78 | » 34 | » Αλκιβιάδην | » 'Αλκιβιάδην |
| » 79 | » 38 | » ἑτέρωσ' | » ἑτέρωσ' |
| » 80 | » 14 | » interpositis de | » interpositis |
| » 81 | » 18 | » αὐτων | » αὐτῶν |
| » » | » 35 | » ἠγγελθη | » ἠγγέλθη |
| » 82 | » 29 | » ἐςι τα | » ἐςι τὰ |
| » 83 | » 35 | » ἦηαν | » ἦσαν |
| » 105 | » 8 | » ἦισαν | » ἦσαν |
| » 145 | » 37 | » rκαὶ | » καὶ |
| » » | » » | » equiritur | » requiritur |
| » 160 | » 6 | » ἱνα- | » ἵνα- |
| » 163 | » 28 | » praestantissimos | » praestantissimis |
| » 181 | » 33 | » *at* | » *ut* |
| » 185 | boven | » XII. 8. | » XIII. 8. |
| » 186 | regel 34 | » alla | » ulla |

Digitized by Google

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| » 193 | *boven ontbreekt* vss. 634 vlg., 642 vlg. | | | | |
| » 194 | *regel* | 11 | *staat* | *στις* | *lees* *ὅστις* |
| » 199 | » | 33 | » | *τάς* | » *τὰς* |
| » 237 | *boven ontbreekt* 1073 vlgg. | | | | |
| » 264 | *regel* | 27 | *staat* | *'Ρυθμικά* | » *'Ρυθμικὰ* |
| » 293 | » | 27 | » | quam | » quem |
| » 341 | » | 28 | » | aanlag | » aanleg |
| » 352 | » | 17 | » | N°. 5 | » N°. 5, 4 Febr. |
| » » | » | 18 | » | zoo | » ook |
| » » | » | 41 | » | *Sociétés* | » p. 102. *Sociétés* |
| » 353 | » | 5 | » | 235 | » 225. |
| » » | » | 15 | » | MATTHAEIO | » MATTHIAEO |
| » 365 | » | 12 | » | quae | » qui |
| » 366 | » | 12 | » | prodita( | » prodita, |
| » 368 | » | 29 | » | p. | » p. 788 A. |
| » 370 | » | 34 | » | VALCKENARIO | » VALCKENAERIO |
| » 393 | » | 6 | » | *ἀκρίτους*, | » *ἄκριτος*, |
| » 410 | » | 10 | » | grond hebben, | » grond te hebben |
| » 424 | » | 12 | » | bello | » belli |
| » 437 | » | 25 | » | pnnt, | » punt, |

C. C. B. L.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google